I. MEVRSII
MISCELLANEA


BIBLIOTHECA · DUC · GOTHANA

G-1-77

V. Cl.

IOANNIS MEURSII

MISCELLANEA

LACONICA,

Sive

Variorum Antiquitatum

LACONICARUM LIBRI IV.

Recensente I. M. F.

SAMUELE PUFENDORFIO.



AMSTELODAMI,

Apud LUDOVICUM ELZEVIRIUM.

3824

V. Cl.

Joannis Meursi

Miscellanea

LACONICA,

Sive

Variarum Antiquitatum

LACONICARUM Libri IV.

Nunc Primum Editi Curâ

Samuelis Pufendorfii.



D0

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Amstelodami;
Apud Judocum Pluymer. MDCLXI.



BIBLIOTECA PUBLICA
CADIZ

LACONICA

ILLUSTRISSIMO
ET
EXCELLENTISSIMO COMITI
DNO.

OTTONI GUILIELMO KONIGSMARCK,

COMITI in WESTERWYCK & Stegholm, Domino in Rotenburg & Neuhaus, &c. Sæ. Ræ. Mtis. SUECIÆ Cubiculario ſupremo, & Ejuſdem nomine hodie ad SERENISS. Magnæ Britanniæ REGEM extra ordinem Ablegato, Domino meo benigniſſimo.

Illuſtriſſime atque Excellentiſſime Comes,

INter feliciſſima Reip. capeſſendæ auſpicia, Dum pari tua ac patriæ cum laude expromere in publico incipis indolem, quàm à

prodiga dotatam natura eruditorum cura, & cum præclariſſimis quibuſque viris converſatio formavit, ſimulque induſtria curioſitas cominus arbitrandi & obſervandi, quidquid ubique per cultiora Europæ egregii, expolivit; commodum accidit, ut V. Cl. Joannis Meurſii Laconica nunc primum à me in lucem proferantur. Opus quidem, quod in iis potiſſimum occupatur, queis antiquior locupletatur literatura, poſtquam Nicolai Cragii eruditum ſcriptum pleraque ejus Reip. inſtituta ſatis explicata dederat; ſed nec iſto tamen nomine Te indignum, ut qui gravioribus tuis ſtudiis amæna iſta nunquam ſociare non amaveris. Scilicet ea fuit divini ingenii tui rectitudo, ea felicitas, ut in omni eruditionis genere verſari præclarum duceres, nec, quod plurimis iſto loco natis, labe non hujus modo ſeculi, ſolemne eſt, leviter duntaxat literas delibares, ſed penitus iis Te immergeres. Sic jam olim graviſſime, quod inſolens admodum in iſta ætatis immaturitate, earundem dignitatem æſtimaſti, & iis nunc admodum familiaribus uteris, ipſis tanti poſſeſſionem ingenii velut ultro ambitioſe affectantibus. Videbatur Te ſuo ſibi jure depoſcere Gradivus, poſtquam inter maximos ævi noſtri Heroas Parentem tuum virtus ſua dedicavit, eouſque dudum ipſius genium adprobante fama, ut ſolo ejuſdem nomine abſoluti inſtar Ducis potiſſimum expri-

primere gaudeat. Aſt Tibi porto per Tuos decore adquieſcere ignavum viſum, & ne qua pars gloriæ familiam veſtram deficeret, eum quoque ſplendorem, qui ex pacis reſultare ſolet actibus, adjungere inſtituiſti; quibus quidem tam locuples es, ut iſtæ non Tibi ſolum, ſed & familiæ tuæ in famam abunde ſufficiant. Ingenium rectum, ſubtile, quarumvis rerum capax, memoria fidiſſima, ſumma oris ſuavitas, amabilis in geſtu venuſtas, eloquentia profluens, omnibus Gratiis condita. Quibus cum blandiſſima morum ſuavitas accedat, animique compoſiti gratia omnem vitæ actum temperans, quis miretur, certatim Te omnes ſuſpicere, Tibique favere, queis cominus Tui inſpiciendi copia contigit? Nec minus tamen intrepidum Parentis animum, Martiumque illum vigorem in Te agnoſcere licet, quem meditationes bellicæ, quales quidem extra caſtra dari poſſunt, non parum aluere, ut ſi quando in militiam conſilium Te aut neceſſitas patriæ vocaverit, poſt brevia tirocinia magnis Te ducibus ſis inſerturus. Nec vero parum Suecia veſtra intelligit, quantum ſibi ornamenti abs tali cive accedat; aut maligne dotes tuas æſtimant, per quos ſumma rerum apud Vos adminiſtratur. Scilicet uſque adeo ad primum velut conſpectum Te adprobaſti Reginarum Optimæ, cujus animum, per ſapientiam & cunctarum decus virtutum ſplendentem,

velut ſalutare aliquod ſidus Suecia veneratur, Inclutiſque Regni veſtri Proceribus, ut Te apud Filium Regemque ſuum intimæ admiſſionis præcipuum eſſe juſſerint, quo ipſe in tenella adhuc ætate familiarius ſibi obverſantem haberet eum, cujus conſilio & manu olim inter primos uti poterit, quando veſtigia immortalis memoriæ Heroum GUSTAVI ADOLPHI Avunculi magni, Patriſque CAROLI GUSTAVI haut diſpari premere paſſu aggredietur. Cui muneri tuo vel præcipuum ſplendorem conciliat anteceſſorum claritas, quæ & liquido ſpes tuas omine firmat, & efficacibus animum ſtimulis ſolicitat, ne minus idem abs Te lucis mutuetur. Ac ne illuſtrior campus deſit virilis operæ ſpecimen edendi, in ipſo maturæ ætatis limine ad Sereniſſimum Magnæ Britanniæ Regem Orator jam mitteris, qui ſine dubio mittentis animum ex tam gratioſo interprete prolixius æſtimabit.

Me vero, Illuſtriſſime Comes, ut ea nunc potiſſimum commemoratione apud Te publice defungerer, impulit ſingularis Tua adverſum me benevolentia, Fratre meo parario mihi parta, quem quondam per biennium in Germania ſtudiis tuis formandis adhibere voluiſti, & nunc itineris in Angliam comitem Tibi adjungere; quo expreſſius aliquod ſignum addicti virtutibus tuis animi mei haberes. Nec aptior in præſens teſtandæ obligationi meæ

meæ materia ſuppetebat, quam quæ antiquitates explicaret Reipublicæ. diſciplinæ militaris ſtudioſiſſimæ, cujus ſibi poſſeſſionem velut propriam hoc ſeculo Tui cives adſcitum ivere.

Illuſtriſſimo Nomini Tuo

addictus perpetuum cliens

Lugduni Batavorum
d. 20 Martii Anno 1661.

SAMUEL PUFENDORF.

LE-

LECTOR BENEVOLE.

SI quis ex isthoc opere in rem literariam fructus redundat, aut si quam gratiam habet, doctorum lucubrationes virorum blattarum ereptas pabulo publicæ luci inferere, eam suo sibi jure vindicat Vir Per-Illustris Dn. PETRUS JULIUS COYET, *Eq. Aur. S. R. M.* SUECIÆ *Consiliarius Aulicus &c. Patronus meus magnus. Ex cujus liberalitate hoc, quod heic habes, tum alia quædam adhuc nondum publici juris facta ejusdem* MEURSII *scripta possideo, præter Curas secundas in pleraque ante hac ab ipso edita. Eorum itidem copiam Tibi faciam, quam primum suas Typographus operas accommodabit. B. V.*

JOAN-

JOANNIS MEURSII

MISCELLANEORUM LACONICORUM LIBER I,

CAP. I.

Σκοτιτὰ, *locus quidam: ubi Jupiter, cognomento* Σκοτιτᾶς, *colebatur. Stephani locus emendatus. Item* Ἐπιδότας, *aut* Ἐπιδώτης: *sive genius quidam fuit.* Λακεδαίμων *quoque, &* Οὐρανίων: *cujus utriusque sacerdotium ad reges pertinebat. Apollo, cum quatuor manibus, auribusque. Idem,* Θοραξίτης *cognomento, &* Θόρναξ, *ac* Δρομαῖος.

DE Republicâ Lacedæmoniorum egregium Opus scripsit Nicolaus Cragius, magnum Daniæ ornamentum. Ego, quæ neglexit ille, ceu minuta, ut sunt certè, nec ad institutum suum pertinentia, hîc proponam: quædam etiam, quæ exposuit, pluribus illustraturus. Et initium mihi quidem à diis erit, quorum summus illis Jupiter. Qui ΣΚΟΤΙΝΑΣ cognomento, quodam in loco colebatur. Stephanus. Σκοτινὰ, τόπος ἐν Λακεδαίμονι, ἐν ᾧ λιμᾶτι Ζεὺς Σκοτινᾶς, ὡς Παυσανίας δεκάτῳ. Ἴδοι δ' ἂν τὸ Ἑρμῶν, ἐστὶ τόπος ἔτος, δρυῶν πλήρης· ὄνομα δὲ τῷ χωρίῳ Σκοτινά. ὃ δὲ τὸ συνεχὲς τῶν δένδρων ἐποίησεν, ἀλλὰ Ζεὺς, ἐπίκλησιν Σκοτινᾶς. *Scotina, locus Lacedæmone; in quo colitur Jupiter Scotinas: ut Pausanias auctor, libro decimo. Hermis verò discedentibus, locus hic occurrit, quercubus plenus. Nomen loco, Scotina: quod non frequentia arborum fecit, verum Jupiter, Scotinas cognominatus.* Pausaniæ locus, quem respexit, in Laconicis

reperitur, qui est liber Περιηγήσεως ejus tertius: itaque scribendum, τρίτῳ, pro δεκάτῳ. Insuper, pro Σκοτινὰ, & Σκοτινᾶς, scribe Σκοτιτὰς, & Σκοτιτᾶς. Verba ejus, quæ truncata profert Stephanus, ita habent. Γ'ἔστι ἡ ἀπὸ τ Ἑρμῶν, ἐστὶν ὁ τόπος ἕτος, ἅπας δρυῶν πλήρης· τὸ δὲ ὄνομα τῷ χωρίῳ, Σκοτίας. τὸ δὲ σκότος, ὑ τὸ συνεχὲς τ δένδρων ἐποίησεν, ἀλλὰ Ζεὺς ἐπίκλησιν ἔσχε Σκοτιτᾶς. καί ἐστιν ἐν ἀριστερᾷ τ ὁδ, δέκα μάλιστά πως στάδια ἐκτρεπομένοις, ἱερὸν Σκοτιτᾶ Διός. *Hermis verò discedentibus, locus hic se offert, totus quercubus plenus. nomen verò loco, Scotitas, quasi Tenebrosum dicas. tenebras autem, non fecit arborum continuitas, sed Jupiter cognomentum habebat Scotitas. estque ad sinistram viæ, decem maximè stadia deflectentibus, Jovis Scotitæ fanum.* Loci certè, meminit ad eum modum & Polybius, extremo lib. XVI. Ἐξαπέστειλε τὰς ἐπιλέκτους, ὥστε, νυκτερεύσαντας ἐπὶ τ Σελλασίαν, ἅμα τῷ φωτὶ κ τῶν ἐπιόντων ἡμέραν ἐπιπορέχθαι τ Λακωνικήν· ἐὰν δ' οἱ μισθοφόροι βοηθήσαντες παρενοχλῶσιν αὐτοῖς, συνέταξε πιθέσθαι τῷ ἀποχώρησιν ἐπὶ τ Σκοτίταν, κ τὰ λοιπὰ πθαρχεῖν Διδασκαλώνδα τῷ Κρητί. *Emisit selectos, jussos, ubi ad Sellasiam pernoctassent, die sequenti, ubi illuxisset, Laconicam incursare. ac, si milites conductitii ad ferendam opem accurrerent, & negotium facesserent, præcepit, uti ad Scotitam se reciperent, ac de cætero Didascalondæ parerent.* Etiam, ΕΠΙΔΟΤΑΣ. Hesychius. Ἐπιδότας, Ζεὺς, ἐν Λακεδαίμονι. *Epidotas, Jupiter, Lacedæmone.* Apud Pausaniam, in Laconicis, Ἐπιδώτης scribitur, & genius quidam incertus dicitur. Λακεδαιμόνιοί τε ἐκέλευσαν ποιήσαντα κ Δελφῶν, τάς τε εἰκόνας ἐποίησαντο τὰς χαλκᾶς, κ δαίμονα ἱλάσκονται ἐπίδωτον· τὸ ἐπὶ Παυσανίᾳ Ἕ Ἱκεσίᾳ μήνιμα ἀποτρέπειν τ Ἐπιδώτου λέγοντες τόδε. *Lacedæmonii, facientes, quod oraculum Delphicum jusserat, & imagines æreas constituerunt, & genium venerantur, Epidoten nomine, Hicesii iram, ob Pausaniæ facinus, ab hoc Epidota averti dicentes.* ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ, & ΟΥΡΑΝΙΟΣ: cujus utriusque sacerdotium ad reges pertinebat. Herodotus, lib. VI. Γέρεα τε δὴ τάδε τοῖσι βασιλεῦσι Σπαρτιήτῃσι δεδώκασιν, ἱρωσύνας δύο, Διός τε

Λακε-

Λακεδαίμονος, καὶ Διὸς Οὐρανίου. *Honores hos regibus Spartiatæ dederunt, duo sacerdotia, Jovis Lacedæmonis, & Jovis Cælestis.* Apollo, cum quatuor auribus, & totidem manibus. Zenobius, Cent. I. proverb. LIV. Οὐδεὶς ἀψευδέστερος Ἀπόλλωνος· οὗ τετράχειρα, καὶ τετράωτον, ἱδρύσαντο Λακεδαιμόνιοι; ὡς φησὶ Σωσίβιος, ὅτι τοιοῦτος ὤφθη τοῖς περὶ Ἀμύκλαν μαχομένοις. *Nemo veracior est Apolline: quem cum quatuor manibus, & quatuor auribus, Lacedæmonii dedicârunt, ut refert Sosibius, quod talis conspectus esset ad Amyclam pugnantibus.* Quæ totidem verbis Lucillus Tarrhæus, in Collect. Proverb. in, Ἄκουε δ' τὰ τέτταρα ἔχοντος ὦτα. De quatuor manibus, meminit etiam Hesychius, in Κερδίον, & Κυνακίας: de totidem auribus, etiam Diogenianus, Cent. I. Proverb. V. Ἄκουε δ' τέτταρα ἔχοντος ὦτα. ἐπὶ τῶν πολλὰ εἰδότων, καὶ πολλὰ ἀκηκόντων. τὸν γὰρ Ἀπόλλωνα Λακεδαιμόνιοι τετράωτον ἵδρυσαν. *Audi eum, cui quatuor sunt aures. De iis, qui multa vident, & multa audiunt. Apollinem enim Lacedæmonii cum quatuor auribus dedicârunt.* Etiam ΘΟΡΑΤΗΣ cognomento dictus. Hesychius. Θορᾶτης, Ἀπόλλων, παρὰ Λάκωσι. *Thorates, Apollo, apud Lacedæmonios.* Item ΘΟΡΝΑΞ. Idem Hesychius, non multo pòst. Θόρναξ, ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἐν τῇ Λακωνικῇ, ἀπὸ Θόρνακος. Θόρναξ, Ἀπόλλων. *Thornax, fanum Apollinis, in Laconicâ, à Thornace. Thornax, Apollo.* Meminit etiam Herodotus, lib. I. Πέμψαντες γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐς Σάρδις, χρυσὸν ὠνέοντο, ἐς ἄγαλμα βουλόμενοι χρήσασθαι τούτῳ, τὸ νῦν ἐν Θόρνακι ἵδρυται Ἀπόλλωνος. *Cùm misissent Lacedæmonii Sardes, aurum emebant, quo uti vellent ad id simulacrum Apollinis, quod nunc est in Thornace Laconicæ.* Item ΔΡΟΜΑΙΟΣ. Plutarchus, Sympos. l. VI. c. IV. Πύθῃ μὲν Ἀπόλλωνι Δελφοὶ, Δρομαίῳ δὲ Κρῆτες ἱερεῖα θύειν, καὶ Λακεδαιμόνιοι. *Pugili quidem Apollini Delphos, Dromæo verò sacra facere Cretenses tradunt, & Lacedæmonios.*

CAP. II.

Diana, Χελύπις. *Quid* Χελύπιδν, *Laconicâ linguâ. Hesychii locus emendatus.* Ποδάγρα *item*, *&* Σελασία: *tum* Οὖπις, *accepto à Cretensibus cognomento.* Ἐνοδία. *Athenagoras correctus.* Καρυᾶτις; *sive, ut Lacones dicebant,* Καροιᾶτις: *nam* Κάροια *illi, &* Κάροιον, *pro* Κάρυα, *&* Κάρυον, *scribebant. Hesychius iterum emendatus: item Servius.* Λιμενῆτις, *seu Laconicè* Λιμνᾶτις. *Taciti locus vindicatus: ac Pausanias, Tacitique locus alter, restituti. Delthenii, urbs in confinio Laconicæ, & Messeniæ. Apollonides correctus. Strabonis error indicatus. Mercurius,* Κυβαΐζων.

DIana, ΧΕΛΥΤΙΣ cognomento colebatur, quia Χελύπιδν Tussire dicebant. Clemens, in Protreptico. Καὶ Χελύδα ἣ Ἄρτεμιν Σπαρτιᾶται σέβεσιν· ἐπεὶ τὸ βήπιδν, Χελύπιδν καλοῦσιν. *Dianam verò etiam Chelytidem Spartani colunt: siquidem Tussire,* Χελύπιδν *dicunt.* Tussire verò, etiam Χελύπιδν dici, quanquam nullâ Spartanorum mentione, auctor quoque Hesychius, sed mendosus. Χελύσεϊ, βύσῃ. nam omninò corrigendum, Χελύσεϊ, βήσῃ. Etiam ΠΟΔΑΓΡΑ dicta. Clemens, in Protreptico. Ἔτι ἣ κὴ ποδάγρας ἄλλης Ἀρτέμιδος ἐν τῇ Λακωνικῇ ἱερὸν, ὡς φησὶ Σωσίβιος. Est verò & Dianæ alterius, Podagræ cognominatæ, in Laconicâ fanum, uti auctor est Sosibius. Eadem ΣΕΛΑΣΙΑ dicta. Hesychius. Σελασία, Ἄρτεμις. Σελασία, τόπος τῆς Λακωνικῆς· ὅθεν εἰκὸς κληθῆναι τὴν Ἄρτεμιν. *Selasia, Diana. Selasia, locus Laconicæ: unde Diana dicta videtur.* ΟΥΠΙΣ. Palæphatus, in Hist. Incredib. ubi de Phorcynis filiabus agit. Καλοῦσι τὴν Ἄρτεμιν Θρᾷκες, Βένδειαν. Κρῆτες ἣ, Δίκτυνναν· Λακεδαιμόνιοι ἣ, Οὖπιν. *Appellant Dianam Thraces, Bendéam; Cretenses autem, Dictynnam; Lacedæmonii verò, Upin.* Callimachus dicit, sic vocatam à Cretensibus, Hymno in eam.

Οὖπι ἄναασ', Ἀϊῶπι, φαεσφόρε, κὴ δέ σε κείνης
Κρηταέες καλέουσιν ἐπωνυμίην ἀπὸ Νύμφης.
Upi regina, formosa, lucifera, etenim te illâ
Cretenses vocant cognomento à Nymphâ.

Sed

Sed Spartanos, uti leges, cæteraque reip. instituta, ferè omnia à Cretensibus acceperunt, sic deorum quoque cultum, & cognomina nonnulla, accepisse, vero est simile. Eodem modo, ΕΝΟΔΙΑ. Athenagoras, in legatione pro Christianis. ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος, καὶ Ἀγαμέμνονα Δία, καὶ Φυλονόην, τὴν Τυνδάρεω θυγατέρα, καὶ τὴν Ἐνοδίαν σέβει. *Lacedæmonius verò, etiam Agamemnonem Jovem, & Phylonoën, Tyndari filiam, & Enodiam colit.* Ita enim locus ille corrigendus. Hodiè corruptè editur: καὶ Τέννην ὁδίαν. *& Tennen Hodiam.* Diana verò, inter cætera cognomenta, etiam Ἐνοδία dicta. Hesychius. Ἐνοδία, Ἄρτεμις. *Enodia, Diana.* Alii, Hecaten, & Proserpinam, dicunt, quæ eædem censebantur. Scholiastes Sophoclis, ad Antigonen, Ἐνοδίαν θεὸν, τὴν Ἑκάτην, ἢ τὴν Περσεφόνην. *Enodiam deam, Hecaten, aut Proserpinam.* Et Demetrius Triclinius, ibidem. Ἐνοδίαν δὲ, τὴν Περσεφόνην λέγει, τὴν ἐν ταῖς τριόδοις προσομιλοῦσαν. ἡ αὐτὴ γάρ ἐστι τῇ Ἑκάτῃ. *Enodiam verò, dicit Proserpinam, quæ in triviis versatur. nam hæc ipsa est quæ Hecate.* ΚΑΡΥΑΤΙΣ. Vide Hesychium, in Καρυᾶτις. Diomedem, lib. III. Pausaniam, in Laconicis. Ita autem ab aliis Græcis dicebatur, sicut ipsa urbs Καρύαι: verùm à Lacedæmoniis, Καρυᾶτις; sicut item urbs, Κάρυαι. Indicat Stephanus, istis verbis. Κάρυαι, χωρίον τῆς Λακωνικῆς. Θεόπομπος πεντηκοστῷ καὶ πέμπτῳ. ὁ οἰκήτωρ, Καρυάτης, καὶ Καρυάτις· καὶ Καρυᾶτος, καὶ Καρυάδος. καὶ Καρυάτις μέλισσα, ἀντὶ τῆς Λακωνικῆς. Κάρυα γὰρ αὐτόθι τόπος. *Caryæ, locus Laconicæ. Theopompus, libro quinquagesimo quinto. habitator, Caryates, & Caryatis. item Caryæus, & Caræeus. tum Caræatis apis, pro Laconica. Caræa enim ibi locus.* Ac confirmat etiam Servius, ad Eclogam VIII: apud quem *Caræa* scribitur quatuor diversis locis Nympha, à quâ nomen datum. Itaque Κάρυα quoque, & Κάρυον, iidem dicebant, quod alii Græci Κάρυα, & Κάρυον. Apud Hesychium malè librarius imperitus υ pro ι scripsit. Καρῆα, Κάρυα, Λάκωνες. Debuisset scribere: Κάρια, Κάρυα, Λ. Idem Servius confirmat, loco anteà citato, *Caræam verò, quam*

amaverat, in eodem monte in arborem sui nominis vertit, quæ Latinè nux dicitur: quod post Diana ita factum Laconas docuit. unde templum Caryatidi Dianæ à Laconibus consecratum. ΛΙΜΕΝΗΤΙΣ. Tacitus, Annal. IV. *Auditæ dehinc Lacedæmoniorum, & Messeniorum, legationes, de jure templi Dianæ Limenetidis: quod suis à majoribus, suâque in terrâ, dicatum Lacedæmonii firmabant annalium memoriâ, vatumque carminibus. sed Macedonis Philippi, cum quo bellassent, armis ademptum: ac post, C. Cæsaris, & M. Antonii, sententiâ redditum. Contrà Messenii, veterem inter Herculis posteros divisionem Peloponnesi protulere: suoque Dentheliatem agrum, in quo id delubrum, cessisse.* Locum hunc prolixiùs adscribendum censui, ut à mendo, de quo pridem viri summi, maximis ingenii, & eruditionis, viribus, inter sese contenderunt, vindicarem. Apollonides, Anthologiæ lib. VI. cap. III.

Τέγλαν ἀπ' ἀνθρακιῆς, ἠ φυκίδα, σοὶ, Λιμνᾶτι,
Ἄρτεμι, δωρεῦμαι θῆρις ὁ δικτυβόλος.

Mullum à carbonum strue, & phycidem, tibi, Limneti
Diana, dono Theris piscator.

Tibi, inquit, Diana Limeneti, ego Theris piscator dono mullum recens assum, ut & phycidem. Ita autem locum eum esse emendandum censeo: neque rectè edi hactenus,

——— ἠ φυκίδα σοι λιμνῆτιν.

quasi dicat, *phycidem in portu captam:* ceu in portu melior esset, quàm in mari. Lacedæmoniis, Doricâ utentibus dialecto, Λιμνᾶτις dicebatur: ut observare est apud Pausaniam, in Messenicis. Ἐγένετο ἢ ἠ πρὸς Λακεδαιμονίους, ἐπὶ τ φίντα βασιλείας, ἀφορμὴ πρῶτον, ἀπὸ αἰτίας ἀμφισβητουμένης μὴ πρὸ ταύτης, γνώσῃ ἢ ὕστερον λεγομένης. Ἔστιν ἐπὶ τοῖς ὅροις τ Μεσσηνίας ἱερὸν Ἀρτέμιδος, καλουμένης Λιμνάτιδος. μετεῖχον ἢ αὐτοῦ μόνοι Δωριέων οἵ τε Μεσσήνιοι ἠ οἱ Λακεδαιμόνιοι. *Exortum verò est dissidium cum Lacedæmoniis, regnante Phinta, de incertâ quidem causâ, sed quæ ita memoratur. Est in finibus Messeniæ fanum Dianæ, Limenatidis appellatæ: commune solis Dorienstum Messeniis & Lacedæmoniis.*

Ecce,

Ecce, in confinio Laconiæ erat, & Meſſeniæ: unde etiam contentio inter populum utrumque de eâdem: prima, rege illic Phinta; quam Pauſanias, loco jam citato, refert: altera, poſterior multo, ſub Tiberio Imperatore: quæ à Tacito memoratur, loco itidem citato. Corruptus vero hodiè Pauſaniæ locus, & Λιμνᾶτις illic editur: ſed omninò reponendum, Λιμναᾶτις. Ac Diana quidem Λιμνᾶτις, utrobique colebatur. Apud Lacedæmonios, in viâ, quæ Bœis Epidaurum ducebat. Audi Pauſaniam, in Laconicis hæc tradentem. Καθ' ὃ τ' ὁδὸν, ἣ ἐκ Βοιῶν ἐς Ἐπίδαυρον τὴν Λιμηρὰν ἄγουσιν, Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστιν ἐν τῇ Ἐπιδαυρέων Λιμνάτιδος. *Juxta viam, quæ Bœis ducit Epidaurum Limeram, templum eſt Dianæ Limnatidis.* Apud Meſſenios verò, in mediterraneâ regione, ad vicum, quem vocabant Calamas; ubi locus quidam, Λίμναι. Idem Pauſanias, in Meſſenicis. Ἔστι δὲ ἐν τῇ μεσογαίᾳ κώμη Καλάμαι, καὶ Λίμναι χωρίον. ἐν δὲ αὐλῶνι, Λιμνάτιδος ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος. *Eſt verò in media regione vicus Calamæ, & Limnæ locus: & in ipſo, Limnatidis fanum eſt Dianæ.* En, uterque ille populus eo cognomento deam fano proprio colebat: itaque haud vero ſimile, deam communi iſtam, in confinio, ſibi colendam exiſtimaſſe. Ergo certa eſt emendatio, Λιμναᾶτις: quæ cum neutri propria foret, utrique communis fuit, ubi fines concurrebant. Nec tentandus ullo modo locus Taciti, quod à doctis factum video. Neque rectè item Strabo confundit Dianam Λιμναᾶτιν, in confinio, ut oſtendi, coli ſolitam, cum eâ quæ Λιμνᾶτις dicta, & à Lacedæmoniis pariter ac Meſſeniis loco proprio colebatur, uti conſtat ex Pauſania. Ac Strabonem ipſum vide, lib. VIII. Sed in ultimis Taciti verbis, quando hunc in eo ſumus, mendum nobis eſt tollendum: in quo viri ſanè maximi graviter hactenus laborârunt. Ita autem ſeſe habent. *Suoque Denthelia-tem agrum, in quo id delubrum, ceſſiſſe.* Mira hîc comminiſcuntur viri docti, & ſe torquent. Leviculâ mutatione ita corrigo, duabus literis inter ſeſe commutandis. *Suoque Deltheniatem agrum.*

agrum. Nam Δελφήνιοι, ut scribebant cæteri Græci, vel Δελφίνιοι, ut Lacones, & Messenii, quibus Dorica dialectus usitata, oppidum erat, in confinio etrorumque: unde & belli aliquando causa fuit. Hujus rei testis sat disertus Stephanus, istis verbis. Δελφήνιοι, πόλις, μία τ῀ πρὸς ἀλλήλους πολεμαχήτων Μεσσηνίων καὶ Λακεδαιμονίων. *Delthanii, urbs, una ex iis, de quibus inter se pugnabant Messenii ac Lacedæmonii.* Itaque res manifesta: neque opus, viros doctos de correctione loci ultra inter se contendere. Dicta autem hæc Diana Λιμναία, quod præesse portubus existimarent. Id Callimachus clarè docet, Hymno in eam.

——— καὶ μὴν ἀγυιαῖς
Ἔσσῃ, καὶ λιμένεσσιν, ἐπίσκοπος. ———
——— *& quidem viis*
Eris, & portubus, inspectrix. ———

Ac mox iterum, in Ejusdem Hymni fine.

Πότνια Μουνυχίη, λιμνοσκόπε, χαῖρε Φεραίη.
Diva Munychia, portuum inspectrix, salve Pheræa.

Et hæc de Dianâ satis. Mercurius, ΚΥΒΑΙΖΩΝ dictus. Hesychius. Κυβαΐζοντα, Λάκωνες τ῀ ἐνθουσιῶντα, ἢ τ῀ ἐρμαῖον. *Cybaizontem, Lacedæmonii lymphaticum, aut Mercurium.*

CAP. III.

Minerva, Ὀπιλέτις; *à Lycurgo dedicata quâ de causâ.* Χαλκίοικος, *à quibus structum ejus templum: in quo multi lapides, dicti* Θερσύδειλοι, *dedicati. Bacchus,* Συκίτης, *sive* Συκεάτης. *Æsculapius,* Ἀγλαόπης, *&* Αἰγλάνης. *Venus,* Τυμβωρύχος. *Mars,* Θηρίτας. *Adonis,* Κίερις. *Pausaniæ locus emendatus. Ceres,* Ἐπιπυλά. *Proserpina,* Φλοιά: *&, proprio nomine,* Πηροφόνσα.

MInerva, ΟΠΤΙΛΕΤΙΣ; à Lycurgo dedicata: quod oculos ei, qui ὀπίλοι linguâ Spartanorum dicti, conservasset. Plutarchus, in ejus Vitâ. Τ῀ δ῀ πάθος ὑπόμνημα Λυκοῦργος ἱδρύσατο τ῀ Ἀθηνᾶς ἱερόν, ὡς ὀπιλέην προσηγόρευσε. τὸς γὰρ

γὰρ

γὰρ ὀφθαλμὸς, ὁπίλυς οἱ τῇδε Δωριεῖς καλέουσιν. *Hujus casus monumentum Lycurgus struxit ædem Minervæ, quam vocavit Optiletin: quòd hujus regionis Dores oculos ὁπίλυς dicant.* Erat autem in Minervæ Chalcioecæ sacro agro. Idem docet, in Apophthegm. Lac. Τῆ δὲ πάθος ὑπόμνημα ἱδρύσατο ἐν τῷ τῆς Χαλκιοίκου τεμένει ἱερὸν Ἀθωνᾶς, Ὀπιλέτιν προσαγορεύσας. τοὺς γὰρ ὀφθαλμοὺς, ὁπίλυς οἱ τῇδε Δωριεῖς λέγουσι. *Monumentum autem casus posuit in sacro Chalciœcæ agro fanum Minervæ, Optiletin eam vocans. oculos enim, ejus regionis Dorienses ὁπίλυς dicunt.* Pausaniæ, communi Græcorum dialecto, ὀφθαλμῖτις nuncupatur, in Laconicis. Ἰόντι δὲ ὡς ὅπι τὸ Ἄλπιον καλούμενον, ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς ὀφθαλμίτιδος. ἀναθῆναι δὲ Λυκοῦργον λέγουσιν, ἐκκοπέντος τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἑτέρου ὑπὸ Ἀλκάνδρου· διότι, ἐς ἔθηκε νόμους, οὐκ ἀρεστὸς συνέβαινεν εἶναι τῷ Ἀλκάνδρῳ. Διαφυγὼν δὲ ἐς τοῦτο τὸ χωρίον, Λακεδαιμονίων ἀμυνόντων, μὴ περιπολεῖσθαι οἱ κατὰ τὸν λειπόμενον ὀφθαλμὸν, ἵδρυσε ναὸν ὀφθαλμίτιδος Ἀθωνᾶς ἐποίησε. *Euntibus propè ad Alpium, quod appellatur, Minervæ Ophthalmitidis occurrit ædes. dedicasse autem hanc Lycurgum ferunt: quòd, cùm alterum ei Alcander oculum excussisset, cui latæ ab illo leges non placebant, in hunc vicum confugisset: ubi, propugnantibus Lacedæmoniis, conservatus, quo minùs & oculum, qui reliquus erat, amitteret, Minervæ templum Ophthalmitidis exstruxit.* Erat etiam, ΧΑΛΚΙΟΙΚΟΣ: cujus plurimi meminerunt; Thucydides, Polybius, Lycurgus, Diodorus Siculus, Æmylius Probus, Plutarchus, Livius, Pausanias, & alii multi. Nomen datum, vel quòd templum ex ære esset, vel quòd firmum, vel quòd exules Chalcidenses id struxissent. Scholiastes Thucydidis, lib. I. Χαλκίοικος, ἡ Ἀθωνᾶ ἐν Σπάρτῃ· ἢ ὅτι χαλκοῦν οἶκον εἶχεν, ἢ διὰ τὸ στερεὸν εἶναι, ἢ διὰ τὸ τοὺς Χαλκιδεῖς, τοὺς ἐξ Εὐβοίας φυγάδας, κτίσαι. *Chalciœcus, Minerva Spartæ: seu quòd æneam haberet domum, seu quòd firma ea esset, seu quòd etiam Chalcidenses, ex Eubœâ exulantes, exstruxissent.* Quòd ex ære domus esset, aut struxissent Chalcidenses, auctor etiam est Suidas. Χαλκίοικος, ἡ Ἀθωνᾶ ἐν Σπάρτῃ· ἢ ὅτι χαλκοῦν οἶκον

εἶχεν, ἢ ἀφὸ τὸ τὲς Χαλκιδεῖς, τὲς ἐξ Εὐβοίας φυγάδας, κτῖσαι. *Chalciœcus, Minerva Spartæ: seu quòd æneam domum haberet, seu quod eam Chalcidenses exstruxissent, qui Eubœâ exulabant.* De æneâ domo, etiam Livius, lib. XLV. *Ætoli circa Chalciœcum, (Minervæ est templum æreum) congregati cæduntur.* Et Pausanias, in Phocicis. Τὸ δὴ ἐς τ τρίτον τ ναῶν, ὅτι ἐγένετο ἐκ χαλκοῦ, θαῦμα οὐδέν. εἴγε Ἀκρίσιος μὲν θάλαμον χαλκοῦν τῇ θυγατρὶ ἐποιήσατο, Λακεδαιμονίοις δὲ Ἀθηνᾶς ἱερὸν Χαλκιοίκου καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι λείπεται. *Nam quod attinet tertium delubrum, fuisse ex ære, non mirandum: siquidem Acrisius & filiæ thalamum æreum fecit; & hac nostrâ quoque ætate exstat apud Lacedæmonios Minervæ templum, cognomento Chalciœci.* Struere id Tyndareus cœpit, ac continuârunt filii: sed, cùm illi quoque imperfectum relinquerent, ipsi pòst Lacedæmonii perfecerunt. Erat verò in colle urbis editissimo, quem & arcem appellabant. Pausaniæ in hanc rem locus plane unicus, in Laconicis. Λακεδαιμονίοις καὶ ἡ ἀκρόπολις μὲν, ἐς ὕψος θεμένοις ἐξίσχουσι, οὐκ ἔστι. ὄντων δὲ ἐν τῇ πόλει λόφων καὶ ἄλλων, τὸ μάλιστα ἐς μετέωρον ἀνήκον, ὀνομάζουσιν ἀκρόπολιν. ἐνταῦθα Ἀθηνᾶς ἱερὸν πεποίηται, πολιοῦχος καλουμένης, καὶ Χαλκιοίκου τ αὐτῆς. ἔστι δὲ ἱερᾶ τ καθασκευῆς Τυνδάρεως, καθὰ λέγουσιν, ἤρξατο. ἀποθανόντος δὲ ἐκείνου, δόμον οἱ παῖδες ἐξεργάζεσθαι τὸ οἰκοδόμημα ἤθελον. ἀφορμὴ δέ σφίσιν ἔμελλε τὰ ἐξ Ἀφιδναίων ἔσεσθαι λάφυρα. τελευτησάντων δὲ καὶ τούτων, Λακεδαιμόνιοι πολλοῖς ἔπεσιν ὕστερον τόν τε ναὸν ὁμοίως καὶ ἄγαλμα ἐποιήσαντο Ἀθηνᾶς χαλκοῦν. *Lacedæmonii arcem, in excelso exstructam loco, non habent. sed, cùm in urbe multi sint colles, eorum eminentissimum arcem appellant. In eo, Minervæ est ædes, cui Poliuchi, & Chalciœci, nomen est. Ejus ædificationem Tyndareus exorsus est: eoque mortuo, liberi opus perficere instituerunt, destinatis in hanc rem manubiis Aphidnæorum. verùm, illis antè mortuis multis post annis Lacedæmonii, & delubrum Minervæ, & ejusdem ex ære signum, dedicârunt.* Inde plurima commemorat, quæ in eo spectabantur. Erant porro, quod non memorat, multi in eo dedicati lapides, θεμισύλλοι appellati.

Plutar-

Plutarchus, lib. De flum. ubi de Eurota agit. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος, περικεφαλαία παρόμοιος, θρασύδειλος ὠνομασμένος· ἅμα γὰρ σάλπιγγος ἀκούσῃ, ὀρθὸς ἐπὶ τὴν ὄχθην προχωρεῖ· τὴν δ' Ἀθηναίων ὀνομασθέντων, εἰς τὸν βυθὸν ἄλλεται. κεῖνται δὲ πολλοὶ καθιερωμένοι ἐν τῷ ναῷ τῆς Χαλκιοίκου Ἀθηνᾶς. *Nascitur autem in eo lapis, galeæ similis, thrasydeilus, quasi audax, timiduſque, appellatus: simul enim tubam audit, in ripam progreditur; verùm, si Athenienses nominentur, rursum in profundum desilit. multi verò in Minervæ Chalciœci templo consecrati jacent.* Erat Bacchus etiam, ΣΥΚΙΤΗΣ dictus, quia ficum inveniſſet. Athenæus, lib. III. Σωσίβιος δ' ὁ Λάκων, ἀποδεικνὺς εὕρημα Διονύσου τὴν συκῆν, Διὰ τοῦτο φησὶν ἡ Λακεδαιμονίους Συκίτην Διόνυσον ἡμᾶς. *Sosibius verò Lacon, postquam ostendit, ficum Bacchi inventum esse, ideò inquit Lacedæmonios etiam Bacchum* Συκίτην *colere.* Hesychio est Συκεάτης; quanquam Lacedæmoniorum nullâ prorsus mentione. Συκεάτης, ὁ Διόνυσος. *Syceates, Bacchus.* Æsculapius, ΑΓΛΑΟΠΗΣ dicebatur. Idem Hesychius. Ἀγλαόπης, ὁ Ἀσκληπιὸς, Λάκωνες. *Aglaopes, Æsculapius, Lacones.* Neque alius est ΑΙΓΛΑΗΡ: quod Lacones dicebant pro Αἰγλήτης. Hesychius. Αἰγλάηρ, Ἀσκληπιός. Æglaër, Æsculapius. Venus verò, ΤΥΜΒΩΡΥΧΟΣ. Clemens, in Protreptico. Ἀφροδίτην Τυμβωρύχον θρησκεύουσιν Ἄργιοι, καὶ Λάκωνες. *Venerem* Τυμβωρύχον, *sive dicas Sepulcra effodientem, colunt Argivi, & Lacones.* Ejus amasius, Adonis, ΚΙΡΙΣ. Hesychius. Κίρις, λύχνος, ὄρνεον, ἢ Ἄδωνις, Λάκωνες. *Ciris, lychnus, avis, aut Adonis, Lacones.* Et omninò emendandus est Pausanias, in Laconicis. Ἐπείργασται ἐν τῷ βωμῷ, τοῦτο μὲν, ἄγαλμα Κίριδος, τοῦτο δὲ, Ἀμφιτρίτης. *Inscalpta sunt in arâ, cùm Ciridis, tum Amphitrites, signa.* Quod Sylburgio etiam placuisse video. Mars, ΘΗΡΙΤΑΣ. Hesychius. Θηρίτας, ὁ Ἐνυάλιος, παρὰ Λάκωσι. *Theritas, Enyalius, apud Lacedæmonios.* Ceres, culta ΕΠΙΠΟΛΛΑ cognomento. Hesychius. Ἐπιπολλά· ἔτως ἐν Λακεδαίμονι ἡ Δημήτηρ ἱδρυμένη ἡμᾶται. *Epipolla. Ita Ceres Lacedæmone consecrata colebatur.*

tur. Ejus filia, Proserpina, ΦΛΟΙΑ dicta. Idem Hesychius. Φλοιὰν τὴν Κόρην τὴν θεὸν ἅτω καλοῦσι Λάκωνες. *Phlœam, Proserpinam deam ita appellant Lacones* Proprio autem nomine, sicut aliis Περσεφόνεια, ita Περεφόνεια Lacedæmoniis dicebatur. Hesychius. Περεφόνεια, Περσεφόνεια, Λάκωνες. *Perephonéa, Proserpina, Lacones.*

CAP. IV.

Phylonoë. Pasiphaë. Pausaniæ locus emendatus. Chalcedane. Cassandra, Alexandra appellata. Agamemnon, cognomento Ζεύς: *deque eo Hesychii locus illustratus; & Isacii Tzetzæ error ostensus. Clytæmnestra. Menelaus. Helena: ejusque duo filii, Nicostratus, & Æthiolas. Ulysses. Astrabacus, sive Astrobacus. Lycurgus. Paris, qui & Alexander dictus: & Deiphobus.*

COlebatur etiam ab illis PHYLONOE, Tyndari filia. Athenagoras, in Legat. pro Christianis. ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος, καὶ Ἀγαμέμνονα Δία, καὶ Φυλονόην, τὴν Τυνδάρεω θυγατέρα, σέβεται. *Lacedæmonius verò, etiam Agamemnonem Jovem, & Phylonoen, Tyndari filiam, veneratur.* Certè immortalem etiam illam à Dianâ factam, memorat Apollodorus, lib. III. Τυνδάρεω, καὶ Λήδας, Φυλονόη· ἣν Ἄρτεμις ἀθάνατον ἐποίησε. *Tyndari, & Ledæ, Phylonoë: quam Diana immortalem fecit.* PASIPHAE. Plutarchus, in Agide, & Cleomene. Συνέβη δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ τῶν ἐφόρων ἕνα, κοιμώμενον ἐν Πασιφάης, ὄναρ ἰδεῖν θαυμαστόν. *Accidit verò per hos dies, uti ephororum uni, in fano Pasiphaës dormienti, somnium offerretur admirandum.* Hanc nonnulli, unam Atlantidum; alii, Cassandram dicunt, Priami filiam, ibi mortuam; alii, Amyclæ Daphnen: cultam verò fuisse Thalamis, oppido Laconiæ; & oraculum illic suum habuisse: ac Pasiphaën appellatam, ὅθεν καὶ τὸ πᾶσι φαίνειν τὰ μαντεῖα, *quòd oracula omnibus declararet.* Idem Plutarchus, in eodem Agide. Ἱερὸν δὲ Πασιφάης, καὶ μαντεῖον, ἐν Θαλάμαις ἱδρύσθαι. ἐν

ταῖς

τινὲς μὲν ἱστοροῦσι, τὴν Ἀτλαντίδων μίαν εἶναι, τὴν ὑπὸ Διὸς, τὴν Ἄμμωνα τεκεῖν. τινὲς δὲ, Κασσάνδραν, τὴν Πριάμου, τελευτήσασαν ἐνταῦθα. καὶ, διὰ τὸ πᾶσι φαίνειν τὰ μαντεῖα, Πασιφάαν ὀνομασθῆναι. ὁ δὲ Φύλαρχος, Ἀμύκλα θυγατέρα, Δάφνην τὸ ὄνομα. *Templum verò Paſiphaæ, & oraculum, Thalamis erat honoratum. quam Atlantidum unam, Jovis filiarum, Ammonem peperiſſe quidam tradunt: nonnulli, Priami Caſſandram, illic mortuam: &, quia omnibus oracula declararet, Paſiphaën fuiſſe dictam. Phylarchus verò, Amyclæ filiam, Daphnen nomine.* Cicero, De divin. lib. I. *Etiam qui præerant Lacedæmoniis, non contenti vigilantibus curis, in Paſiphaæ fano, quod eſt in agro extra urbem, ſomniandi cauſſâ excubabant, quia vera quietis oracula ducebant.* Meminit ſtrictim etiam Tertullianus, in Apologetico ſuo. *Oraculis hoc genus ſtipatus eſt orbis: ut Amphiarai, apud Oropum; Amphilochi, apud Mallum; Sarpedonis, in Troade; Trophonii, in Bœotiâ; Mopſi, in Ciliciâ; Hermiones, in Macedoniâ; Paſiphaæ, in Laconicâ.* Corruptum ejus nomen eſt apud Pauſaniam, in Laconicis, ubi de urbe Thalamis agit; in quâ cultam, ex Plutarcho jam excepimus. Χαλκᾶ δὲ ἔσηκεν ἀγάλματα ἐν ὑπαίθρῳ τοῦ ἱεροῦ, ἃ τι Παφίης, καὶ Ἡλίου. *Ex ære ſtant, in eâ fani parte, quæ ſub dio eſt, ſigna Paphiæ, & Solis.* Et mox ſubjungit. Καὶ ἡ Θαλάμαις ἐπιχώριος δαίμων ἐστιν ἡ Παφίη. *Neque Thalamis patrium numen eſt Paphia.* Scribendum omninò eſt, Πασιφάης, & Πασιφάη. Colebatur & CHALCEDANE. Heſychius. Χαλκεδάνη. ταύτης ἱερὸν ἐν Σπάρτῃ. *Chalcedane. Hujus fanum Spartæ.* CASSANDRA, apud ipſos *Alexandra* appellata. Pauſanias, in Laconicis. Πεποίηται δὲ καὶ Κασσάνδρης ἐς Πριάμου ναὸς, καὶ ἄγαλμα, Ἀλεξάνδρας ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καλουμένης. *Eſt ibi Caſſandræ, Priami filiæ, ſtructa ædes, & ſimulacrum, Alexandræ ab indigenis appellatæ.* Alio loco, in Laconicis iiſdem, ſic vocatam memorat ab Amyclæis. Ἀμύκλα δὲ, ἀνάσσατος ὑπὸ Δωριέων μετοικουμένη, καὶ ἀπ' ἐκείνου κώμη διαμένουσα, θέας παρείχετο ἄξιον ἱερὸν Ἀλεξάνδρας, καὶ ἄγαλμα. τὸν δὲ Ἀλεξάνδραν οἱ Ἀμυκλαεῖς Κασσάνδραν τὸν Πριάμου φασὶν εἶναι. *Amycla verò, à Dorienſibus everſa, ex*

eo tempore vicus manens, dignum spectatu exhibebat fanum Alexandræ, & signum. Alexandram verò Amyclæi Cassandram esse dicunt, Priami filiam. Hesychius. Καστάνδρα, Ἀλεξάνδρα, ἐν Λακεδαιμονία. *Cassandra, Alexandra, in Lacedæmonia.* Colebantur item illic, Agamemnon, cum uxore Clytæmnestra: sicut etiam Menelaus, ejus frater; & illius uxor, Helena: Et imprimis

AGAMEMNON, cognomento Ζεὺς vocatus. Athenagoras, in Apologiâ. ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος, Ἀγαμέμνονα Δία σέβει. *Lacedæmonius verò, Agamemnonem Jovem colit.* Clemens, in Protreptico. Ἀγαμέμνονα γέν τινα Δία ἐν Σπάρτῃ τιμᾶσθαι, Στάφυλος ἱστορεῖ. *Agamemnonem certè quendam Jovem Spartæ coli, Staphylus refert.* Clytæmnestra, ejus uxor, apud Lycophronem ita loquitur.

Ἐμὸς δ' ἀκοίτης, δμωιδος νύμφης ἄναξ,
Ζεὺς Σπαρτιάτης αἰμύλοις κληδόσιν,
Τιμὰς μεγίστας Οἰβάλου τέκνοις λαχών.
Meus verò maritus, captivæ dominus sponsæ,
Jupiter à Spartanis argutis vocabitur,
Summos honores ab Oebali filiis consecutus.

Ad quem locum ita Isaacius Tzetzes. οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἱδρύσαντες Ἀγαμέμνονος Διὸς ἱερὸν, εἰς τιμὴν τοῦ ἥρωος. *Lacedæmonii, qui Agamemnonis Jovis fanum dedicârunt, in honorem heros.* Errat autem vehementer, alio loco, cùm Lapersas populum quendam Atticæ tradit, atque ibi eum cultum. Λαπέρσαι, δῆμος Ἀττικῆς, ἔνθα Διὸς Ἀγαμέμνονός ἐστιν ἱερόν. *Lapersæ, populus Atticæ, ubi Jovis Agamemnonis est fanum.* Nec enim Lapersæ in Atticâ locum ullum habuere, neque ibi Jovem cultum Agamemnonem quisquam antiquorum tradit. Quia verò Jovem antiqui ætherem censebant esse, Metrodorus Agamemnonem allegoricè ætherem dixit. Itaque illustro locum illum Hesychii. Ἀγαμέμνονα, τὸν αἰθέρα Μητρόδωρος εἶπεν ἀλληγορικῶς. *Agamemnonem, Metrodorus ætherem dixit allegoricè.* Ejus uxor, CLYTÆMNESTRA, ibidem Amyclis culta: & signum ejus memoratur, juxta virum Aga-

Agamemnonem, à Pausaniâ, in Laconicis, aliquoties citatis. Καὶ Κλυταιμνήστρας ἐστὶν ἐνταῦθα εἰκὼν, καὶ ἄγαλμα, Ἀγαμέμνονος νομιζόμενον μνῆμα. *Et Clytemnestræ est ibidem effigies, & simulacrum, quod in memoriam Agamemnonis collocatum putabatur.* Eodem modo MENELAUS, ejus frater; & uxor, HELENA. Isocrates, in Encomio Helenæ, de eâ, & Menelao, loquens. Ἐν Θεράπναις τ᾽ Λακωνικῆς θυσίας αὐτοῖς ἁγίας καὶ πατρίους ἐπιτελοῦσιν, οὐχ ὡς ἥρωσιν, ἀλλ᾽ ὡς θεοῖς ἀμφοτέροις οὖσιν. *Therapnis Laconicæ sacra ipsis sancta patriáque faciunt, non ut heroibus, sed utrique tanquam diis.* Et observa, Therapnis factum. Sic Æneas Gazæus, in Theophrasto. Τὸν γοῦν Μενέλεων, καὶ νὴ Δία τ᾽ Ἑλένην, ἐν Θεράπναις τ᾽ Λακωνικῆς τοῖς θεοῖς συναριθμοῦντες, μετ᾽ ἐκεῖνον ᾄδουσι, θυσίαις τε καὶ ἀναθήμασι θεραπεύοντες. *Menelaum itaque, & per Jovem etiam Helenam, Therapnis Laconicæ diis adnumerantes, post illum canunt, sacrificiisque, & donariis, colunt.* De Menelao solo, loquitur Athenagoras, in Legat. Λακεδαιμόνιοι δὲ, Μενέλεων (ἵδρωτα θεόν·) καὶ θύουσιν αὐτῷ, καὶ ἑορτάζουσιν. *Lacedæmonii verò, Menelaum (fecerunt deum:) & sacra illi, ac festum, celebrant.* Pausanias, in Laconicis, ubi de Therapnis agit, idem dicit. Meminitque templi ejus, quod dicebant Μενελάϊον, locis pluribus Polybius, lib. v. & Livius, lib. XXXIV. Pariter quoque Helenæ templum separatim memoratur ab Herodoto, lib. VI. Ἐφόρεε αὐτῇ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην ἐς τὸ τ᾽ Ἑλένης ἱρὸν, τὸ ἐστὶν ἐν τῇ Θεράπνῃ καλεομένῃ. *Ferebat ipsam quotidie ad Helenæ templum, quod est in loco, quem Therapnen vocant.* Memorat itidem Hesychius, in Κανάθρα. Ejus festum, Ἑλένια dictum, apud eundem alibi legitur. Ἑλένια, ἑορτὴ, ἀγομένη ὑπὸ Λακώνων. *Helenia, festum, à Laconibus celebratum.* Credebantur verò ipsi, ut & fratribus, Dioscuris, curæ esse, qui in mari navigabant. Sic Apollo dicit, apud Euripidem, in fine Orestis.

Ἕξω σπονδαῖς ἔνλιμον αἰεὶ,
Σὼ Τυνδαρίδαις, τοῖς Διὸς υἱοῖς,
Ναύταις μεδέουσι θαλάσσης.

Erit

Erit semper honorabilis sacrificiis,
Cum Tyndaridis, Jovis filiis,
Nautarum in mari curam gerens.

Quin & duo ejus filii, NICOSTRATUS, & ÆTHIOLAS, pro diis culti. Scholiastes Homeri, ad Iliad. γ'. Κινάιθων δὲ φησὶ, Νικόστρατον, καὶ Αἰθιόλαν, Ἑλένης δύο παῖδες, ὃν καὶ Λακεδαιμονίοις ἡμῶν. *Cinæthon verò ait, Nicostratus, & Æthiolas, duo Helenæ filii, à Lacedæmoniis coluntur.* ULYSSES quoque inter deos collocatus. Observare est apud Plutarchum, in Quæst. Græc. Ἐν Λακεδαίμονι, ὃν καὶ τὸ τῶν Λευκιππίδων ἱερὸν, ἵδρυται τοῦ ὀδυσσέως ἡρῶον. *In Lacedæmone, juxta Leucippidum fanum, Ulyssi, tanquam heroi, sacellum est conditum.* Item ASTRABACUS. Clemens, in Protreptico. Ἔστι μὲν ἐφ' ὑμῖν καὶ ἀναφανδὸν ἔτω καὶ πόλεις δαίμονας ὑπιχωρίους, ἡμεῖς ὑπερεπωμύους. ὃν καὶ Κυθνίοις μὲν Ἔδημον, ὃν καὶ Τηνίοις Καλλισταγόραν, ὃν καὶ οἱ Ἠλείοις Ἄνιον, ὃν καὶ Λάκωσιν Ἀστράβακον. *Licet etiam in civitatibus apertè invenire genios indigenas, qui honorantur: apud Cythnios quidem Edemum, apud Tenios Callistagoram, apud Eléos verò Anium, apud Lacedæmonios Astrabacum.* Pausanias, in Laconicis. Πλησίον δὲ, Ἀστράβακος καλούμενον ἐστιν ἡρῶον. *Juxtà verò, est heroum, quod Astrabaci appellant.* Apud Herodotum, duobus locis Astrobacus scribitur, lib. VI. οἱ στέφανοι ἐφάνησαν ἐόντες ὁκ ἐκ ἡρώου, ἐκ δὲ καὶ τῆσι θύρῃσι τῆσι αὐλείῃσι ἱδρυμένου, τὸ καλέεσιν Ἀστρόβακον. *Compertumque est, illas coronas fuisse sumptas ex heroo, quod est juxta januam aulæ structum, & Astrobaci vocatur.* Nec multo pòst iterum. Ἐκ τοῦ ἥρωος τούτου γέγονας, καί τοι πατὴρ ἐστι Ἀστρόβακος ὁ ἥρως. *Ex hoc heroë natus es, paterque tibi est Astrobacus heros.* LYCURGUS. Idem Herodotus, de Lacedæmoniis agens, lib. I. τῷ δὲ Λυκούργῳ τελευτήσαντι ἱρὸν εἰσίδρυσι, σέβονται μεγάλως. *Lycurgum verò mortuum, structo fano, majorem in modum colunt.* Et Pausanias, in Laconicis. Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ Λυκούργῳ, τῷ θεμένῳ τοὺς νόμους, οἷα δὴ θεῷ πεποιήκασι καὶ τοῦτο ἱερόν. *Lacedæmonii verò Lycurgo, qui leges tulit, tanquam deo, etiam templum hoc posuerunt.* Ac quotannis sacra ipsi facie-

faciebant. Strabo, lib. VIII. Μόνῳ γὰρ Λυκούργῳ (Ἔφορος φησὶν) ἱερὸν ἱδρύσασθαι, καὶ θύεσθαι καθ' ἕτος. *Soli itaque Lycurgo (Ephorus ait) templum esse dedicatum, ac quotannis sacra fieri.* Plutarchus, in ejus vitâ. Ἀριστοτέλης ἐλάττονας ἀξιοῖ φησι τιμὰς, ἢ πρόσηκεν αὐτὸν ἔχειν, ἐν Λακεδαίμονι, καίπερ ἔχοντα τὰς μεγίστας. ἱερόν τε γάρ ἐστιν αὐτοῦ, καὶ θύουσι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὡς θεῷ. *Aristoteles minores ipsum, quàm conveniret, honores habere in Lacedæmone dicit, quamquam maximos habentem. Nam est ejus illic templum, & quotannis velut deo sacra faciunt.* Videndus etiam est Suidas, in Λυκούργῳ τῷ νομοθέτῃ. PARIS, qui & *Alexander*, ac DEIPHOBUS, itidem Therapnis culti, cum Menelao, Helenâque. Æneas Gazæus, in Theophrasto. Τὸν γὰρ Μενέλεων, καὶ νὴ Δία τὸν Ἑλένην, μετὰ τὸν Ἀλέξανδρον, μετὰ τὸν Δηίφοβον, ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς τοῖς θεοῖς συναριθμοῦντες, μετ' ἐκεῖνον ἄδουσι, θυσίαις τε καὶ ἀναθήμασι θεραπεύοντες. *Menelaum itaque, & per Jovem etiam Helenam, post Alexandrum, post Deiphobum, Therapnis Laconicæ diis adnumerantes, post illum canunt, sacrisque, & donariis, colunt.*

CAP. V.

Juno, cognomento Αἰγοφάγος. *Ejus templum, à quo conditum, & quamobrem. Capræ illi immolatæ. Hesychii locus emendatus. Corona illi imposita,* Πυλεών *dicebatur.. Apollo,* Φοῖβος *cognomento.* Φοιβεῖον, *locus ei consecratus: & ibidem templum Dioscurorum, in quo Marti Enyalio catulum canis ante pugnam ephebi sacrificabant. Pausanias correctus, & Herodotus illustratus. Quare Marti sacrum fecerint, & cur canem immolaverint: quare denique in Phœbæo, & Dioscurorum templo, accuratè inquisitum. Dioscuri, hominum Servatores credîti: unde & parotides, in morbis enatæ, eorum nomine appellatæ.*

JUNO culta, Αἰγοφάγος appellata cognomento: ita dicta, quòd huic capras immolarent. Fanum primus struxit Hercules, quòd in pugnâ cum Hippocoonte, ejusque filiis, semper adversari sueta, nullum ipsi impedimentum objecisset: tum

& capras immolavit, cùm non alia hostia ad manum esset. Pausanias, in Laconicis. Μόνοις ἢ Ἑλλήνων Λακεδαιμονίοις καθέσηκεν Ἥραν ἐπονομάζειν Αἰγοφάγον, καὶ αἶγας τῇ θεῷ θύειν. Ἡρακλέα δὲ λέγουσιν ἱδρύσασθαι τὸ ἱερὸν, καὶ αἶγας θῦσαι πρῶτον, ὅτι μαχόμενος οἱ πρὸς Ἱπποκόωντα, καὶ τοὺς παῖδας, ἐδὲν ἐκ τοῦ Ἥρας ἀπήντησεν ἐμπόδιον. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἐδόκαζεν ἐναντίαν ἑαυτῷ οἱ τὴν θεόν. αἶγας δὲ αὐτὸν θῦσαί φασιν, ἱερείων ἀπορήσαντα ἀλλοίων. *Soli è Græcis omnibus Lacedæmonii solemne habent Junonem cognomento Ægophagon appellare, & immolare illi capras. Herculem verò dedicasse fanum aiunt, & primùm capris sacra fecisse, quòd pugnanti adversus Hippocoontem, & filios ejus, nullum planè impedimentum obtigisset. nam, quemadmodum in aliis, deam sibi obversaturam existimaverat. capras verò immolasse ipsum dicunt, quòd alterius generis victimæ non suppeterent.* Emendandus est Hesychius, apud quem corruptè editur: Αἰγοφάγος, Χήρα, ἐν Σπάρτῃ. *Ægophagus, Vidua, Spartæ.* Rescribo. Αἰγοφάγος, Ἥρα. *Ægophagus, Juno.* Huic deæ & coronam imponebant, quæ Πυλεὼν dicebatur. Athenæus, lib. XV. Πυλεών. ὅτως καλεῖται ὁ στέφανος, ὃν τῇ Ἥρᾳ περιτιθέασιν οἱ Λάκωνες. *Pyleon. Ita dicitur corona, quâ Lacones Junonem circundabant.* Hujus coronæ etiam Hesychius meminit, sed Junonis nullam mentionem facit. Apud Alcmanem mulier quædam, ei talem coronam dedicans, ita loquitur.

Καί τύν' εὔχομαι, φέροισα τόνδ' ἐλιχρύσω πυλεῶνα, καὶ ἀκηράτω κυπέρω.

Et tibi votum nuncupo, ferens hunc, ex helichryso & illibato cypero, pyleonem.

Apollo, ut notum, Φοῖβος cognomento dictus: ac Φοιβαῖον, locus illi consecratus, ad Therapnen: ubi Dioscurorum fanum, in quo juvenes sacra facere Enyalio consueverant. Pausanias, in iisdem Laconicis. Θεραπνης δὲ ἀπόρρω, Φοιβαῖον καλούμενόν ἐστιν. ἐν δὲ αὐτῷ, Διοσκόρων ναός. καὶ οἱ ἔφηβοι τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσιν ἐνταῦθα. *Haud procul Therapnâ, est Phœbæum quod vocatur: ibidem verò, Dioscurorum ædes: & ephebi eo in loco sacrum Enyalio faciunt.*

Immo-

Immolabant verò catulum canis, idque antequam pugnarent. Idem hoc Pausanias docet, alio ejus Operis loco, sed omninò corrigendo. Νόμους ἦ ἔς τε τὰ ἄλλα πολιτείαν, καὶ ἐς τὰ μάχιμα τῶν ἐφήβων, ἔθηκεν ὁ Λυκοῦργος. καὶ τάδε ἄλλα τοῖς ἐφήβοις δρώμενά ἐστι. θύσι πρὸ τῆς μάχης ἐν τῷ Φοιβαίῳ. τὸ δὲ Φοιβαῖόν ἐστι καὶ ἐκ τῆς πόλεως, Θεραπνης δὲ πολὺ ἀφεστηκός. ἐνταῦθα ἑκατέρα μοῖρα τῶν ἐφήβων σκύλακα κυνὸς τῷ Ἐνυαλίῳ θύσι. *Leges verò cùm ad cæteram rempublicam, tum ad pugnam epheborum, Lycurgus tulit. & alia quædam ephebi faciunt, & in Phœbæo ante pugnam sacra faciunt. Est autem Phœbæum etiam extra urbem, Therapnâ non longè distans: ubi classis epheborum utraque caninum catulum Enyalio sacrificat.* Nec multo póst. Τοσάδε μὲν δρῶσιν ἐν τῷ Φοιβαίῳ. *Et hæc quidem in Phœbæo peragunt.* Ita enim in duobus istis locis ex priore rescribendum, pro ἐΦηβαίῳ, & ἐΦηβαῖον. Equidem contrarium sensi, ante hos viginti annos, Lect. Attic. lib. I. cap. XXVI. sed retracto: & auctores, supra omnem exceptionem, Livius, Herodotusque. Et hic quidem, lib. VI. Ἐφόρεε αὐτὴν ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ἐς τὸ τῆς Ἑλένης ἱρὸν, τὸ ἐστιν ἐν τῇ Θεραπνῃ καλευμένῃ, ὑπερθε τοῦ Φοιβήϊου ἱροῦ. *Ferebat eam singulis diebus ad Helenæ templum, quod est in loco quem Therapnen vocant, supra Phœbæum fanum.* Livius verò, lib. XXXIV. *Jussi, clamore sublato, subire undique omnes; ut, quà primum occurrerent, quáve opem ferrent, ad omnia simul paventes Lacedæmonii ignorarent. Quod roboris in exercitu erat, trifariàm divisum. Parte unâ à Phœbæo, alterâ à Dictynnæo, tertiâ ab eo loco, quem Heptagonias appellant, (omnia autem hæc aperta sine muro loca erant,) aggredi jubet.* Observa autem, ab Herodoto Phœbæum appellari fanum, cùm Pausanias locum dicat, & Dioscurorum illic fanum memoret, in quo sacra ephebi facerent. Verba illustro; &, ὑπερθε τοῦ Φοιβήϊου ἱροῦ, sic expono: *suprà Phœbæi fanum:* ut Dioscurorum id intelligatur, quod dicatum in Phœbæo, ex Pausania cognoscimus. Sed rem totam paullo accuratiùs examinemus, & in causas ejus facti inquiramus. Itaque cur Marti sacra Enyalio faciebant? nempe

uti ante pugnam belli deum sibi redderent propitium: atque id convenienter. Verùm canis quare catulum immolabant? ipse id Pausanias dicit, istis verbis. Σκύλακα κυνὸς τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσι, θεῶν τῷ ἀλκιμωτάτῳ κρίνοντες ἱερεῖον κ᾽ γνώμιον εἶναι τὸ ἀλκιμώτατον ζῶον τ᾽ ἡμέρων. *Catulum canis Enyalio mactant, deorum fortissimo animal fortissimum è cicurum genere gratam esse victimam existimantes.* Et Plutarchus, in Quæst. Rom. Ἐν δὲ Λακεδαίμονι τῷ φονικωτάτῳ τ᾽ θεῶν Ἐνυαλίῳ σκύλακας ἐντέμνουσι. *Lacedæmone verò Enyalio, deo cædibus addictissimo, canum catulos immolant.* Quare autem in sacrato Apollini campo? quia nempe in hujus dei se tutelâ juvenes credebant esse, sicut virgines in Dianæ: unde & natalem ejus celebrabant. Horatius, lib. I. Od. XXI.

Dianam teneræ dicite virgines,
Intonsum pueri dicite Cynthium.

Ubi Acron. *Hymni Apollini, Dianæque, dicebantur: quos pueri Apollini, Dianæ virgines canebant.* Et ad libri secundi Oden XII. *Natalis Dianæ à virginibus celebrabatur, sicut Apollinis à pueris.* Denique, quare in Dioscurorum templo? ut nimirum à periculo, quod in pugnâ imminebat, liberatos conservarent: nam hoc facere Dioscuri invocati credebantur, ideoque etiam Σωτῆρες dicti, quasi hominum Servatores. Theocritus, in Idyllio, quod inscripsit, Διόσκουροι.

Ἀνθρώπων σωτῆρας, ὅτε ξυρᾷ ἤδη ἐόντων.

Hominum servatores, jam in acie novaculæ existentium.

Interpres Germanici, de Geminis, qui putati Dioscuri. *Jupiter utrosque cœlo intulit, sideribusque. Geminos nominavit, qui Salutares sunt appellati.* Huc pertinet Inscriptio Vetus.

CASTORI. ET. POLLUCI
DIS MAGNIS
SULPICIÆ. Q. SULPICI F.
VOTUM
OB. FILIUM. SALUTI
RESTITUTUM.

Hinc

Hinc ingraviſſimorum morborum declinatione enatæ parotides, veluti ſalutis indices, Διόσκυροι appellantur. Caſſius Iatroſophiſta, Problem. XXX. Ἐν ταῖς ἀκμαῖς τ̃ χαλεπῶν νοσημάτων ὡς ἐπίπαν παρωτίδες γίνονται, ἃς ἐνίοις Διοσκύρους καλοῦσιν, ὡς ἐπίλυσιν γινέσθ τ̃ κακῶν. *In declinationibus gravium morborum magnâ ex parte fiunt parotides, quas nonnulli etiam Dioſcuros dicunt, quòd malorum ſolutio inſtet.* Et reſpexit iſtum locum, ut exiſtimo, Euſtathius, ad Iliad. lib. III. Ἐν ἰατρικῷ βιβλίῳ ἄθρωϐ αἱ παρωτίδες καλέσθαι Διόσκυροι. *In libello quodam medico inventæ ſunt parotides Dioſcuri appellari.* Ac ſpeciatim navigantibus ſalutares cenſebantur. Artemidorus, Onirocrit. lib. II. c. XLII. Διόσκυροι τοῖς πλωϊζομένοις, χειμῶνος εἰσὶ σημαντικοί. τοῖς δ ἐν γῇ ὄσι, στάσεως, ἢ δικῶν, ἢ πολέμου, ἢ μεγάλης νόσου. πάντων δ τ̃ δεινῶν εἰς πάλιν ἀζημίους ἀπαλλάτ̃σι. σωτῆρες γὰρ εἰσιν οἱ θεοὶ, ἀλλὰ τ̃ πρόπαλαι ἐπί τινι φόβῳ, ἢ κινδύνῳ, γνομένων. *Dioſcuri navigantibus tempeſtatem portendunt; his verò, qui in terrâ degunt, ſeditionem, aut lites, aut bellum, aut magnum morbum. tandem verò omnibus malis indemnes liberant: eoſque, qui jam in aliquâ clade verſantur, eripiunt. Servatores enim hi dii ſunt; ſed eorum, qui priùs in aliquo metu, aut periculo fuerint.* Arrianus, in Epictetum, lib. II. cap. XVIII. Ἐκεῖνον ἐπικαλοῦ βοηθὸν, καὶ προσκύνει, ὡς τοὺς Διοσκύρους ἐν χειμῶνι οἱ πλέοντες. *Illum invoca adjutorem, ſociumque, ut, qui navigant, Dioſcuros in tempeſtate.* Exſtat in hanc rem etiam Homeri in illos Hymnus, qui videndus. Unde eſt Horatii illud, lib. I. Od. III.

Sic te diva potens Cypri,
Sic fratres Helenæ, lucida ſidera,
Ventorumque regat pater,
Obſtrictis aliis, præter Iapyga,
Navis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium. ——

Et nonnulli quoque nautæ hanc ob cauſam hos pingebant in tutelâ navis ſuæ. Hoc videre eſt apud D. Lucam, in Actis Apoſt.

cap. XXVIII. Μετὰ ἢ τρεῖς μῆνας ἤχθημεν ἐν πλοίῳ, ᾧ παρεχειμακόει ἐν τῇ νήσῳ, Ἀλεξανδρίνῳ, ᾧ παρήμην Διοσκούροις. *Tribus itaque post mensibus vecti sumus navi Alexandrinâ, quæ in insulâ hiemaverat, & insigne sibi habebat Dioscuros.*

CAP. VI.

Matton, sive Dæton, & Ceraon. Athenæus emendatus. Timor, ejusque ædes, semper clausa: isque quam ob causam cultus. Talthybius: ejusque fanum, monumentum, item sacra. Mors, & Risus: cujus parvum simulacrum, à Lycurgo dedicatum. Somnus, tanquam frater Mortis. Pudor: ejusque simulacrum, ubi, & quare, dedicatum. Fames: ubi, & quomodo, picta. Ἀλκείδαι. Δημόδωνες. Οἱ παρὰ μικρὸν θεοί.

MATTON, & CERAON, à coquis in phiditiis dedicati. Athenæus, lib. II. Πολέμων φησὶ, παρὰ Σπαρτιάταις Μάτθωνα, καὶ Κέρδωνα, ἥρωας, ὑπὸ μαγείρων ἱδρύσθαι ἐν τοῖς φειδιτίοις. *Polemon ait, apud Spartanos Mattonem, & Cerdonem, heroas, à coquis quibusdam dedicatos in phiditiis.* Sed legendum est, Κεράωνα, non Κέρδωνα. Nam dedicati erant ab iis, qui in phiditiis mazam faciebant, & vinum miscebant. Colebantur autem in viâ Hyacinthide. Docet idem Athenæus, alio loco, lib. IV. Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος, ἐν ἐκκαιδεκάτῳ τῶν Τρωϊκῶν Διακόσμων, ἐν τῇ Λακωνικῇ φησιν, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, τῆς καλουμένης Ὑακινθίδος, ἱδρύσθαι ἥρωας, Δαίτωνα, καὶ Κεράωνα, ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς φειδιτίοις, πιόντων τὰς μάζας, καὶ κερασνυόντων τὸν οἶνον, Δμώνων. *Demetrius Scepsius, libro decimo sexto Troici Apparatus, scribit, in Laconicâ, in viâ, Hyacinthide dictâ, dedicatos fuisse heroas, Dætonem, & Ceraonem, ab iis ministris, qui in phiditiis mazam faciunt, & vinum miscent.* Nam Κεράων sine dubio dictus fuerit, à Κεράω, quod est, Misceo: ut res ipsa satis loquitur. Verùm, ut priorem locum Athenæi ex hoc certò emendamus, sic hunc quoque ex priore: & Μάθων potiùs, quàm Δαίτων, dictus fuerit, à Μάθω, quod est, Pinso: unde & Μάζα nominatur. Tamen vetus est hoc mendum: & Eustathius repræsentat, ad Odyss. lib. I.

Ὥσπερ

Ὥσπερ τὸ Δαιτὸς παρώνυμον Δαίτων κύριον, καὶ Δαίτης, ἕτω καὶ ἐκ τοῦ Κεραῦν ἐλέγετο Κεραίων, καὶ τὸ τοῦ Ἀθλωναίου· εἰπόντος, ὅτι ἐν τῇ Λακωνικῇ τινὰ λέγει, ἱδρύσας ἥρωας, Δαίτωνα, καὶ Κεραίωνα, ὑπὸ τούτων ἐν τοῖς Φειδιλίοις πιόντων μάζας Δρακόνων, καὶ κεραυνωτῶν οἶνον. *Sicut à* Δαὶς, *quod est*, *Epulum*, *Dæton*, *nomen proprium*, *denominatur*, *ita quoque à* Κεραῦν, *quod est*, *Miscere*, *erat & Ceraon quidam*, *uti Athenæus memorat*: *dicens*, *alibi in Laconiâ dedicatos esse heroas*, *Dætona*, *& Ceraona*, *à ministris*, *qui in phiditiis mazas faciebant*, *& vinum miscebant.* Colebatur etiam TIMOR: & illius ædes erat semper clausa. Plutarchus, in Agide, & Cleomene. Ἔλαθεν εἰς τὸ δωμάτιον εἰσερπύσας μικρὸν, ὃ φόβου μὲν ἦν ἱερὸν, ἄλλως δὲ κεκλεισμένον ἀεὶ, τότε δὲ ἐκ τύχης ἀνεῳγμένον ἐτύγχανεν. *Irrepsit clàm in ædiculam*, *quæ Timoris fanum erat*, *aliásque perpetuò clausum*, *tunc autem fortè patebat.* Quare verò hunc coluerint, mox subjungit: Τιμῶσι δὲ τὸν φόβον, οὐχ, ὥσπερ ὡς ἀποτρέποντα δαίμονας, ἡγεμόνι βλαβερὸν, ἀλλὰ τὴν πολιτείαν μάλιστα συνέχεσθαι φόβῳ νομίζοντες. *Timorem autem colunt*, *non quòd*, *ut quos detestantur genios*, *noxium arbitrentur*, *sed quòd maximè remp. metu contineri putent.*

TALTHYBII quoque fanum erat Herodotus, lib. VI. Ἐν γὰρ Σπάρτῃ ἐστὶ Ταλθυβίου ἱρόν. *Nam est Spartæ fanum Talthybii.* Monumentum ejus, ut & sacra, refert etiam Pausanias, in Laconicis, & Achaicis. Eodem modo MORTIS, RISUS, & affectuum istiusmodi aliorum, templa habebant. Idem Plutarchus, eodem loco. Ἔστι δὲ καὶ Λακεδαιμονίοις οὐ φόβου μόνον, ἀλλὰ καὶ Θανάτου, καὶ Γέλωτος, καὶ τινῶν ἄλλων παθημάτων, ἱερά. *Sunt verò Lacedæmoniis non Timoris tantùm templa*, *sed Mortis*, *atque Risus*, *& affectuum ejuscemodi aliorum.* Ac Risus quidem, etiam Lycurgus parvum dedicavit simulacrum. Tradit idem Plutarchus, in ejus vitâ. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ὢν ἀκράτως αὐστηρὸς ὁ Λυκοῦργος, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ Γέλωτος ἀγαλμάτιον ἐκεῖνον ἱδρύσασθαι, Σωσίβιος ἱστορεῖ. *Neque sanè præfractè austerus erat ipse Lycurgus: quin & parvum eum Risus simulacrum dedicasse*, *auctor nobis est Sosibius.*

MORTIS verò, ut & SOMNI, simulacrum refert etiam

etiam Pausanias, in Laconicis. Τῶν δὲ ἀνδριάντων ἔξω Παυσανίᾳ πλησίον, ἔστιν Ἀμβολογήρας Ἀφροδίτης ἄγαλμα, ἱδρυμένον κατὰ τὸ μαντεῖον. ἄλλα δὲ, Ὕπνου, καὶ Θανάτου. καὶ σφᾶς ἀδελφοὺς εἶναι, κατὰ τὰ ἐπη τὰ ἐν Ἰλιάδι, φήσωσιν. *Propè Pausaniæ autem statuas, est Ambologeræ Veneris simulacrum, ex oracula dedicatum. Tum & alia, Somni, ac Mortis. Fratrem, & sororem, esse, ex Homeri in Iliade versibus, putant.* PUDORIS quoque simulacrum memoratur à Pausania, in Laconicis iisdem, alio loco: ubi refert, & quis illud dedicaverit, & quamobrem. Τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Αἰδοῦς, τριάκοντα που σταδίους ἀπέχον τῆς πόλεως, Ἰκαρίου μὲν ἀνάθημα εἶναι, ποιηθῆναι δὲ ὑπὸ λόγῳ φασὶ τοιῷδε. ὅτε ἔδωκε Ὀδυσσεῖ Πηνελόπην γυναῖκα Ἴκάριος, ἐπέρατο μὲν, κατοικῆσαι καὶ αὐτὸν Ὀδυσσέα ἐν Λακεδαίμονι. διαμαρτάνων δὲ ἐκείνης, δεύτερα τὴν θυγατέρα ἱκέτευε καταμεῖναι. καὶ ἐξορμωμένης εἰς Ἰθάκην ἐπακολουθῶν τῷ ἅρματι ἐδεῖτο. Ὀδυσσεὺς δὲ, πέως μὲν ἠνείχετο. τέλος δὲ, ἐκέλευε συνακολουθεῖν Πηνελόπῃ ἑκοῦσαν, ἢ, τὸν πατέρα ἑλομένην, ἀναχωρεῖν ἐς Λακεδαίμονα. καὶ τὸν μὲν, ἀποκρίνασθαί φασιν οὐδέν. ἐγκαλυψαμένης δὲ πρὸς τὸ ἐρώτημα, Ἴκάριος τὸν μὲν, ἄτε δὴ συνιείς, ἀπέναι μετ' Ὀδυσσέως, ἀφίησιν. ἄγαλμα δὲ ἀνέθηκεν Αἰδοῦς. ἐνταῦθα γὰρ τὸν ὀδὸν προήκοσαν ἤδη τὸν Πηνελόπην λέγουσιν ἐγκαλύψασθαι. *Pudoris verò simulacrum, quod triginta stadiis ab urbe abest, Icarii quidem donarium ferunt: factum verò hanc ob causam. Cùm Penelopen Icarius Vlyssi uxorem dedisset, eum tentavit, nunquid vellet Lacedæmone habitare. quâ in re cùm frustrà esset, filiam orare cæpit, uti secum permanaret. Quin & in Ithacam proficiscentem, currum sequens, porrò etiam rogabat. Vlysses verò, hactenus quidem se continuit: tandem autem, jubet eam, si vellet, sequi; aut, si mallet, Lacedæmonem cum patre reverteretur. & hanc quidem, nihil respondisse tradunt: verùm caput postquam sibi obvolvisset, ipsam Icarius, ceu, quòd cuperet abire cum Vlysse, sat intelligens, & dimisit, & in eâ parte viæ, quò Penelope, postquam faciem velaret, pervenisset, Pudoris signum dedicavit.* Erat & pictura FAMIS, in Minervæ Chalcioecæ fano: eratque fœmina, pallens, tenuis manibusque in tergum revinctis. Polyæ-

lyænus, in Hippodamantis strategemate, lib. II. Ἦν γὰρ ἐν τῷ ἱερῷ τῆ Χαλκιοίκε ἀνακειμένη λιμὲ γραφή. γύνη γεγραμμένη, ὠχρὸν σα, λεπτή, τὼ χεῖρε ὀπίσω δεδεμένη. *Erat enim in æde Chalciæcæ dedicata Famis pictura. Ac picta mulier, pallens, tenuis, manibus retrorsum vinctis.* Athenæus tradit, hîc Apollinis fanum, non Minervæ Chalcioecæ. lib. X. Ἱππόδαμας ὁ Λάκων, εἷς ὢν τῶν πολιορκημένων, διεκελεύετο τῷ θεῷ Λακεδαιμονίων πρὸς αὐτὰς ἥκοντι κήρυκι, δηλῶν ἐν αἰνίγματι τὼ περὶ αὐτὰς καταστασιν, ἀπαγγελεῖν τῇ μητρὶ λύεσθαι τὸ γύναιον δεχ' ἡμερῶν, τὸ ἐν Ἀπόλλωνίῳ δεδεμένον, ὡς ἐκ ἔλι λύσιμον ἐσόμενον, ἐάν τι παρέλθωσι. καὶ διὰ ταύτης τῆς γνώμης ἐμήνυε σαφῶς τὸ μήνυμα. αὕτη γάρ ἐστιν ἐν τῷ Ἀπόλλωνίῳ, πλησίον τοῦ Ἀπόλλωνος θρόνον, διὰ γραφῆς ἀπομεμιμημένον λιμὸς, ἔχων γυναικὸς μορφώ. *Hippodamas Lacon, unus ex obsessis, præconem, à Lacedæmoniis missum, per ænigma renuntiare matri jussit, ut vinctam in Apollinis templo mulierculam intrà decem dies solveret: quos si aliquid præterirent, fore, ut non ultrà solvi queat. & hoc modo, quidnam vellet, satis clarè indicavit. Etenim mulier, quam dicebat, in Apollinis templo, juxta ejus solium, picta, Fames erat, formam muliebrem habens.* Erant porrò etiam nonnulli dii, qui ΑΛΚΕΙΔΑΙ nominati. Hesychius. Ἀλκεῖδαι, θεοί τινες, παρὰ Λακεδαιμονίοις. *Alcidæ, dii quidam, apud Lacedæmonios,* Etiam alii, ΔΡΙΩΔΟΝΕΣ. Idem Hesychius. Δριωδόνες, θεοὶ, παρὰ Λακεδαιμονίοις τιμώμενοι. *Driodones, dii, apud Lacedæmonios culti.* Erant &, ΟΙ ΠΑΡΑ ΜΙΚΡΟΝ ΘΕΟΙ dicti. Res, & causa, à Simplicio memoratur, in Phys. lib. II. cap. V. Εἴρων τὰς ΠΑΡΑ ΜΙΚΡΟΝ καλουμένους ΘΕΟΥΣ οἱ Λακεδαιμόνιοι, ὡς σωτῆρας. ὅτι τοὺς μέλλοντας κινδυνεύειν, παρὰ τὸ μικρὸν δεῖν κινδυνεῦσαι διδόντες, ἔσωζον. *Colebant Lacedæmonii deos, quos* παρὰ μικρὸν, *veluti non longè absentes, appellabant, ut servatores: quoniam eos, qui venturi in periculum quoddam erant, servabant: concedentes, ut parum abesset, quin inciderent in periculum.* Denique & plura erant, seu deorum, seu dearum, apud illos nomina, & cognomenta: quæ Pausanias quia retulit accuratè, in Laconicis, hîc exponere supersedeo.

CAP. VII.

Lacedæmonii, Judæorum cognati. Eorum coloni; Plutarchi locus emendatus. Tenedii, Pelasgi: ac de his Strabonis locus vindicatus. Canobitæ, Byzantini, Cyrenæi, Gortynii, Æginetæ, Lyctii, Magnesii. Scyllæi, Latini, Noricii. Trachinii, Cnidii. Thucydidis locus illustratus. Theræi. Cornelius Nepos, Xenophonque, emendati. Selgenses, Lesbii, Heniochi, Zygii, Crotoniatæ, Cytherii. Locrenses, Melii: ac de his Cononis locus restitutus. Quàm diu sub illis liberi vixerint. Pentapolitani, Brutii, Campani, Sabini, Samnites, Tarentini: à quibus Minervæ signum Lacedæmone dedicatum. Amyclæi item. Etiam in Hispaniâ Laconimurgum, Ossigique: quod Laconicum cognomento appellatum. Catalani, Hispaniæ Lacones dicti. Tribus duæ: Παμφυλὶς, & Δυμανὶς, sive Δύμη.

COgnatos se Judæis ferebant, & ab Abrahamo item oriundos. Areus, rex Lacedæmoniorum, in epistolâ quâdam ad Oniam, Judæorum tunc pontificem, quæ exstat apud Josephum, Antiqu. Jud. lib. XII. cap. V. Ἐντυχόντες γραφῇ τινι, εὑρομὲν, ὡς ἐξ ἑνὸς εἶεν γένες Ἰουδαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, ὄντες ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ οἰκείοτητος. *Cùm in scripturam quandam incidissemus, invenimus, ex eodem genere esse Judæos, & Lacedæmonios, ceu è domo Abrahami oriundos.* Etiam Jonathas, itidem Judæorum pontifex, ut testatur idem Josephus, lib. XIII. cap. IX. Τοῖς δ' αὐτὸν πρεσβευταῖς ἐπέστειλεν, ὅπως ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀναστρέφοντες, πρὸς τοὺς Σπαρτιάτας ἀφικέσθαι, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς ὑπομνῆσαι φιλίαν, καὶ τὴν συγγένειαν. *Legatis suis mandavit, uti, Româ redeuntes, Lacedæmonios accederent, ac de amicitiâ, & cognatione, admonerent.* Et epistolam ejus ipsam, quâ illius ab Areo olim missæ etiam mentionem facit, ibi vide. Et Arei quidem epistolam ad Oniam, memorat etiam Freculphus, Chro. Tom. I. lib. V. cap. IV. *Pontifex verò Judæorum Onias erat, existens filius Simeonis: ad quem rex Spartanorum, Areus nomine, legationem direxit, & epistolas: in quibus continebatur, Judæos, & Lacedæmonios, ex uno extitisse genere, & familiaritatem cum Abrahamo socialiter habuisse.*

Fæde-

Fæderis autem, quod cum Jonatha renovârunt, meminit etiam Zonaras, Annal. I. Καὶ (ὁ Ἰωνάθης) εἰς Ῥώμλω πρεσβείαν ἐπιήσατο, τλὼ παλαίαν φιλίαν, λὼ πρὸς τὸ ἔθνος εἶχον, ἀνανεώσασθαι. οἱ δὲ βελῆς, τὰ πάτριον ἐψηφισμένα καὶ αὖθις ἐκύρωσαν. ἐπανερχόμδοι δὲ οἱ πρέσβεις, καὶ εἰς τλὼ Σπάρτλω ἀφίκοντο, καὶ τῦτο ἐντιμότερον ἔχοντες πρὸς Ἰωνάθλω. καὶ οἱ Σπαρλιᾶται τὰς πρεσβευτὰς φιλοφρόνως προσήκαντο, καὶ ψήφισμα πρὸς φιλίας, καὶ συμμαχίας, πρὸς Ἰεδαίλς ἔθεντο. *Et (Jonathas) legatos Romam misit, ad pristinam amicitiam, quæ cum populo intercedebat, renovandam. ac senatus, priora decreta confirmavit. revertentes verò legati, quod à Jonatha jussi erant, Spartam etiam accedunt, & benignè à Spartanis sunt accepti; ac decretum item factum, de servandâ cum Judæis amicitiâ, & societate.* Habes, ecce, eorum originem: nunc colonos, qui originem item suam ipsis debent, videamus. Inter illos, sunt

ÆGINETÆ, quorum ductor fuit Æacus. Isacius Tzetzes, ad Lycophronem. Ἡ δὲ Αἴγινα αὕτη, νῆσός μία τῶν Σποράδων ἐστὶν, ἀντικρὺ κειμένη τῆς Ἀττικῆς, ἄποικος Ἀργείων ὑπάρχουσα. μὴ γὰρ Λακεδαιμονίων ἐλθὼν Αἰακὸς, ταύτλω κατῴκησε. *Ægina verò hæc, insula est, una Sporadum, ex adverso Atticæ sita, Argivorum existens colonia. Adveniens enim Æacus cum Lacedæmoniis, eam inhabitavit.* Ubi illud quoque observa, Lacedæmonios dici Argivos; sicut olim etiam Laconica dicebatur: uti paullo pòst ostendam, ubi de Pelasgis agam. CANOBITÆ; sive, uti alii scribunt, CANOPITÆ. Tacitus, Annal. II. *Germanicus, nondum comperto, profectionem eam incusari, Nilo subvehebatur, orsus oppido à Canopo. Condidere id Spartani, ob sepultum illic rectorem navis Canopum: quâ tempestate Menelaus, Græciam repetens, diversum ad mare, terramque Libyam, delatus.* Eustathius, ad Dionysium. Κάνωβος δοποθινήσκει. οὗ θάψας ἐνθάδε ὁ Μενέλαος, συνοικίζει πάλιν ὕστερον τῷ μνήματι, τὰς ἀχρειοτάτας ἐκ στόλε ἀφεὶς μένειν ἐκεῖ, καὶ τλὼ πόλιν ἐπ' αὐτῷ Κάνωπον ὀνομάζει. *Canobus moritur. quo sepulto honorificè, Menelaus, supra ejus monumentum, urbem condit: ac dimissis, ad inhabitandam illam, qui inutiles maximè classi, de ipsius nomine Canopum dicit.*

TENEDII: à Pisandro, & Oreste, deducti. Scholiastes Pindari, Nemeonic. Od. XI. οὗτος δ', (ὁ Πείσανδρος,) φησὶ, συὶ Ὀρέστῃ ἀπῴκησεν ἐκ Σπάρτης, καὶ τὴν Τένεδον κατῴκησε. *Hic verò, (Pisander,) inquit, Spartâ coloniam cum Oreste deduxit, & Tenedum incoluit.* PELASGI. Apud Æschylum, in principio Supplicantium mulierum, dicunt Danaides, patrem Danaum

Κέλσαι Ἄργους γαῖαν, ὅθεν δὴ
Γένος ἡμέτερον. ——
Venisse in Argi territorium, unde sanè
Genus nostrum. ——

Et ex eo loco Strabo, ubi de Pelasgis agit, lib. V. Αἰσχύλος δ' ἐκ τῆς περὶ Μυκήνας Ἄργους φησὶν, ἐν Ἱκετίσιν, ἢ Δαναΐσιν, τὸ γένος αὐτῶν. *Æschylus verò, in Supplicibus mulieribus, seu Danaidibus, Argis eos juxta Mycenas esse oriundos dicit.* Neque rectè viri magni locum eum vel movendum, vel omninò inducendum, arbitrantur. Argos dicit, pro Laconicâ: quæ olim eo nomine appellabatur: uti notum ex Strabone, lib. VIII. Pindari Scholiaste, ad Isthm. Od. II. & Eustathio, ad Dionysium, & Homeri Iliad. β'. unde Ἀργεία illic Helena dicitur, ut Virgilio *Argiva*, Æneid. I. Ac disertè Laconum colonos dicit Pelasgos Servius, ad Æneid. lib. VIII. *De his (Pelasgis) varia est opinio. nam alii eos ab Athenienses, alii à Laconibus, alii à Thessalis dicunt originem habere.* Sanè Danaum Argos venturum, prædicit Prometheus apud Æschylum, in Tragœdiâ sui nominis.

Πέμπτη δ' ἀπ' αὐτῆς γέννα πεντηκοντόπαις
Πάλιν πρὸς Ἄργος ἐχθὰς' ἐλεύσεται.
Quinta verò ejus progenies quinquaginta filias habens
Rursus Argos haud volens veniet.

Ubi etiam videndus Scholiastes. BYZANTINI. Posteà *Constantinopolitani* dicti. Justinus, ubi de Byzantio agit, lib. IX. *Hæc namque urbs, condita primò à Pausania, rege Spartanorum, & per septem annos possessa fuit.* Gotfridus Viterbiensis, Chron. parte X. *Philippus civitatem Byzantium cinxit obsidione, quæ hodie*

Cno-

Constantinopolis appellatur: & condita fuerat à Pausania, rege Spartanorum. Otho Frisingensis, lib. II. cap. XXIV. *Florentissimum, ac libertate propriâ usum, Græciæ corpus libertate privavit; Byzantiumque, urbem sibi resistentem, obsidione cinxit. Hæc urbs à Pausania, Spartanorum rege, condita.* Meminit etiam Isidorus Hispalensis, Orig. lib. XV. cap. I. Joannes Salisberiensis, Polycratici Lib. I. cap. V. & Constantinus Porphyrogeneta, lib. II. Them. I.

CYRENÆI. Isocrates, in Orat. ad Philippum. Εἰς οἱόνπερ (τόπον) Λακεδαιμόνιοι Κυρηναίους ἀπῴκισαν. *Cujusmodi in locum Lacedæmonii Cyrenæos in coloniam miserunt.* Dionysius Alexandrinus, in Descriptione Orbis.

Κυρήνη τ' εὔιππος, Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν.

Et Cyrene bonos habens equos, Amyclæorum genus virorum.

Ad quem locum vide Eustathium. Deduxit verò hanc coloniam Battus, Olympiade XLI. Solinus, cap. XXX. *Cyrenas Battus Lacedæmonius, Olympiade primâ & quadragesimâ, condidit.*

GORTYNII, in Cretâ. Rem, ejusque occasionem, ac ductores, refert Conon, Narrat. XXXVI. Τρίτῃ δὲ γενεᾷ, στασιάσαντες (οἱ Ἀμυκλαῖοι) πρὸς Δωριέας, μεταναστάντων Ἀμύκλων. συμπλαλαβόντες δέ τινας καὶ τῶν Σπαρτιατῶν, ἡγεμόνων αὐτοῖς Πόλιδος καὶ Δελφοῦ, ἔπλεον ἐπὶ τὴν Κρήτης. Ἐν τῷ παράπλῳ δὲ ἔσχε. Μῆλον Ἀπόδασμος οἰκίζει. καὶ τὸ τῶν Μηλιέων (ita mox legendum dicam) γένος ἐνθάδε οἰκίσθη Σπαρτιάτης. οἱ δὲ λοιποὶ ἅπαντες, Γόρτυναν, μηδενὸς ἐργοντος, λαβόντες, ταύτην ἅμα τοῖς περιοίκοις Κρησὶ συνοικίζουσι. *Tertiâ verò ætate, cùm seditionem Amyclæi adversus Dorienses concitassent, Amyclis pelluntur. itaque, assumptis secum aliquibus Spartanorum, sub ductoribus Polide & Delpho, in Cretam navigârunt. Sed, dum classis præternavigat, in Melum Apodasmus colonos ducit: atque hinc Spartanis genus Meliensium est cognatum. Cæteri verò omnes, Gortynam occupantes, nemine prohibente, eam unà cum Cretensibus, qui accolebant, inhabitârunt.* Quod ductorem Delphum attinet, de eo est Plutarchi locus emendandus, lib. De Virt. Mul. ubi de Tyrrhenis agit. Ταῦτα ἐπραξαν οἱ Πελασγοὶ,

Πόλιν ἡγεμόνα, καὶ Δελφὸν, καὶ Κραταΐδα, Λακεδαιμονίους, λαβόντες. *Hæc Pelasgi faciebant, acceptis ducibus, Polli, Delpho, & Crataida, Lacedæmonius.* Hodie editur, καὶ ἀδελφόν. Operæ verò pretium erit, totam illic historiam videre, luculenter descriptam. Bis quoque ἀδελφὸν, pro Δελφὸν, apud eundem scribitur, in Quæst. Græc. ubi agit de Cretensium Catacautis. In eâdem Cretâ, etiam

LYCTII. Aristoteles, Politic. lib. II. cap. VIII. Ἄποικοι γὰρ οἱ Λύκλιοι τῶν Λακώνων. *Nam coloni Lacedæmoniorum Lyctii.* Plura in Opere De Cretâ, ubi de urbe Lycto ago. Quomodò autem Spartanorum Lyctii coloni facti, est videre apud Plutarchum, libro De virtute mulierum, ubi de Tyrrhenis agit.

MAGNESII. Velleius, lib. I. *Athenienses in Eubœâ Chalcida Eretriam colonis occupavere; Lacedæmonii in Asiâ Magnesiam.* Ac videntur & SCYLLÆI, qui Scylletium illic montem accolebant, partim quoque Lacedæmoniorum coloni fuisse: quod conjicere inde licet, quia Jovem ibi cum Curetibus deposuerunt: uti auctor nobis Stephanus, istis verbis. Σκυλλήϊον, ὄρος Κρήτης. οἱ παροικοῦντες, Σκυλλαῖοι. Σκυλλαῖος γὰρ ὁ Ζεὺς ἐκεῖ τιμᾶται. ἔνθα φασὶ τὰς Κρῆτας ἀποθέσθαι μετὰ τῶν Σπαρτιατῶν τὸν Δία. *Scylletium, mons Cretæ. qui accolunt, Scyllæi. Scyllæus enim ibi Jupiter colitur: ubi aiunt Curetas cum Spartanis Jovem deposuisse.* Ut autem in Cretâ Jovem deposuerunt, sic in LATIO Italiæ, cui nomen inde datum, uti Latium diceretur, quod est eruditis notum, etiam Saturnum patrem, profugum tunc, absconderunt. Unus hoc nos Firmicus docet, lib. De errore prof. relig. *Saturnus, regno timens, devorat filios. Hic, Cretâ fugiens, in Italiâ à Spartanis absconditur.* NORICII, in Phrygiâ: quorum urbem condidit Pisistratus Lacedæmonius. Plutarchus, lib. De flum. ubi de Marsya illi sermo. Κατὰ τὸ χρησμὸν προσαγορεύσας, Πεισίστρατος ὁ Λακεδαιμόνιος, τὴν λείψανα τοῦ Σατύρου πόλιν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος κτίσας, Νώρικον αὐτὴν προσηγόρευσεν. *Pisistratus verò Lacedæmonius, cùm, jussu oraculi, urbem ad reliquias Satyri condidisset, eam Noricum appellavit.* TRACHINII. Conditi Olympiadis

LXXXVIII

LXXXVIII anno I. Diodorus, in illius anni rebus, lib. XII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Λακεδαιμόνιοι τὴν Τραχῖνα καλουμένην ᾤκισαν, καὶ μετωνόμασαν Ἡράκλειαν. *Hæc dum geruntur, Lacedæmonii urbem, Trachinem appellatam, colonis instaurant, & mutato nomine Heracleam dicunt.* Vide etiam, quæ sequuntur: & narrantem item Thucydidem, lib. III. Eusebius, conditam eam dicit Olympiadis LXXXVIII anno IV. Ibi enim dicit. Λακεδαιμόνιοι ἀπῴκισαν Ἡράκλειαν. Quod Hieronymus vertit. *Lacedæmonii, ver sacrum Heracleam destinantes, urbem condunt.* Imposuere autem habitatorum decem millia. Diodorus, libro citato. Καὶ τὴν Τραχῖνα μυρίανδρον ποιήσαντες, καὶ τὴν χώραν καταϰληρουχήσαντες, ὠνόμασαν τὴν πόλιν Ἡράκλειαν. *Et Trachinem fecerunt, ut decem millia habitantium in eâ essent: ac, per sortem distributâ regione, urbem Heracleam nominârunt.* Marcianus Heracleota, in Periegesi suâ.

Εἶτα παρ' αὐτοῖς Ἡράκλεια ἐστὶ πόλις.
Ἣν οἱ Λάκωνες, μυρίας οἰκήτορας
Πέμψαντες εἰς Τραχῖνα, πρότερον ἔκτισαν.
Inde apud ipsos urbs est Heraclea:
Quam Lacones, decies mille habitatoribus
Missis Trachinem, anteà condiderunt.

CNIDII. Herodotus, lib. I. οἰκέουσι δὲ καὶ ἄλλοι, καὶ Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κνίδιοι. *Habitant autem cùm alii, tum Lacedæmoniorum coloni Cnidii.* Hinc Xenares, cùm esset Cnidius, etiam Lacedæmonius dicitur à Thucydide, lib. V. Καὶ Ξεναρης ὁ Κνιδίου Λακεδαιμονίου, ἄρχων αὐτῶν, ἀπέθανε. *Et Xenares Cnidius Lacedæmonius, dux illorum, occubuit.* THERÆI. Pausanias in Laconicis. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν Ἀθηνᾶς, ἰόντι ἑτέραν ὁδὸν ἀπὸ τοῦ Δρόμου. Θήραν δὲ ἀναθεῖναι, τὸν Αὐτησίωνος, τοῦ Τισαμενοῦ, τοῦ Θερσάνδρου, φασὶν, ἡνίκα ἀποικίαν ἔστελλον ἐπὶ τὴν νῆσον. ἡ νῦν ἀπὸ Θήρα τούτου τὸ ὄνομα ἔχουσα, τὸ δὲ ἀρχαῖον ἐκαλεῖτο Καλλίστη. *Est Minervæ etiam aliud sanum, in viâ alterâ, quæ è Dromo ad lævam ducit. Dicatum tradunt à Thera, Autesionis filio, Tisameni nepote, Therſandari pronepote,*

pote, quo tempore coloniam deduxit in eam insulam, quæ nunc de ipsius nomine Thera dicitur, olim verò Calliste appellabatur. Erat verò Theras ille Lacedæmonius, ut Pausaniæ genealogia indicat. Atque inde Strabo Theram dicit νῆσον Λακωνικὴν, *insulam Laconicam*, lib. XVII. Emendandus Cornelius Nepos, in Conone. *Omnibus unus insulis præfuit: in quâ potestate Theran cepit, coloniam Lacedæmoniorum.* Xenophon, in re eâdem, Hist. Græc. lib. V. Ἔπλευσεν ὁ Φαρνάβαζός τε καὶ ὁ Κόνων μετ' αὐτοῦ, διὰ νήσων εἰς Μῆλον, ἐκεῖθεν ἢ ὁρμώμενοι εἰς τὴν Λακεδαίμονα. καταπλεύσας ἢ πρῶτον εἰς Θήραν, ἐδήωσε ταύτην τὴν χώραν. Malè editur apud Nepotem, *Pheras*; apud Xenophontem, Φηρὰς. nec Lambinus rectè *Pharas*, in Nepote, ut in Xenophonte Φαρὰς, emendandum arbitratur. Non enim de urbe aliquâ, sed de insulâ, loqui utrunque, sat ex verbis utriusque, si attendas, manifestum. De Lacedæmoniorum verò in Theram deductâ coloniâ, vide etiam Scholiasten Pindari, ad Pythionic. Od. IV. SELGENSES. Stephanus. Σέλγη, πόλις Πισιδίας, ἄποικος Λακεδαιμονίων. *Selge, urbs Pisidiæ, colonia Lacedæmoniorum.* Strabo, lib. XII. Σέλγη ἢ καὶ ἐξ ἀρχῆς μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐκτίσθη πόλις. *Selge urbs etiam ab initio à Lacedæmoniis condita est.* Dionysius, in Descript. orbis.

——— καὶ, ἣν ἐπλίσαντο λαοὶ,
Πρὶν ποθ' Ἀμυκλαίων, μεγαλώνυμον ἐν χθονὶ, Σέλγη.
——— & *quam condidit populus,*
Olim aliquando Amyclæorum, magni nominis in terrâ, Selge.

Ubi Eustathius. Ὧν πόλις ἡ Σέλγη, ἣν καὶ κλίσμα λέγει λαοῦ Ἀμυκλαίων. *Quorum urbs est Selge, quam à populo Amyclæorum conditam esse dicit.* Et mox. Λέγεται ἢ ὑπὸ Κάλχαντος ἡ Σέλγη κτισθῆναι, εἶτα ὑπὸ Λακεδαιμονίων. *Condita verò Selge fertur à Calchante, inde à Lacedæmoniis.* Constantinus Porphyrogeneta, lib. I. Them. XIV. Εἶτα Σέλγη, ἡ τῶν Λακεδαιμονίων ἄποικος. *Inde Selge, Lacedæmoniorum colonia.* Et huc pertinet, quòd Lacedæmoniorum hos cognatos dicit Polybius, lib. V. Σελγεῖς μὲν δὴ ὄν, διὰ τὴν λογ-

εἰαν

φάσι μὲν οὖν αἰσθέσθαι τῇ πατρίδι κινδυνεύσαντες, διὰ τὴν σφετέραν εὐτολμίαν τὴν πατρίδα διατήρησαν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἐκατήχυναν, καὶ τὴν ὑπαρχοῦσαν αὐτοῖς πρὸς Λακεδαιμονίους συγγένειαν. *Ac Selgenses quidem igitur, cùm impietate Logbasis in periculum amittendæ patriæ adducti essent, suâ virtute, & felici audaciâ, patriam servârunt: neque aut libertatem, aut cognationem, quæ ipsis cum Lacedæmoniis intercedit, dehonestârunt.* LESBII. A Pisandro, & Oreste, deducti. Pindarus, Nemeon. Od. XI.

Συμβαλεῖν λίαν εὐμαρὲς ἰῷ, τό, τε Πεισάνδρου πάλαι
Αἷμ' ἀπὸ Σπάρτας. Ἀμύκλαθεν γὰρ ἕβα σὺν ὀρέστᾳ,
Αἰολέων φαλαὰν χαλκεντέων δεῦρ' ἀνάγων.
Conjicere valdè facile erat, Pisandri antiquum
Sanguinem è Spartâ esse. Amyclis enim venit cum Oreste,
Æolensium exercitum ære armatorum adducens.

Ad quem locum Scholiastes. Τῷ Λακωνικῷ Πεισάνδρᾳ ἀπόγονος ἰῶ, ὃς ποτε σὺν τῷ Ὀρέστῃ ἀποικίαν ἀπὸ τῆς Λακεδαίμονος εἰς Λέσβον ἐξαμιλλᾶται τοῖς Αἰολέων γένεσι. *A Pisandro Laconico originem ducit, qui Lacedæmone aliquando cum Oreste coloniam misit in Lesbum Æoles.* HENIOCHI. Strabo, lib. XI. Φασὶ δ', ἀπὸ τῆς Ἰάσονος στρατείας, τοὺς μὲν Φθιώτας Ἀχαιοὺς τὴν ἐνθάδε Ἀχαΐαν οἰκῆσαι, Λάκωνας δὲ τὴν Ἡνιοχίαν, ὧν ἦρχον Ῥῆκας καὶ Ἀμφίστρατος, οἱ τῶν Διοσκούρων ἡνίοχοι. *Aiunt verò, ab Iasonis expeditione, Phthiotas Achæos Achaiam, quæ istic est, habitasse; Lacedæmonios verò, Heniochiam: quorum duces fuerunt, Rhecas, & Amphistratus, Dioscurorum aurigæ.* Dionysius, in Descript. orbis.

Ἡνίοχοι, Ζύγιοί τε, Λακωνίδος ἔκγονοι αἴης.
Heniochi, Zygiique, è Laconicâ terrâ oriundi.

Ubi Eustathius, è Strabonis isto loco hunc in modum commentatur. Ὁ δὲ γεωγράφος (ὁ Στράβων) φησὶν, ὅτι ἀπὸ τῆς Ἰάσονος στρατείας τὰ εἰς Κόλχους οἱ μὲν Φθιῶται Ἀχαιοὶ τὴν ἐν Ἀσίᾳ Φθίαν ᾤκουν· Λάκωνες δὲ, τὴν Ἡνιοχίαν χώραν. ὧν ἦρχε Ῥῆκάς τε καὶ Ἀμφίστρατος, ἡνίοχοι Διοσκούρων. *Geographus verò (Strabo) tradit, ab Iasonis in Colchos expeditione Phthiotas quidem Achæos Phthiam in Asiâ habitasse;*

bitasse ; Laconas verò, regionem Heniochiam : ducibus Rheca & Amphistrato, aurigis Dioscurorum. Consentit Plinius, nisi quòd nonnihil variet in nominibus aurigarum. lib. VI. cap. V. *Sunt qui conditam eam ab Amphito, & Telchio, Castoris ac Pollucis aurigis, putent : à quibus ortam Heniochorum gentem feram constat.* Ammianus, lib. XXII. *Inter civitates alias Phasie est, nomine fluvii dictitata ; & Dioscurias, nunc usque nota : cujus auctores Amphitus, & Telchius, Spartani, traduntur, aurigæ Castoris, & Pollucis, à quibus Heniochorum natio est instituta.* ZYGII. Habes ecce in citato statim versu Dionysii. CROTONIATÆ, & LOCRENSES, Epizephyrii cognomento. Pausanias, in Laconicis. Τελευτήσαντος δὲ Ἀλκαμένους, Πολύδωρος τοῦ βασιλείαν παρέλαβεν ὁ Ἀλκαμένους. καὶ ἀποικίαν τε ἐς Ἰταλίαν Λακεδαιμόνιοι τοῦ εἰς Κρότωνα ἔστειλαν, καὶ ἀποικίαν ἐς Λοκροὺς, τοὺς πρὸς ἄκρα Ζεφυρίῳ. *Alcamene mortuo, regnum accepit Polydorus, ejus filius: & Crotonem in Italiam Lacedæmonii coloniam deduxerunt ; & alteram Locros, ad Zephyrium promontorium habitantes.* Aliud tamen Strabo dicit, lib. VI. CYTHERII. Thucydides, lib. VII. Οἱ μὲν Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κυθήριοι. *Lacedæmoniorum quidem coloni Cytherii.* MELII. Herodotus, lib. VIII. Μήλιοι μὲν, γένος ἐόντες ἀπὸ Λακεδαίμονος, δύο παρείχοντο. *Melii quidem, Lacedæmone oriundi, duas præbebant.* Thucydides, lib. V. Μήλιοι, Λακεδαιμονίων μέν εἰσιν ἄποικοι, τὸ δ' Ἀθηναίων ἐκ πολέμου ὑπακούειν. *Melii Lacedæmoniorum quidem sunt coloni, sed Athenienses parere recusabant.* Xenophon, Hist. Græc. lib. II. οἷα ἐπίησαν Μηλίοις, Λακεδαιμονίων ἀποίκοις ὄντας, κρατήσαντες πολιορκίᾳ. *Quæ patraverant in Melios, Lacedæmoniorum colonos, quos obsidione ceperant.* A quo autem, quando, & quâ occasione item, hæc colonia deducta, refert Plutarchus, lib. de Virt. Mul. ubi de Tyrrhenis agit. item Conon, Narrat. XXXVI. Φιλόνομος Σπαρτιάτης, πρόξενος Λακεδαίμονος Δωριεῦσι, δῶρον ἔχει Ἀμύκλας. καὶ συνοικίζει τούτοις ἐξ Ἰμβρου, καὶ Λήμνου. τετάρτη δὲ γενεᾷ, στασιάσαντες πρὸς Δωριέας, μεταπίπτουσι Ἀμύκλων. συμπροσλαβόντες δὲ καὶ γυναῖκας Σπαρτιατῶν,

τῶν, ἡγεμένων αὐτοῖς Πόλιδος καὶ Δελφοῦ, ἔπλεον ἐπὶ τὴν Κρήτης. ἐν τῷ πλῷ δὲ ἔσχε, Μῆλον ἀποδασμὸν οἰκίζει. καὶ τὸ τῶν Μηλιέων γένος ἐνθαῦτα οἰκίζεται Σπαρτιάτης. *Philonomus Spartanus, proditâ Dorienſibus Lacedæmone, Amyclis donatur: in eaſque ex Imbro, & Lemno, incolas cogit. Qui, cùm tertiâ deinde ætate adverſus Dorienſes ſeditionem inceptaſſent, Amyclis pelluntur. Itaque, aſſumptis ſecum aliquibus Spartanorum, uſi ductoribus Polide & Delpho, in Cretam navigârunt. Sed dum claſſis præternavigat, Melum Apodaſmus colonis inſtruit: atque inde Melienſium genus Spartanis cognatum eſt.* Ita vero locum illum in fine emendo: nam malè editur, Τῶν Πηλιέων γένος. *Pelienſium genus.* Manſere autem ſub Lacedæmoniis liberi annis ſeptingentis. Ipſi de ſe, in oratione ad Athenienſes, apud Thucydidem, lib. v. οὔτ' ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πόλεως, ἐπτακόσια ἔτη ἤδη οἰκεμένης, πάνυ ἐλευθερίαν ἀφαιρησόμεθα. ἀλλὰ τῆτε μέχρι τοῦδε σωζέσης τύχης, ἐκ θείας αὐτύχης, καὶ τῆ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ Λακεδαιμονίων, βοηθείᾳ πιστεύοντες, πειρασόμεθα σώζεσθαι. *Neque libertatem urbis, ſeptingentos jam annos conditæ, brevi tempore amittemus: ſed fortunâ, quæ nos ad hunc diem divinitus tutata eſt, & ope cùm aliorum hominum, tum verò Lacedæmoniorum, freti, tueri conabimur.* Ubi Scholiaſtes. Ἔτη ἑπτακόσια Μῆλος ἡ νῆσος, ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐλευθέρως οἰκισθεῖσα, ὕστερον ὑπὸ Ἀθηναίων δηλεία ἐξεπολιορκήθη. *Melus inſula, per annos ſeptingentos liberè ſub Lacedæmoniis habitata, poſteà, expugnata ab Athenienſibus, in ſervitutem eſt redacta.* PENTAPOLITANI, in regione Cyrenaicâ. Inde colligo, quòd Syneſius, civis Pentapolitanus, ad Euryſthenem, Lacedæmoniorum regem, genus referat. Ecce verba, epiſt. LVII. Εὐρυσθένης, ὃς καταγαγὼν Δωριέας εἰς Σπάρτην, μέχρι μὲν πατρὸς, αἱ διαδοχαὶ τῆς δημοσίας ἐνεγλάφησαν κύρβεσιν. *Ab Euryſthene, qui Dorienſes in Spartam deduxit, ad meum uſque patrem, generis ſucceſſiones publicis tabulis ſunt inciſæ.* CAMPANI, BRUTII, SABINI, SAMNITES, & TARENTINI, à Juſtino memorantur iſtis verbis, lib. XX. *Quid tractus omnis Campaniæ? quid Brutii, Sabini-*

que? quid Samnites? quid Tarentini? quos Lacedæmone profectos, Spuriosque vocatos, accepimus. Inter istos quòd SABINI memorantur, id confirmat Dionysius Halicarnasseus, Antiquit. Rom. lib. II. Ἔστι δέ τις καὶ ἄλλος ὑπὲρ τῶν Σαβίνων ἐν ἱστορίαις ἀπόρροις λεγόμενος λόγος, ὡς Λακεδαιμονίων ἐποικησάντων αὐτοῖς, καθ' οὓς χρόνον ἐπίτροπεύων Εὔνομον τὸν ἀδελφιδοῦν ὁ Λυκοῦργος ἔθετο τῇ Σπάρτῃ τοὺς νόμους. *Quin & alia de Sabinis, in Historiis ipsorum domesticis, exstat narratio: Lacedæmonios illuc coloniam deduxisse, quo tempore Lycurgus, Eunomi ex fratre nepotis tutor, Spartæ leges tulit.* Plutarchus, in vitâ Numæ. Σαβῖνοι δ' ἐθέλουσι, Λακεδαιμονίων ἑαυτοὺς ἀποίκους γεγονέναι. *Sabini verò, se colonos Lacedæmoniorum ferunt.* Servius, ad Æneid. lib. VIII. *Sabini à Lacedæmoniis originem ducunt, ut Hyginus ait, De origine urbium Italicarum.* Et mox iterum. *Cato autem, & Gellius, à Sabo Lacedæmonio trahere eos (Sabinos) originem referunt.* Gemistus, De reb. Peloponnes. Orat: I. Σαβῖνοι ἐκ Πελοποννήσου τε, καὶ Λακεδαιμόνιοι. *Sabini verò è Peloponneso, & Lacedæmonii.* Iterum, Orat. II. Χρόνῳ ὕστερον Ῥώμην ἅμα Σαβίνοις, Λακεδαιμονίοις οὖσιν, ἀπὶ τοῖς ἴσοις, καὶ ὁμοίοις, κατῴκισαν. *Paullo pòst unà cum Sabinis, qui Lacedæmonii erant, pari jure Romam habitârunt.* Denique in Justini verbis ultimi occurrunt nobis TARENTINI. De his auctor quoque certus est Hesychius, istis verbis. Τάρας, πόλις Ἰταλίας. ἀπὸ Τάραντος, τοῦ Ποσειδῶνος. ἔστι δὲ Λακώνων ἄποικος. *Tarentum, urbs Italiæ: à Tarante, Neptuni filio. Est verò Lacedæmoniorum colonia.* Vide Aristotelem, Politic. lib. V. cap. VII. Platonem, De Leg. lib. I. Dionysium, in Periegesi; & Eustathium, in Commentario ad eundem. Marcianus, in Periegesi suâ.

Εἶτ' ἐστὶ μεγίστη τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Τάρας,
Ἀπό τινος ἥρωος Τάραντος λεγομένη,
Λακεδαιμονίων ἄποικος. ———
Inde est Italicarum maxima Tarentum,
Ab heroë quodam Tarante dicta,
Lacedæmoniorum colonia. ———

Inde

Inde *Lacedæmonium Tarentum* dicitur ab Horatio, lib. III. Od. V.

Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

Ubi rectè *Lacedæmonium* exponit Acron, *A Lacedæmoniis conditum.* Vide eundem, uti & Porphyrionem, lib. II. Od. VI. Meminere etiam plures: Florus, lib. I. cap. XVIII, & ex eo verbo tenus Jornandus, De regn. succeſſ. item Paulus Diaconus, Hiſt. Miſc. lib. II. Freculphus, Chron. Tom. I. lib. IV. cap. XIX. Paulus Oroſius, lib. IV. cap. I. Otho Friſingenſis, lib. II. cap. XXXI. Junius Philargyrius, ad Georg. lib. IV. Qui Tarentum in coloniam mittebantur, Minervæ ſignum Lacedæmone dedicârunt, non longè à viâ Aphetaide. Pauſanias, in Laconicis. οὐ μακρὰν ἧ (τῆ Ἀφεταΐδος ὁδῷ) Ἀθηνᾶς ἄγαλμα. ὃ ἐς Ἰταλίαν τε ἢ Τάραντα ἀποικισθέντας ἀναθεῖναι λέγεσι. *Non longè verò, (à viâ Aphetaide,) Minervæ ſignum eſt: quod dicaſſe ferunt eos, qui in Italiam, & Tarentum, in coloniam ſunt deducti.* Vide hiſtoriam deductæ coloniæ, ſatis fusè memoratam, apud Euſtathium, loco citato; Strabonem, lib. VI. Pauſaniam, in Phocicis; Servium, ad Georgic. librum IV. & Æneid. III. Acronem, & Porphyrionem, ad Horatii lib. II. Od. VI. Accidit verò, tempore Manaſſis regis. Petrus Comeſtor, in Hiſt. Scholaſt. in Regum lib. IV. cap. XXXIII. *In diebus Manaſſe Parthenii Tarentum condiderunt.* Quia verò dux coloniæ Phalantus erat, hinc *Tarentum Phalantéum* dicit Silius, lib. XI. *Inde Phalantéo levitas animoſa Tarento Auſonium laxare jugum.* Præter iſtos, in eâdem quoque Italiâ, exſtiterunt AMYCLÆI. Horum meminit Virgilius, Æneid. X.

——— *ditiſſimus agri*
Qui fuit Auſonidum, & tacitis regnavit Amyclis.

Ubi Servius. *Inter Cajetam, & Tarracinam, oppidum conſtitutum eſt à Laconibus, qui comites Caſtoris, & Pollucis, fuerunt; & cum Glauco, filio Minois, in Italiam venerunt: & ab Amyclis, provin-*

ciæ ſuæ Laconicæ civitate, ei indidum nomen eſt. De his ipſis capiendus Martialis, lib. XIII. epigramm. CXV.

Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur Amyclis.

Quin & in Hiſpaniam veniſſe eos, & Cantabriæ illic partem habitaſſe, ex Aſclepiade Myrleano, aliiſque, tradit Strabo, lib. III. τῆς δὲ Καντάβρίας μέρος τι κατασχεῖν Λάκωνας, ἱστορῶσι, καὶ ἄλλοι. *Cantabriæ verò partem aliquam Lacedæmonios tenuiſſe, & ille perhibet, & alii.* Neque dubium, quin in Luſitaniâ quoque, ad amnem Durium, ſedes fixerint: ſiquidem illius accolas more Laconum vixiſſe, idem nobis Strabo refert, paullo antè. Ἐνίους δὲ τῶν προσοικούντων τῷ Δουρίῳ ποταμῷ Λακωνικῶς διάγειν φασὶν, ἀλειπτηρίοις χρωμένους δὶς, καὶ πυρίαις ἐκ λίθων διαπύρων, καὶ ψυχρολουτροῦντας, καὶ μονοτροφοῦντας καθαρίως, καὶ λιτῶς. *Quoſdam eorum, qui ad Durium flumen accolunt, Laconicâ vitæ ratione uti ferunt, bis unguento utentes, & caldariis ex lapidibus ignitis, tum frigidâ lavantes, ciboque ſimplici, purè juxtà, ac frugaliter, victitantes.* Et ab illis ibi certè condita fuerit urbs, *Laconimurgum* dicta, ipſo nomine conditores atteſtante. Nam in Luſitaniâ hanc clarè memorat Ptolemæus, in deſcriptione Hiſpaniæ, lib. II. Plinio, *Lacimurgi* appellatur, lib. III. cap. I. Dexter, in Chronico, itidem meminit, in anno CXX. *Diocles, agitator Luſitanus, ex oppido Laconimurgi, prope Caparam, mirabilium agitationum operatione floret.* Neque audiendum puto virum doctum, qui, in Commentario ad eum locum, nomen urbi à vicino lacu datum arbitratur. Erat etiam *Oſſigi* oppidum, quod *Laconicum* cognomento appellatum, in conventu Cordubenſi. Plinius, in deſcriptione Hiſpaniæ, loco citato. *Conventus verò Cordubenſis, circa ipſum flumen, Oſſigi, quod cognominatur Laconicum; Illiturgi, quod forum Julium.* Certè, in Hiſpaniam colonias Lacedæmonios deduxiſſe, præter iſta, quæ jam dixi, illud itidem manifeſtum argumentum, quòd & hodiè Catalani, ob frugalitatem victus, à Laconibus, ut videtur, olim acceptam, *Hiſpaniæ Lacones* appellentur: ut tradit Bernar-

nardinus Goniczius, De vitâ Jacobi I, Arragonum regis, lib. V. Tribus denique illis erant, præter eas, quæ à Cragio memorantur, lib. I. cap. VI, Παμφυλὶς, & Δυμανὶς; à Pamphylo dictæ, & Dymane, Ægimii filiis. Scholiastes Pindari, Pyth. Od. I. Πάμφυλος, καὶ Δύμας, καὶ Δῶρος, υἱοὶ Αἰγιμίου· ἀφ' ἧς Παμφυλὶς, καὶ Δυμανὶς, Φυλαὶ ἐν Λακεδαίμονι. *Pamphylus, & Dymas, & Dorus, Ægimii filii: unde Pamphylis, & Dymanis, tribus in Lacedæmone.* Vide etiam Stephanum, in Δυμᾶν. Hesychio Δύμη dicitur. Δύμη, ἐν Σπάρτῃ φυλὴ, καὶ τόπος. *Dyme, Spartæ tribus, & locus.*

CAP. VIII.

Victus rigidus: & cujusdam Sybaritæ de hoc dictum. Pausaniæ cœna. Jus nigrum: & id quale. Dionysii Siculi factum. Βάφα.

VIctus Lacedæmoniorum, erat parcus, atque rigidus. Hieronymus breviter, in Danielem, cap. VII. *Rigidum enim, & parcioris victus, in morem Lacedæmoniorum, regnum Persarum fuit.* Etymologici Auctor, in Γλαυκοφάγος. Λυκοῦργος κοινὸν, καὶ ἀφειδὲς, Λακεδαιμονίοις τράπεζαν εἰσήνεγκεν. *Lycurgus vulgarem, neque superfluam, Lacedæmoniis mensam introduxit.* Philo, De vitâ contempl. τὸν μὲν γὰρ Λακωνικὸν σκληραγωγίαν ὑπομένουσιν, ἀεὶ δὲ, καὶ παντάχοῦ, τὸν ἐλευθέριον εὐκολίαν ἀσπάζονται. *Laconicam enim illam vitæ duritiam paullulùm remittunt: semper verò, & ubique, liberalem frugalitatem summo studio sectantur.* Musonius, lib. De supellectile; cujus fragmentum quoddam insigne exstat apud Stobæum, Serm. LXXXIII. Τῶν γε νομοθετῶν τοὺς ἀρίστους, καὶ ἐν πρώτοις Λυκοῦργον, εὕροιμεν ἄν, πολυτέλειαν ἐξελαύνοντα ἐκ Σπάρτης, ἀντεισάγοντα δὲ εὐτέλειαν· καὶ τὸ ἐνδεὲς ἐκ διαίτης, ἐξ περιττῆς πολυμοῦντα πρὸς ἀνδρείαν. *Legislatores optimos, & Lycurgum in primis, inveniemus, relegatâ sumptuositate extra Spartam, in ejus locum frugalitatem introducentem: ac victum*

victum tenuem superfluo prætulisse, ad comparandam fortitudinem. Huc pertinet Sybaritæ dictum, quod commemorat Athenæus, lib. IV. Φασὶ δέ τινες, τὸν ἄνδρα Συβαρίτην, ὀπιδημήσαντα ἐν Σπάρτῃ, καὶ συνεσιαθέντα ἐν τοῖς φιδιτίοις, εἰπεῖν· Εἰκότως ἀνδρικώτατοι ἁπάντων εἰσὶ Λακεδαιμόνιοι. ἕλοιτο γὰρ τις εὖ φρονῶν μυριάκις ἀποθανεῖν, ἢ ἅπαξ οὕτως ὀψοφάγος διαίτης μεταλαβεῖν. *Narrant verò quidam, virum etiam Sybaritam, Spartæ degentem, cùm phiditiis interfuisset, dixisse: Meritò fortissimi omnium sunt Lacedæmonii. quemvis enim sanæ mentis mori potiùs decies millies optaturum, quàm participem vilis adeò victus fieri.* Idem est, quod ex Sereno, quamvis paullo aliter, Stobæus refert, Serm. XXIX. Συβαρίτης, ὀπιδημήσας Λακεδαίμονι, καὶ τὰ ἔθη ἰδὼν, καὶ τὰς καρτερήσεις, αἷς ἐκ παίδων ἀνατρέφονται, εἶδεν ἔφη γνωμαστὸν αὐτὸς πιεῖν, ῥᾳδίως ἐν τοῖς πολέμοις ἀποθνήσκοντας, ὑπὲρ ἧς μὴ ἄτω ζῆν. *Sybarita, Lacedæmone degens, & mores videns, ac tolerantiam, ad quam à pueris educantur, nihil mirum præstare ipsos inquiebat, quòd in bellis facilè obirent mortem, ne sic viverent.* Etiam huc referenda Pausaniæ cœna: de quâ Herodotus, lib. IX, & ex eo Athenæus, lib. IV. Inprimis autem celebratum jus, quod nigrum appellabant. Plutarchus, in Lycurgo: ubi de conviviis Lacedæmoniorum agit. Τῶν δ' ὄψων εὐδοκίμει μάλιστα παρ' αὐτοῖς ὁ μέλας ζωμός. *Inter pulmenta prima laus apud ipsos erat juri nigro.* Iterum, in Alcibiade. Καὶ μάζῃ συνόντα, καὶ ζωμῷ μέλανι χρώμενον. *Et mazâ victitantem, & jure nigro utentem.* Et occurrit rursum in Agide. Pollux, lib. VI. cap. IX. ὁ δὲ μέλας καλούμενος ζωμὸς, Λακωνικὸν μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ ἔδεσμα. *Jus autem, quod nigrum dicitur, Laconicum ut plurimum est edulium.* Huc pertinet illud Dionysii, quod refertur à Plutarcho, in principio Institutorum Laconicorum. Δοκιμαζομένου μάλιστα παρ' αὐτοῖς τοῦ μέλανος λεγομένου ζωμοῦ, ὥστε μὴ κρεαδίου δεῖσθαι τοὺς πεσσυπέρους, παραχωρεῖν δὲ τοῖς νεωτέροις, λέγεται Διονύσιος, ὁ τῆς Σικελίας τύραννος, τούτου χάριν Λακωνικὸν μάγειρον πρίασθαι, καὶ πεσσεύσαι, σκευάσαι αὐτῷ, μηδενὸς φθόγγου ἀναλώματος· ἐπεὶ γευσάμενον, καὶ δυσχεράναντα, ἀποπύσαι, καὶ

τ

τ μάγρον εἰπεῖν· Ὦ βασιλεῦ, τὸν δεῖ τ ζωμὸν, γυμναζόμενον Λακωνικῶς, τῷ Εὐρώτα λελουμένον, ἐπιψᾶσθ. *Cùm maximè apud ipsos æstimaretur jus nigrum, quod appellant, ita ut seniores carnem non requirerent, sed eam junioribus concederent, fertur Dionysius, Siciliæ tyrannus, coquum Laconicum emisse, ac jussisse, ut id appararet, neque sumptui ulli parceret. inde, cùm gustasset, & indignatus exspuisset, dixisse coquum: O rex, oportet priùs Laconicè exercitatum, & ablutum in Eurota, illud jus deinde edere.* Paullo aliter Cicero, Tuscul. Quæst. lib. v. *Quid? victum Lacedæmoniorum in phiditiis nonne vidimus? ubi cùm tyrannus cænavisset Dionysius; juravit, se jure illo nigro, quod cænæ caput erat, non delectatum. Tum is, qui illa coxerat; Minimè mirum. condimenta enim defuerunt. Quæ tandem? inquit ille. Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis. His enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.* Stobæus, Serm. XXIX. Διονύσιος, Λακωνικὸν μάγρον πειάμενος, ἐκέλευσεν αὐτὸν σκευάσαι τ Λακωνικὸν ζωμόν. ὡς σκευάσαντος, οὐκ ἤσθιεν. ἤρετο δ, εἰ τι αὐτῷ ἥδυσμα, ἃ ἐκεῖ ἔχει, διὰ τοῦτο μὴ αὐτῷ ἀρέσαι. ὡς ἐπύθετο, τίνα εἴη ταῦτα; αὐτὸν γὰρ κελεῦσαι τῷ ταμίᾳ πάντα ἑκτοῖα αὐτῷ δοῦναι. ὅδ' εἶπεν· ἃ μὴ ἔστι σοὶ, σοὶ δὲ δεῖπνα πόνοι, καὶ τὸ ἐν Εὐρώτα λοῦτρον. *Dionysius, cùm servum Laconicum emisset, parare eum jusculum Laconicum jussit. cùm verò is parasset, non comedit. sed interrogavit, quidnam illius, quando insuavissimum esset, Lacedæmonios delectaret. Tum coquus: non habere condimenta, quæ Laconico adessent. ille rogat, quænam ista? etenim mandasse promo, uti ei omnia suppeditaret. Ac tum coquus. Quæ non habes: ut labores ante cænam, & lavacrum in Eurota.* Quale autem illud fuerit, nemo certò explicaverit. Si quis tamen conjecturæ locus datur, sal fuisse, & acetum, item carnes, arbitrari quispiam possit, ex Plutarchi istis verbis, De tuendâ sanitate. Οἱ Λακωνες ὄξος, καὶ ἅλας, δοντες τῷ μαγείρῳ, τὰ λοιπὰ κελεύουσιν ἐν τῷ ἱερείῳ ζητεῖν. *Lacedæmonii, acetum, & sal, dantes coquo, reliqua quærere in victimâ jubent.* Confirmat locus Dicæarchi, ex Tripolitico, apud

Athenæum, lib. IV: unde etiam illud discimus, carnes eas, quas jam dixi, suillas fuisse. ὄψον δ', (de phiditiorum cœna illi sermo,) τοῦτον ἀεί ποτε πᾶσιν ἐστιν, ὕειον κρέας ἐφθόν. ἐνίοτε δ' ἐδὲ ὄ,τιμν τοῦτο ὄψον τι μικρὸν, ἔχον σταθμὸν ὡς τεταρτημορίου λίτρας, ἢ τοιοῦτόν τι ἕτερον ἐδέν τοῦτο ὄγε ἀπὸ τούτων ζωμὸς, ἱκανὸς ὢν παρ' ἅπαν τὸ δεῖπνον ἅπασιν αὐτὸν τοῦτον ἀποπέμπειν. *Opsonium verò, semper idem universis, suilla caro elixa: interdum aliud nihil, præter opsonii paullulum, quod quadrantem libræ pendat, ac omninò nil præterea: excepto harum carnium jusculo: quod tantum est, ut per cœnam universam omnibus transmitti possit.* Quod acetum verò attinet, eo multo in cœnis suis usos esse, docet versus iste Diphili, qui est apud Athenæum, lib. II.

Δεῖπνεῖ δ' κατακρυβείς, πῶς δοκεῖς; Λακωνικῶς.
ὄξος δ' κοτύλιον. ——
Cœnatque abditus, quî putas? Laconicè.
Aceti verò cotylam. ——

Jus verò illud suum, βάφα Lacones dicebant. Hesychius, Βάφα, ζωμὸς, Λάκωνες. *Bapha, jus, Lacones.*

CAP. IX.

Φειδίτια, unde dicta. Etiam Φιδίτια: & de eo Hesychii locus emendatus. Ita autem appellata, quasi Φιλίτια: quo modo apud plures legitur. Aristoteli vetus lectio restituta. Εὐδίτια item nuncupata: &, nomine antiquissimo, Ἀνδεια.

CEleberrima erant convivia eorum, quæ Φειδίτια appellabant. Eustathius, ad Odyss. α. τὰ φειδίτια συσσίτιον ἦν Λακωνικὸν, περιώνυμον μὲν, οὐ πολυτελὲς δέ. *Phiditia convivium erant Laconicum, celebratum quidem, sed non sumptuosum.* Pausanias, in Achaicis. Ἔνθα τὰ δεῖπνα Λακεδαιμονίοις ἐστὶ, τὰ φειδίτια καλούμενα. *Ubi convivia Lacedæmoniis celebrantur, quæ phiditia dicuntur.* Eodem modo pluribus locis apud Athenæum scribitur, lib. IV. Dicta autem sunt Φειδίτια, à parsimoniâ, quæ est Φείδω.

φιδώ. Alii, φιδίλια scribunt. Hesychius. φιδίλια, συσσίτια. *Phiditia, convivia.* Plutarchus, in Agide, & Cleomene. Σύνταξιν ὑπ' αὐτῶν εἰς πεντεκαίδεκα γενέσθαι φιδίλια. *Et eos in quindecim phiditia componi.* Ac mox iterum. Ζωμὸν αὐτοῖς μέλαιναν, καὶ μάζαν, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν ἐν τοῖς φιδιτίοις, παρέθηκεν. *Jus ipsis nigrum, & mazam, ut consuevit in phiditiis, apposuit.* Eodem modo apud Aristotelem scribitur, Politic. lib. II. cap. VII. & VIII. Corrigendus est Hesychius, in Διαφοιτομὸς: ubi malè φιλιδίοις scribitur, pro φιδιτίοις. Locum ipsum mox producam. Et dicta volunt, quasi φιλίδια, ab amicitiâ, quæ est φιλία. Porphyrius, De Abstin. lib. IV. Διὸ καὶ φιδίτια προσηγόρευον ταῦτα. εἴτε ὡς φιλίας, καὶ φιλοφροσύνης, ὑπαρχοντα αἴτια, ἀντὶ τοῦ λάμβδα τὸ δέλτα λαμβάνοντες. εἴτε ὡς πρὸς αὐτέλειαν, καὶ φιδὼ, συνεθίζοντα. *Unde & phiditia ea appellabant: sive quòd amicitam, & benevolentiam, causarentur, lambda pro delta sumentes; seu quòd ad frugalitatem, & parsimoniam, adsuefacerent.* Quæ totidem verbis etiam Plutarchus dicit, in Lycurgo. Ac certè apud plures φιλίτια dicuntur, nomine ab amicitiâ derivato. Xenophon, De rep. Lacedæm. Καὶ ἐπειδὰν εἰς τὸ φιλίτιόν γε ἀφίκωνται, ἀγαπητὸν, αὐτῶν καὶ τὸ ἐρωτηθὲν ἀκοῦσαι. *Et cùm ad philitium venerint, satis habendum, hîc ex iis audiri, de quo sint interrogati.* Et mox iterum. Καὶ γὰρ δὴ ὑπομιμνήσκουσιν ἐν τοῖς φιλιτίοις λέγειν, ὅτι αὖ καλῶς τις ἐν τῇ πόλει πράξῃ. *Nam more patriæ commemoratur in philitiis, quicquid in rep. præclarè quisque fecerit.* Aristoteles, Rhet. lib. III. cap. X. Ὁ Κύων ὑπ', (ἐκάλει) τὰ καπηλεῖα, τὰ Ἀττικὰ φιλίλια. *Canis verò, vocabat cauponas Attica philitia.* Ita enim Aristotelem scripsisse, non, ut editur, φιδίλια, *phiditia*, testis vetus ad hunc locum Scholiastes: qui sic citat, explicatque. Ἀττικὰ φιλίλια. ἐν ταύτοις γὰρ τοῖς καπηλείοις, εἰσερχόμενοι, τὰς φιλίας ἐποίουν. Τὰ φιλίλια, συμποσία ἦσαν τῶν Λακεδαιμονίων. *Attica philitia. In his enim cauponis, cùm ingressi essent, amicitias contrahebant. Philitia, convivia erant Lacedæmoniorum.* Nec aliter scribitur apud Plutarchum, Sympos. quæst. lib. VII. quæst. IX; Dionysium Halicarnassæum, Anti-

quit. Rom. lib. 11; Dionem Chrysostomum, De regno, Orat. 11; Philostratum, lib. IV. cap. IX; item Suidam, in Λυκέργ@, & Φιλίλια. Quidam etiam, φ abjecto, per ε dicebant Ἐδίλια, nomine ab edendo facto. Plutarchus, in Lycurgo. οἱ Λακεδαιμόνιοι ᾗ, φιδίτια προσαγορεύουσιν· Εἴτε ὡς φιλίας, καὶ φιλοφροσύνης, ἀπὸ τῶν ἀρχόντων, ἀντὶ δὲ λάμβδα τὸ δέλτα λαμβάνοντες· Εἴτε ὡς πρὸς εὐτέλειαν, καὶ φείδω, συνεθιζόντων. ἐδὲν ᾗ κωλύει, καὶ τ πρῶτον ἔξωθεν ἐπικεῖσθαι φθόγγον, ὥσπερ ἔνιοί φασιν, ἐδιτίων, ἀπὸ τῆς δίαιτων, καὶ τῆς ἐδωδῆς, λεγομένων. *Lacedæmonii verò, phiditia appellant: vel quòd amicitiam, & benevolentiam, concilient, delta pro lambda sumentes; vel quòd ad frugalitatem, & parsimoniam, adsuefaciant. Potuit etiam prima litera aliunde adjecta fuisse, ut nonnulli volunt; & editia dicta, à victu, & edendo.* Primitus verò, Ἄνδρια appellabantur: sicut & convivia Cretenses sua nominabant. Aristoteles, Politic. lib. II. cap. VIII. vel, ut alii distribuunt, X. Καὶ τόγε ἀρχαῖον ἐκάλουν οἱ Λακωνες (τὰ συσσίτια) ἐ φιδίτια, ἀλλὰ ἄνδρια, καθάπερ οἱ Κρῆτες. *Et antiquitus Lacedæmonii (convivia) vocabant non phiditia, sed andria, sicut Cretenses.* Et Strabo, lib. X. Τῶν ᾗ συσσιτίων, ἀνδρεῖα, καὶ νῦν τοῖς Κρησὶν, ἔθος καὶ νῦν καλεῖσθαι· καὶ ᾗ Σπαρτιάταις, μὴ διαμεῖναι, πρότερον καλουμένοις. *Convivium verò istud, Andria apud Cretenses quidem etiam nunc appellari, apud Lacedæmonios verò, non permansisse, cùm sic priùs diceretur.*

CAP. X.

Conferebant ad hæc singuli: qui nequirent, à rep. arcebantur. Quænam contulerint: tum &, quoties celebraverint. Qualia fuerint: &, quot numero in iisdem convivati. Convivabantur autem accumbentes: primitus, in nudo lecto; cubito in cavum lapidem, sive lignum, reclinati: postea, in stragulis magnis, pretiosis, variè elaboratis; cubitis in pulvinaria incumbentes. Et in istis accumbebant, cùm in cæteris conviviis assiderent: ac bibebant ex cothone, aut doliolis. Ubi autem celebraverint, & quàm diu. Διαφοιτομὸρ, *vox in illis usitata. Dies subsequens,* Ἀφίδιτ@ *dictus:*

&

& in eo sacra facta. Liberi illic ad cavilla jacienda, & ferenda, instituti; modo tamen imperato.

CONferebant autem singuli in hæc ipsa, prout lege constitutum: etiam quantumvis pauperes. Aristoteles, ubi de phiditiis loquitur, lib. II. cap. VII, aut, secundùm alios, IX. Παρὰ δὲ τοῖς Λάκωσιν, ἕκαστον δεῖ φέρειν, κἂν σφόδρα πενήτων ἐνίων ὄντων, κἂν τοῦτο τὸ ἀνάλωμα μὴ δυναμένων δαπανᾶν. *Apud Lacedæmonios verò, conferre unumquemque oportet: quanquam admodum pauperes existant multi, & qui sumptum hunc facere nequeant.* Ac conferre qui haud possent, à reip. administratione arcebantur. Aristoteles ibidem, paullo post. Μετέχειν γὰρ ῥᾴδιον τοῖς λίαν πένησιν. ὅρος δὲ τῆς πολιτείας ἔστος ἐστὶν αὐτοῖς ὁ πάτριος, τὸ μὴ δυνάμενον τοῦτο τὸ τέλος φέρειν, μὴ μετέχειν αὐτῆς. *Nam haud facile est, ut participes fiant, qui sunt valdè pauperes. estque illis reipublicæ patria hæc constitutio, qui hunc sumptum ferre nequeat, ut ne sit illius particeps.* Et capite sequenti. Ἐν μὲν γὰρ Λακεδαίμονι εἷς κεφαλὴν ἕκαστος εἰσφέρει τὸ τεταγμένον. εἰ δὲ μή, μετέχειν νόμος κωλύει τῆς πολιτείας. *Nam in Lacedæmone quidem unusquisque in caput confert, quod constitutum est: nisi faciat, eum lex remp. administrare prohibet.* Sed quid illud, quod à lege constitutum? medimnus farinæ, vini congii octo, casei libræ quinque, ficuum duæ & dimidia: tum pecuniæ aliquid, ad opsonandum. Plutarchus, in Lycurgo. Ἔφερε δὲ ἕκαστος κατὰ μῆνα τῶν συσσιτίων, ἀλφίτων μεδιμνον, οἴνου χοᾶς ὀκτὼ, τυροῦ πέντε μνᾶς, σύκων ἡμίμναια πέντε. ἐπὶ δὲ τούτοις, εἰς ὀψώνιον, μικρόν τι νομίσματος. *Adferebat quisque eo mense, quo convivia celebranda, farinæ medimnum, vini congios octo, casei libras quinque, ficuum duas & dimidiam: præter ista autem, parum admodum pecuniæ.* Quæ iisdem penè verbis etiam Porphyrius, De Abstin. lib. IV. Et hoc quidem ex Lycurgi instituto fieri solitum: postea verò, cùm invaluisset luxus, aucta omnia. Vides apud Athenæum: qui ex Dicæarchi nobis Tripolitico ista profert, lib. IV. Συμφερὲς δὲ ἕκαστος εἰς τὸ φειδίτιον, ἀλφίτων

μὴ ὡς τρία μάλιστα ἡμιμέδιμνα Ἀττικά, οἴνε ἢ χόας ἑνδεκά λίνας, ἢ δώδεκα. πρὸς ἢ τούτοις, τυρῦ σταθμόν λίνα, καὶ σύκων. ἔτι ἢ, εἰς ὀψώνιον, περὶ δέκα λίνας Αἰγινητικὰς ὀβολούς. *Confert verò quisque in phiditia, farinæ quidem ad summum sesquimedimnum Atticum, vini congios undecim, vel duodecim: ad hæc, casei, & ficuum, pondus quoddam. insuper verò, ad opsonium, circiter decem quosdam obolos Æginetticos.* Sed hæc quoties agitata? uno tantùm mense, an singulis? Certè unum aliquem constitutum hîc fuisse, satis clarum ex Plutarchi istis verbis, jam citatis. ἔφερε ἢ ἕκαστος καθ' μῆνα τὰ συσσίτια. *Adferebat verò unusquisque eo mense quo convivia celebranda.* Interpres doctus, pro συσσίτια, *conviviorum*, videtur legisse, συσσίτων, *convivarum*: quasi singulis ea mensibus celebrarent. itaque vertit: *Singuli convictores mense conferebant.* Ac certè, συσσίτων, *convivarum*, scribitur quoque apud Porphyrium, libro, quem citavi, IV. ἔφερε ἢ ἕκαστος καθ' μιᾶς τῶν συσσίτων. *Adferebat unusquisque convivarum in mensem.* Convivium autem universum, sic describitur ab Athenæo. ex Dicæarchi Tripolitico, lib. IV. Περὶ ἢ τῶν φιδιτίων δείπνου Δικαίαρχος τάδε ἱστορεῖ, ἐν τῷ ὑπογραφομένῳ Τριπολιτικῷ· Τὸ δεῖπνον πρῶτον μὲν ἑκάστῳ χωρὶς παρατίθεται, καὶ πρὸς ἕτερον κοινωνίαν οὐδεμίαν ἔχον. εἶτα μάζαν μὲν, ὅσην αὐ ἕκαστος ἢ βουλόμενος· καὶ πιεῖν πάλιν ὅταν ἢ θυμός, ἑκάστῳ κώθων παράκειται. ὄψον ἢ, ταὐτὸν ἀεί ποτε πᾶσιν ἐστὶν, ὕδνον κρέας ἐφθόν. ἐνίοτε ἢ δ' ὀλίγον πολὺ ὄψον καὶ μικρὸν, ἔχον σταθμὸν ὡς τέτταρον μνᾶς μάλιστα, καὶ παράκειται τοῦτο ἕτερον οὐδὲν πλὴν ὄγε ὑπὸ τούτων ζωμός, ἱκανὸς ὢν παρ' ἅπαν τὸ δεῖπνον ἅπαντας αὐτὸν παραπέμπειν. κἂν ἄρα ἐλάα τις, ἢ τυρὸς, ἢ σύκον. ἀλλὰ κἂν τι λάβωσιν ὑπιδόσιμον, ἰχθῦν, ἢ λαγὼν, ἢ φάτταν, ἢ τι τοιοῦτον. εἶτ' ὀξέως ἤδη δεδειπνηκόσιν, ὕστερα προφέρεται τοῦτα τὰ ἐπαίκλα καλούμενα. *De phiditiorum verò cænâ, hæc commemorat Dicæarchus, in eo Opere, quod inscripsit Tripoliticum. Primò quidem seorsim cæna singulis apponitur, nullâ cum altero communicatione: deinde maza, quantum quisque cupit: ac rursum, bibere volentibus, poculum appositum est. opsonium verò, semper universis idem, caro suilla elixa. nonnunquam*

quam autem, tantùm paullulum opsonii, quod ad summum quartam libræ partem pendat, ac præterea nihil aliud, quàm istius carnis jusculum, quod sufficiat, ut transmitti totâ cænâ ad convivas omnes possit: aut, si additamentum acceperint, piscem, leporem, aut columbam, sive quidpiam ejusmodi. ac cænatis properanter, hæc postremò afferuntur, quæ epaicla appellantur. Cœnabant verò simul in singulis phiditiis plus minus quindeni. Porphyrius, ubi de illis agit, libro citato. Συνήρχοντο ἢ ἀνὰ πεντεκαίδεκα, ἢ βραχεῖς, τούτων ἐλάττους, ἢ πλείους. *Conveniebant autem quindecim, aut aliquanto pauciores, pluresve.* Quæ totidem verbis Plutarchus, in Lycurgo. Posteà civitas universa distributa in quindecim phiditia: & in singulis ducenti, aut, numero etiam duplicato, quadringenti, epulabantur, idque ex Agidis instituto. Plutarchus, in ejus vitâ. Σύνταξιν ἢ τούτων εἰς πεντεκαίδεκα γενέσθαι φιδίτια, καὶ τετρακοσίους, ἢ διακοσίους· καὶ διαιτᾶν, ὧν εἶχον οἱ πρόγονοι, διαιτᾶσθαι. *Ut collocarentur in quindecim phiditiis, quadringenti, aut ducenti, in singulis: & victum haberent, quem majores habuissent.* Convivabantur autem accumbentes, sine ullâ veste stragulâ, cubito in cavatum lapidem, sive lignum, reclinato. Suidas. Φιλίτια, συμπόσια, μεμιγμένους ἔχοντα τῆς ἡδοναῖς τοὺς πόνους. οὐ γὰρ ἐστρωμένη τις ὑπῆκτο δώκεμένοις, ἀλλ' ὑπὸ τοῖς ἀγκῶσι κοιλανθεὶς λίθος, ἢ ξύλον. *Philitia, convivia, quæ permixtos voluptatibus labores habebant. neque enim convivantibus aliquid substernebatur: sed sub cubitis erat lapis cavatus, aut lignum.* Vide iterum eundem, in Λυκέργῳ. Athenæus, de Sybaritâ loquens, à Lacedæmoniis ad phiditium invitato, lib. XII. Κληθεὶς εἰς φιδίτιον, ἐπὶ τ ξύλων κατακείμενος, καὶ δειπνῶν μεθ' αὐτῶν. *Vocatus ad phiditium, in ligno reclinatus, & cum ipsis cænans.* Lignum verò, in quod sese accumbentes reclinabant, quernum erat. Id è Cicerone apparet, in Orat. pro L. Murænâ. *Lacedæmonii quotidianis epulis in robore accumbunt.* Pòst, invalescente luxu, pro nudo lecto vestes stragulas adhibebant, magnas admodum, pretiosas, & variè elaboratas: ac, pro lapide cavato, sive

sive ligno, pulvinaria. Phylarchus, eâ de re agens, Historiarum libro quinto & tricesimo, apud Athenæum, lib. IV. Λακεδαιμόνιοι εἰς μὲν τὰ Φείδεια οὐκ ἤρχοντο, καὶ τὸ πάτριον ἔθος. ὅτε δὲ παρεγένοντο, μικρὰ συμπεριενεχθεῖσι τοῖς χαρίεν παρεσκευάζετο. καὶ πάλιν. αὐτοῖς στρωμναί τε ἦσαν μεγέθεσιν ὕφαι ἐξησκημέναι πολυτελῶς, καὶ τῇ ποικιλίᾳ διαφόρως, ὥστε τῶν ξένων ἐνίους ὑποληφθέντων οἰκεῖον τὸ ἀγκῶνα ὑπὸ τὰ στρώματα κεῖσθαι. οἱ δὲ πρότερον, ὑπὸ δὲ κλιντῆρος ψιλοῦ διεκαρτέρουν τὰς κλίνης παρ' ὅλου τοῦ συνδείπνου, ὅτε τὸν ἀγκῶνα ἅπαξ ἐρείσαιεν. *Lacedæmonii in phiditia quidem non veniebant, more patrio: &, si quando adessent, pauca quædam convivantibus parabantur. Ac rursum. Erant ipsis stragulæ vestes, magnæ, & sumptu tanto, ac varietate, eximiè elaboratæ, ut adsciti hospites quidam cubito inniti pulvinaribus verererentur. Veteres verò, quàm diu convivabantur, postquam semel cubitum fuleierant, in nudâ lecti spondâ perdurabant.* Observandum verò, accubuisse in phiditiis; nam aliàs, mensis assidebant. Servius, ad Æneid. VII. *Majores nostri sedentes epulabantur: quem morem habuerunt à Laconibus.* Bibebant verò è cothone. Dicæarchus, in Tripolitico, in citatis antè verbis. Καὶ πιεῖν πάλιν ὅταν ἐθέλῃ θυμός, ἑκάστῳ κώθων παρακείμενός ἐστιν. *Ac rursum unicuique bibere volenti, cothon appositus est.* At etiam ex doliolo. Polemon, in Epistolâ ad Adæum, cujus elegans fragmentum repræsentat Athenæus, lib. XI. Ἐν Λακεδαίμονι δὲ, καὶ ταῖς ἑορταῖς, ἔν τε τοῖς ἐπινικίοις, καὶ τοῖς γάμοις τῶν παρθένων, πίνουσιν ἐκ κεραμέων ποτηρίων. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις συμποσίοις, καὶ φειδιτίοις, ἐν πιθάκναις. *Lacedæmone, cùm festa celebrant, & in epiniciis, ac virginum nuptiis, bibunt è poculis fictilibus: in cæteris verò conviviis, ac phiditiis, è doliolis.* Solita verò celebrari ad Tisameni sepulcrum: uti nos Pausanias docet, in Achaicis. Τισαμενὸν δὲ τὸν ἐκ τοῦ Ἀχαιῶν ἐν Ἑλίκῃ θαψάντων, ὕστερον χρόνῳ Λακεδαιμόνιοι, ἐπὶ χρησμοῦ σφίσιν ἀναπόντος χρηστηρίου, νομίζουσι τὰ ὀστᾶ ἐς Σπάρτην. καὶ ἐπὶ καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι αὐτῷ τάφος, ἔνθα τὰ δεῖπνα Λακεδαιμονίοις ἐστὶ, τὰ Φειδίτια καλούμενα. *Tisameni verò cadaver cùm Achæi Helicæ sepelissent, Lacedæmonii postea, Delphici oraculi monitu,*

ejus

ejus ossa Spartam deportârunt. & meo quoque tempore erat ejus sepulcrum, quo loco cænas celebrant Lacedæmonii, quas phiditia appellant. Ubi illud quoque observa; etiam Pausaniæ tempore, id est, Cæsare Hadriano, celebrari consuevisse. Illud item non prætermittendum censeo, quanquam incertum, quid significet, quòd vox Διαφοιτομὸς tunc usitata, toto phiditiorum die. Id accipio ex Hesychii quodam loco. Διαφοιτομὸς, ὑπὸ Λακώνων, ὅτι πάσῃ ἡμέρᾳ τῶν φιδιτίων (sic scribendum, suprà monui) σιτήσεως. Dies, qui phiditia subsequebatur, Ἀφίδιτος appellabatur, eoque sacra faciebant. Colligo ex ejusdem Hesychii alio loco. Ἀφίδιτος, ἡμέρα, παρὰ Λάκωσιν, ἐν ᾗ θύουσιν. *Aphiditus, dies, apud Lacones, quo sacrificant.* Inter alia verò, illic fieri solita, liberi quoque ad convitia toleranda exercebantur; ac licebat liberè dicteriis quemcunque incessere; ita tamen, ut, si quisquam minùs ferret, abstinere juberentur. Plutarchus, in Lycurgo. Εἰς δὲ τὰ συσσίτια καὶ παῖδες ἐφοίτων, ὥσπερ εἰς διδασκαλεῖα σωφροσύνης ἀγόμενοι. καὶ λόγων ἠκροῶντο πολιτικῶν, καὶ παιδιᾶς ἐλευθερίους ἔσχον. αὐτοί τε παίζειν εἴθιζον, καὶ σκώπτειν ἄνευ βωμολοχίας, καὶ σκωπτόμενοι μὴ δυσχεραίνειν. σφόδρα γὰρ ἐδόκει καὶ τοῦτο Λακωνικὸν εἶναι, σκώμματος ἀνέχεσθαι· μὴ φέροντα δὲ, ἐξὸν ἀπαλλαττεῖσθαι, καὶ ὁ σκώπτων ἐπέπαυτο. *Ad convivia pueri etiam, tanquam in ludum temperantiæ ducti, ventitabant. Ibi sermones de rep. audiebant, & doctores ingenuos videbant: & adsuescebant cùm ipsi jocari, & dicteria citrà scurrilitatem jacere, tum dicteriis aliorum non offendi. Etenim magnopere Laconicum id videbatur, cavillantes tolerare. qui autem non ferret, ei licitum deprecari: & cavillus, qui incesseret, abstinebat.* Quæ Porphyrius iis ipsis verbis tradit, De Abst. lib. IV. Ac Plutarchus quidem, iterum ista dicit, Sympos. lib. II. cap. I. Macrobius, Saturnal. lib. VII. cap. III. *Apud Lacedæmonios, inter cætera vitæ exactæ instituta, hoc quoque exercitii genus à Lycurgo est institutum, ut adolescentes & scommata sine morsu dicere, &, ab aliis in se dicta, perpeti discerent. Ac, si quis eorum in indignationem ob tale dictum prolapsus fuisset, ulteriùs*

ei in alterum dicere non licebat. Quæ & ipsa quoque verba, ut Porphyrius Plutarchi, transscripsit Joannes Salisberiensis, Polycratici lib. VIII. cap. X.

CAP. XI.

Κοπίς. Αἶκλον, *sive* Ἄϊκλον: *aut* Αἶκνον, & Ἄϊκνον: *nam diversè vox hæc scribitur.* Κοπὶς, *duplex: una, extra urbem habita; altera, intra.* Συσκήνια. Διασκηνεῖν. *Xenophontis locus illustratus. Lycurgi institutum. Athenæi locus mutilus: isque quomodo suppletus. Tithenidia, festum. Fanum Dianæ Corythalliæ, & Cletæ. Pueri mares à nutricibus eò exportari soliti. Tiassa, fons, aut fluvius. Copidis utriusque discrimen.* Αἶκλον: *& de eo antiquorum controversia.*

ERant & convivia alia: quorum unum, Κοπὶς dictum; alterum, Ἄϊκλον, sive Αἶκλον. quidam & scribebant Αἶκνον, quidam Ἄϊκνον. Atque Κοπὶς quidem, duplex: una, intra urbem haberi; altera, extra eam, solita. Extra urbem, hunc in modum peragi solita. In tentoriis, juxta dei templum erectis, lectos, è paleâ, fronde, & gramine, stratos, tapetibus tegebant: & in his discumbere convivas jubebant, advenas, indigenasque, nullâ habitâ ratione. Immolabant verò capras; & convivis carnes harum comedendas dividebant; addito exiguo pane, cùm rotundo, tum compresso, quem dicebant Φυσίκιλλον. Addebatur, caseus recens; item ventris, & omasi, fructum quoddam: tum, bellariorum loco, caricæ, fabæ, & phaseoli item recentes. Est Polemonis in hanc rem insignis locus, apud Athenæum, lib. IV. Δεῖπνον δ' ἐστὶν ἰδίως ἔχον ἡ κοπὶς, καθάπερ καὶ τὸ καλούμενον Ἄϊκλον. ἐπλὴν ἡ κοπίζωσι, πρῶτον μὲν δὴ σκηνὰς πιήσαντες θοἰνῶσι τὸν θεόν. ἐν ᾗ ταύτῃς, στιβάδας ἐξ ὕλης. ἐπὶ ᾗ τούτων, δάπιδας ὑποστρωννύουσι, ἐφ' αἷς τὰς καθακλινθέντας δέχονται, ἐ μόνον τὰς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀφικνουμένους, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπιδημήσαντας τῶν ξένων. θύουσι ᾗ ἐν ταῖς κοπίσιν αἶγας, ἄλλο δ' οὐδὲν ἱερεῖον. καὶ τῶν κρεῶν διδόασι μοῖρας πᾶσι, καὶ τὸ Φυσίκιλλον. ὃς ἐστιν ἀρίσκος, ἐγκεφάλῳ θοἰκοστλήσιος, γογγυ-

γογγυλώτερον τὴν ἰδέαν. διδόασι δὲ συνιόντων ἑκάστῳ πυρὸν χλωρὸν, καὶ ἅρπας, καὶ φύσκης, πέμμα, καὶ τραγήματα, σῦκά τε ξηρὰ, καὶ κυάμους, καὶ φασήλους χλωρούς. *Cæna verò quædam & peculiaris*, Κοπὶς *dicta: sicut &, quam* Κύκλον *vocant. Copidem verò cænaturi, principio quidem tentoria faciunt juxta dei fanum: & in his, stramenta è silvâ: quibus tapetas insternunt, & accumbere convivantes in his jubent; non indigenas duntaxat, sed & advenas peregrinos. Immolant verò in copidibus tantùm capras, neque victimam ullam aliam. tum ex carnibus dant cuique portionem; &, quem physicillum vocant, panem parvum, encridi similem, sed figurâ rotundiore. dant & singulis eorum, qui convenerunt, caseum recentem, ventris, & omasi, frustum: ac, pro bellariis, caricas, fabas, & phaselos recentes.* Quod tentoria autem attinet, in quibus sumpsisse victum eos tradit, illa Xenophon respexit, ubi dicit, Lycurgum Spartanorum Συσκήνια in publicum eduxisse, in Rep. Lacedæm. istis verbis. Λυκοῦργον πίνυν, ὡδαλαβὼν τὰς Σπαρτιάτας, ὥσπερ τὰς ἄλλας Ἕλλωνας, οἴκοι σκηνοῦντας, γνοὺς ἐν τούτοις πολλοῖσι ῥαδιουργεῖσθαι, εἰς τὸ φανερὸν ἐξήγαγε τὰ συσκήνια, ἅτως ἡγούμενον ἥκιστα ἂν ὡδαλακίνεσθαι τὰ πατροπαράδοτα. *Lycurgus itaque, cùm Spartanos accepisset, more Græcorum aliorum, domi suæ in tentoriis victitantes; ac novisset, plerosque in his remissiùs agere; illa contubernia in publicum eduxit: quia sic futurum esse existimaret, uti jussa minimè transgrederentur.* Inde etiam Διασκηνεῖν, *In tentorio agere.* Idem Xenophon, paullo pòst. Ὥστε ἔστε ἔρημός ποτε ἡ τράπεζα βρωτῶν γίγνεται, ἐς ὃ αὖ διασκηνῶσιν, ἔστε πολυδάπανον. *Ita ut nunquam vacua cibis mensa fiat, quàm diu in tentoriis agunt, nec sit tamen sumptuosa.* Addit postea ex Polemone Athenæus, loco citato. Θύουσι δ' ἐν ταῖς κοπίσιν αἶγας, ἄλλο δ' οὐδὲν ἱερεῖον. *Immolant verò in copidibus tantùm capras, neque victimam ullam aliam.* Hìc sciendum, à Lacedæmoniis solis capram consuevisse: idque Junoni, eâ ex re Αἰγοφάγῳ appellatæ. Vide suprà, cap. v. Et hæc quidem ea Κοπὶς, quæ consueta extra urbem agitari; ex Lycurgi instituto, ut appart ex citatis Xenophontis antè ver-

bis. Ac licebat instituere, cuicunque Spartanorum id liberet. Patet ex Polemonis verbis, apud eundem Athenæum mox sequentibus. Κοπίζειν ἢ καὶ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν ὁ βουλόμενος. ἐν δὲ τῇ πόλει, κοπίδας ἄγουσι καὶ τοῖς Τιθενιδίοις καλουμένοις, ὑπὲρ τῶν παίδων. *Copidem autem parare, etiam aliis Spartanorum, quibus libet, est permissum. In urbe verò, copidas celebrant etiam in Tithenidiis, quæ appellant, pro salute puerorum.* Verùm mutila certè esse ea verba, arguunt ista: Ἐν δὲ τῇ πόλει. *in urbe verò.* quæ sat manifestum faciunt, eam copidem, quam commemoravit priùs, extra urbem agitari consuevisse. Itaque restituendum. Κοπίζειν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν ὁ βουλόμενος. ἐν δὲ τῇ πόλει, &c. *Copidem autem extra urbem parare, etiam aliis Spartanorum, quibus libet, est permissum: in urbe verò, &c.* Et id video viro quoque erudito, Jacobo Dalecampio, venisse in mentem, cùm sic vertat. *Copidem parare licet extra civitatem Spartiatarum cuicunque collibitum est.* Miror tamen, nihil illum ejus rei in Notis suis, quod dedebat, meminisse. Ita verò celebrabant. Festo Tithenidiorum mares liberos nutrices extra urbem exportabant ad Dianam, Corythalliam cognomento appellatam: cujus templum ad Tiassam fontem erat; eâ parte, in quâ Cletæ quoque fanum visebatur. Polemon, ibidem. Ἐν δὲ τῇ πόλει, κοπίδας ἄγουσι καὶ τοῖς Τιθενιδίοις καλουμένοις, ὑπὲρ τῶν παίδων. νομίζουσι γὰρ αἱ τίτθαι τὰ ἄῤῥενα παιδία κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ἀγρὸν, καὶ πρὸς τὸν Κορυθαλλίαν καλουμένου Ἄρτεμιν. ἧς τὸ ἱερὸν πρόκειται τοῦ καλουμένου Τίασον ἐστὶν, ἐν τοῖς πρὸς τῷ Κλήταν μέρεσιν. *In urbe verò, copidas celebrant etiam Tithenidiorum festo, quod appellant, pro salute liberorum. tum enim mares pueros in agrum nutrices exportant, ad Dianæ, quam Corythalliam vocant, templum, prope Tiassam nuncupatum, in iis partibus, ubi Cletæ fanum exstat.* Tiassa verò, cujus meminit, fons erat: vel, ut alii volunt, fluvius. Hesychius. Τίασα, κρήνη ἐν Λακεδαιμονίᾳ· τινὲς δὲ, ποταμόν. *Tiassa, fons in Lacedæmoniâ: quidam verò, fluvium tradunt.* Ac fluvium quidem, Pausanias dicit, in Laconicis. Ἐς Ἀμύκλας δὲ καλοῦσιν

καλοῦσιν ἐκ Σπάρτης, ποταμός ἐστι Τίασυ. *Spartâ autem abeuntibus Amyclas, fluvius occurrit Tiasa.* In utrâque verò copide id discrimen habebatur, quòd in unâ porcellos lactentes darent, ac furnaceum item panem; in alterâ verò, capram cæderent, atque panem, encridi similem, physicillum appellatum, exhiberent. Polemon idem, apud eundem Athenæum. Τὰς κοπίδας ὡσαπλησίως ταῖς λελεγμέναις ἀπιτελοῦσι. θύουσι δὲ καὶ τοὺς γαλαθηνοὺς ὀρθραγορίσκους, καὶ ὡσαὐτὶ ἐν τῇ θοίνῃ ἐπίτας ἄρτους. *Ac copidas quidem, sicut has, quas dixi, peragunt. Immolant verò etiam lactentes porcellos, & apponunt in cœnâ panes furnaceos.* Fercula copidis, magis speciatim refert Molpis, apud Athenæum, libro sæpiùs citato. Ποιοῦσι δὲ καὶ τὰς καλουμένας κοπίδας. ἔστι δὲ ἡ κοπὶς δεῖπνον, μάζα, ἄρτος, κρέας, λάχανον ὠμόν, ζωμὸς, σῦκον, τράγημα, θέρμος. *Faciunt verò etiam copidas, quas vocant. Est verò copis cœna, maza, panis, caro, olus crudum, jusculum, ficus, & lupinus, pro bellariis.* Confundit illic copidis utriusque fercula: quæ distinctè memoravi paullo antè è Polemone. Hesychius transcripsit ipsa Molpidis verba, in Κοπίς. Illic videat, qui volet. Quod ad Αἶκλον verò attinet, & scripturam ejus variam, de quâ dixi initio capitis, vide Eustathium, ad Iliad. σ', & Odyss. μ'. Quidnam fuerit, controversum est: & nonnulli cœnam faciunt, alii bellaria phiditiorum. Vide varios Auctores apud eundem Athenæum, lib. IV. ubi illi de his cœnis multus sermo. Certè ipsi veteres inter se diffident: sicut etiam de copide, & phiditiis.

CAP. XII.

Triticum Laconiæ, quale: & siligo. Panes varii. Φυσικίλλους. Βέσκερος. Πηγείτης. Πήπια. *Hesychii locus emendatus.* Μάζα. *Placentæ, lauri foliis involvi solitæ.* Κάμματα. Καμμαπίδες. Παλιχίαι. *Farinæ, oleo subactæ,* Ἀμφίπυροι: *sive melle,* Ἀμφιμάντορες. Κιβάνας. *In nuptiis circumferri quando, & cur, consueverit: tum quæ forma ejus fuerit. Athenæus emendatus.* Συρμαία; *ex adipe, & melle: præmium victoriæ, in certa-*

mine quodam, inde nomen consecuto. Bellaria, Τρωγάλια *dicta. Poma,* Μῆλα Ἑσπερίδων, *dius sacra. Pira,* Ἀχράδες *vocata: inde* Ἄπια, *à Peloponneso dicta, quæ antiquitùs* Ἄπια, *quia illic primùm visa. Pruna,* Ὀξύμαλα Περσικὰ *dicta.*

POst convivia hæc præcipua, reliquum eorum victum ut exponam, est omninò consectaneum. Erat illis TRITICUM, sed leviusculum. Theophrastus, ubi de variis tritici generibus agit, Hist. Plant. lib. VIII. cap. IV. Κεφᾷ δὲ καὶ (ὁ πυρὸς) ἐν τῇ Λακωνικῇ· *Leve verò etiam (triticum) in Laconicâ.*

SILIGO, à Plinio memoratur, lib. XVIII. cap. X. *Far, sine aristâ est. Item siligo: exceptâ, quæ Laconica appellatur.*

PANIS, illis varius erat. quidam, qui Φυσικιλᾶς dictus, encridi similis, & rotundus: quem in copide, extra urbem peragi solitâ, exhibebant: ac furnaceus, in urbanâ usitatus. De utroque quia dixi ex Athenæo, capite superiori, hîc omittam. Erat verò etiam ΒΕΣΚΕΡΟΣ, quem vocabant, nomine peculiari. Hesychius. Βέσκεροι, ἄρτοι, ὑπὸ Λακώνων. *Besceri, panes quidam, ita dicti à Laconibus.* Usi etiam furfuraceo: qui ΠΗΤΕΙΤΗΣ apud ipsos, sicut πῆπα quoque furfures, appellati. Idem Hesychius. Πῆπα, πίτυρα. Πητεῖται, πιτυρῶδες ἄρτοι. Λάκωνες. *Petea, furfures. Petitæ, furfuracei panes. Lacones.* Ita scribo. Hodiè non rectè editur: Πητᾶται, πητύρινοι ἄρτοι. Proxima pani dignitate MAZA erat. Unde illud est Hesiodi,

——— ἀγαθὴ δὲ μάζα μετ' ἄρτον.
——— *bona etiam maza post panem.*

Et peculiaris quædam Lacedæmoniis. Observare licet apud Aristophanem, in Equitibus.

——— καὶ πρώην γ', ἐμοῦ
Μάζαν μεμαχότος ἐν Πύλῳ Λακωνικὴν,
Παν[illegible]πάπαι πως ὡδραμὼν, ὑφαρπάσας
Αὐτὴν, παρέθηκε τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην.
——— *& pridem quidam, cùm ego*
Mazam pinsuissem in Pylo Laconicam,

Calli-

Callidissime accurrens, surreptam
Ipsam, apposuit à me pistam.

Ususque ejus apud illos erat in phiditiis. Plutarchus, in Agide. ἐπελήμησέ ἵνι τ̃ φίλων, ἀκάσας, ὅτι, ξένας ἐστιῶν, ζωμὸν αὐτοῖς μέλανα, κ̀ μάζαν, ὥσπερ ἔθ@ ἰῶ ἐν τοῖς φιδιτίοις, παρέθηκεν. ὐ γὰρ ἔφη δεῖν, ἐν τύποις, ὐδὲ πᾶς τὰς ξένας, λίαν ἀκριβῶς Λακωνίζειν: *Reprehendit amicorum quendam, cùm audivisset, quòd exceptis convivio peregrinis nigrum jusculum, & mazam, uti solitum in phiditiis, apposuisset. nec decere inquiebat, in his, ne apud peregrinos quidem, nimis exactè morem Laconicum usurpare.* Dicæarchus, ubi de phiditiis agit, apud Athenæum, lib. IV. Μάζαν μὲν, ὅσην αὐ ἕκας@ ἡ βυλόμε@. *Mazam quidem, quantam unusquisque vellet.* Etiam in copide apponebatur. Molpis, in Opere de rep. Lacedæmoniorum, apud eundem Athenæum, libro citato. Ἔστι ἢ ἡ κοπὶς δεῖπνον, μάζα, ἄρτ@, κρέας. *Est verò copis cæna, maza, panis, caro.* Sed & extra ea convivia domi quisque hanc edebat. Plutarchus, in Alcibiade: ubi dicit, eum sedulò ad Laconum mores se accommodasse. Καὶ μάζῃ συνόντα, κ̀ ζωμῷ μέλανι χρώμενον. *Et mazâ victitantem, & jure nigro utentem.* Quænam verò μάζα fuerit, variè Auctores tradunt: & nos alibi dicemus. Post panem, & mazam, occurrit PLACENTA. Quædam erat, Κάμμα dicta, ex subactâ oleo farinâ, lauri foliis involuta: quæ idcircò Καμματίδες appellatæ, pueriisque in epæclis comedendæ apponi solitæ. Athenæus, lib. IV. Ἔστιν ἡ @ϑαυμασμὴ τ̃ ἐπαίκλων ἔχ ἁπλῆ, καθάπερ ὁ Πολέμων ὑπ@είληφεν, ἀλλὰ διπλῆ. ἰῶ μὲν γὰρ τοῖς παισὶ παρέχεσι, πάνυ ἐς ὄκνολός ἐστι, κ̀ ἄπιλής. ἄλφιτα γάρ ἐσιν, ἐλαίῳ δεδυμμένα. ἃ φησι Νικοκλῆς ὁ Λάκων κάπηλον αὐτὰς μ̃ τὸ δεῖπνον ἐν φύλλοις δάφνης. παρὸ κ̀ καμμαλίδας μὲν καλεῖσθαι @ φύλλα. αὐτὰ ἢ τὰ ψαιστὰ, κάμματα. *Est verò epæclorum apparatus non simplex, ut existimavit Polemon, sed duplex. nam, quod pueris exhibetur, planè facile est, & vile. etenim farinæ sunt, subactæ oleo: quas post cænam, sicut auctor Nicocles Lacon, lauri foliis involutas comedebant. atque inde*

folia

folia quidem, Καμμαλίδας *appellari: ac placentas ipsas*, Κάμματα. Hesychius non rectè Κάμματα, & Καμματίδας, confundit. Κάμματα, φύλλα δάφνης, ἐν οἷς σκέπτουσι τὰ ψαιστά. ὁμοίως καὶ αἱ καμματίδες. *Cammata, folia lauri, quibus tegunt placentas. similiter etiam Cammatides.* Et fortasse eadem est hæc placenta, quam ΠΑΛΛΙΧΙΑΡ vocatam, nempe ἀπὸ τῶν παλλήκων, *à pueris*, quibus dari solita, uti dixi, alibi tradit. Παλλιχίαρ, πεμμάλιόν τι, ὃ δίδωσι Λάκωσι. *Pallichiar, placentula quædam, apud Lacedæmonios.* Farinæ verò illæ ipsæ, antequam placentæ fierent, ΑΜΦΙΤΟΡΟΙ appellabantur. Idem id Hesychius docet. Ἀμφίτροι, ἄλφιτα, ἐλαίῳ δεδευμένα, Λάκωνες. *Amphitori, farinæ, oleo subactæ, Lacones.* Quod placentas verò, è farinâ oleo subactâ, attinet, est de iis etiam Persæi locus, in Opere De rep. Laced. cujus fragmentum exstat apud Athenæum, lib. IV. Καὶ οὗτος τὰς μὲν οὐσίας ζημιοῖ εἰς ἐπαΐκλα. ταῦτα δ' ἐστὶ μὴ δεῖπνον τραγήματα. τοῖς δ' ἀπόροις ὀπταίτης κάλαμον, ἢ σιβάδα, ἢ φύλλα δάφνης φέρειν, ὅπως ἔχωσι τὰ ἐπαΐκλα κάπειτα μὴ δεῖπνον. γίνεται γὰρ ἄλφιτα, ἐλαίῳ ἐῤῥαμένα. *Ac confestim divites quidem mulctat pecuniâ, in epœcla impendendâ. ea verò sunt bellaria, quæ post cœnam exhibentur. at pauperibus imperat, ut arundinem afferant, aut torum è frondibus, aut lauri folia: ut haberent quibus involuta epœcla avidè post cœnam ederent. siquidem farinæ erant, oleo insparsæ.* Aliquando subigebant etiam farinas melle: ac vocabant ΑΜΦΙΜΑΝΤΟΡΑ. Hesychius. Ἀμφιμάντορα, ἄλφιτα, μέλιτι δεδευμένα, Λάκωνες. *Amphimantora, farinæ, melle subactæ, Lacones.* Erat etiam, quæ ΚΡΙΒΑΝΑΣ dicebatur: & in nuptiis circumferebatur, cùm encomium sponsæ virginis in choreis assectæ puellæ canturæ essent. Athenæus, de eâ agens, lib. XIV. Χρῆσθαι δ' οὐ πᾶς Λάκωνας πρὸς τὰς τῶν γυναικῶν ἑστιάσεις. περιφέρειν τε αὐτὰς, ὅταν μέλλωσιν ᾄδειν τὸ παρεσκευασμένον ἐγκώμιον τῆς παρθένου αἱ ἐν τῷ χορῷ ἀκόλουθοι. *Uti verò illis Lacedæmonios, in nuptiis epulantes: ac circumferre, cùm paratum sponsæ virginis encomium, quæ saltantem in choreâ sequebantur, canturæ essent.* Et observa, in nuptiis eam con-

consueviſſe circumferri: cum voto ſcilicet, & omine, liberorum, quos lactare oporteret. Inde conjecturam facio, quia formam uberis præ ſe ferebat. Ita corrigendus eſt, in præcedentibus illic verbis, Athenæus. Τὸ σχῆμα μαστοῖδες εἶναι φάσκων αὐτὰς. *Figurâ eas uberibus ſimiles eſſe dicens.* Malè hodie voces duæ in unam coaluere, editurque: Τὸ σχηματοῖδες φάσκων εἶναι αὐτάς. Certè, uberis figuram prætuliſſe, tradit idem Athenæus, lib. III. Σωσίβιος δ' ἐν τρίτῳ περὶ Ἀλκμᾶνος, πλακοῦντας λινᾶς, τῷ σχήματι μαστοῖδεῖς. *Soſibius libro tertio De Alcmane, cribanas ait placentas quaſdam appellari, uberis formam referentes.* Quoddam edule, ex adipe, & melle, factum, ΣΥΡΜΑΙΑ fuit dictum: & præmium conſtitutum victoriæ, & datum in certamine, ab eodem appellato. Heſychius. Συρμαία, ἀγών τις ἐν Λακεδαίμονι, ἔπαθλον ἔχων συρμαίαν. ἔστι δὲ βρωμάτιον, διὰ στέατος, καὶ μέλιτος. *Syrmæa, certamen quoddam Lacedæmone, præmium victoriæ habens Syrmæam. Eſt verò edulium, ex adipe, & melle, factum.* Bellaria, vocabant ΤΡΩΓΑΛΙΑ. Idem Heſychius. Τρωγάλια, τὰ τραγήματα, Λάκωνες. *Trogalia, bellaria, Lacones.* Quanquam ſanè utitur quoque eâ voce Ariſtophanes, auctor, uti notum, Atticus, Pluto pariter & Pace. Occurrit quoque apud Pollucem, ceu communis dialecti, lib. VI. cap. XI. & Euſtathium, ad Odyſſ. ά. Quin ſimpliciter & Suidas, veteres bellaria hoc nomine appellaſſe ſcribit. Τρωγαλίων, τ' τραγημάτων. ἔτω γὰρ τὰ τραγήματα ἐκάλουν οἱ παλαιοί. *Trogaliorum, bellariorum: nam bellaria veteres ſic appellabant.* Sed Heſychium, virum omnis antiquitatis peritiſſimum, quique ſuos ſine dubio Auctores habuit, quos ſequutus ſic exponit, minimè damnandum puto. Poma habebant, ΜΗΛΑ ΕΣΠΕΡΙΔΩΝ dicta. Heſychius. Ἑσπερίδων μῆλα, ἐν Λακεδαιμονίᾳ βρωτά τινα μῆλα. *Heſperidum mala, in Lacedæmoniâ edulia quædam poma.* Reſcribo, cum Caſaubono. ἐν Λακεδαίμονι ἄβρωτά τινα μῆλα. *Lacedæmone non edulia quædam poma.* Illis enim, tanquam ſacris, abſtinebant: nec edebant unquam

ipsi, verùm diis apponebant. Id docet apud Athenæum Pamphilus, lib. III. Ἐσπερίδων δὲ μήλων ἔτως καλεῖσθαί τινα, φησὶ Τιμαχίδας, ἐν τῷ τετάρτῳ, εἰπών· ** Καὶ ἐν Λακεδαίμονι προσφέρεσθαι τοῖς θεοῖς φησι Πάμφιλος. Εὔοσμα δὲ εἶναι, τὴν ἄβρωτον. καλεῖσθαι δ' Ἐσπερίδων μῆλα. *Hesperidum verò malorum sic vocari quædam, tradit Timachidas, libro quarto, dicens: ** Et Lacedæmone diis hæc apponi, refert Pamphilus: suaveolentia verò esse, sed non edi. vocari autem Hesperidum mala.* Alia tamen poma habebant: quorum, ex Androtionis Georgico, meminit idem Athenæus, libro citato. Pira, ΑΧΡΑΔΕΣ dicebantur. Hesychius. Ἀχράδα, ἄπιον, Λάκωνες. *Achrada, pirum, Lacones.* Respexit temporis antiquissimi appellationem. Nam olim pira primitus in Peloponneso, cujus regio Laconica, habebantur; cùm nimirum illa adhuc Ἀπία appellaretur: posteà verò, inde abducta cæteri Græci, ab Apiâ regione, ubi inventa, Ἄπια nominaverunt. Plutarchus, in Quæst. Græc. Ἀχράδας δὲ (λέγουσι) πρῶτον ἐν Πελοποννήσῳ φανῆναι τοῖς Ἕλλησιν, ἔτι τὴν χώρας ἐκείνης Ἀπίας προσαγορευομένης. ὅθεν ἄπιοι ἀχράδες μετωνομάσθησαν. *Pira verò (aiunt) in Peloponneso primùm à Græcis visa, cùm adhuc ea regio Apia diceretur: unde, nomine mutato, pira ἄπια nuncupata.* Scholiastes Nicandri, Cretensibus hanc vocem tribuit: & ab his silvestres piros ita appellàtas tradit, ex Hermonacte, libro De vocabulis Creticis. Verba ejus, ad Theriaca, ita habent. Ἑρμώναξ, ἐν ταῖς Κρητικαῖς Λέξεσι, τὴν ἀγρίαν ἄπιον ἀχράδα φησὶν εἶναι. *Hermonax, in Vocabulis Creticis, achrada silvestrem pirum esse dicit.* Pruna habebant, quæ vocabant ὀξύμηλα Περσικά. Athenæus, lib. III. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς, ἐν Λακωνικαῖς γλώσσαις, τὰ κοκκύμηλά φησι τὸς Λάκωνας καλεῖν ὀξύμηλα Περσικά. *Aristophanes Grammaticus, in glossis Laconicis, pruna ait Lacedæmonios appellare oxymala Persica.*

CAP.

CAP. XIII.

Sus, Βωλώρυξ, & Σίκα: *porcellus lactens*, Βορθάκης, & Βορθαγόρισκος: *sive item* Ὀρθαγόρισκος, & Ὀρθραγόρισκος: *ac scripturæ ejus ratio. Hesychii locus emendatus. Perdices, anseres, aliaque, in bellariis: etiam ficus, cæteris illic grandiores*; & Οἰκάδες, *quæ in istis immaturæ, appellatæ. Olea: & ejus duo genera*, Καμπύλης, *ac* Σεκουάνη. *Panicum. Hesychii locus quidam alter restitutus: & ejusdem glossa quædam insititia indicata. Caseus, recens: & illius genus*, Ἄτροφος. *Lactuca denique, & cucumis.*

SUillâ carne utebantur, in phiditiis etiam, & copide: ut videre est apud Athenæum, ubi convivia illa describit, lib. IV, locis, quæ produxi anteà, cum de istis ipsis agerem. Ac sus, Βωλώρυξ appellata. Hesychius. Βωλώρυχα, τὼ σῦν, Λάκωνες. *Bolorychem, suem, Lacones.* Etiam Σίκα. Idem Hesychius, alio loco. Σίκα, ὗς, Λάκωνες. *Sica, sus, Lacones.* Porcellus, isque adhuc lactens, Βορθάκης dictus. Apparet ex eodem Hesychio, ubi inquit. Βορθαγορίσκια, χοίρεια κρέα. καὶ μικροὶ χοῖροι, βορθάκεοι, Λάκωνες. *Borthagorisca, porcinæ carnes: & parvi porci, borthacei, Lacones.* Ubi observa, quòd & Βορθαγόρισκος appellabatur: unde adjectivum illud, ut Grammatici loquuntur, Βορθαγορίσκιος, *Porcinus.* Sed scribebant etiam omisso β, Ὀρθαγόρισκος. Polemon, apud Athenæum, lib. IV. Θύουσι γὰρ καὶ τὰς γαλαθηνὰς ὀρθαγορίσκους. *Mactant verò etiam lactantes porcellos.* Sed scripturam Didymus ibidem illam reprehendit: & affirmat, Ὀρθραγόρισκος scribendum, ρ inserto, ἵνα πρὸς τὸ πρῶϊ τὸ ὄρθρον παρασκευάζωνται. *quòd manè venderentur.* Res eodem quidem recidit: sed respiciendum est τὸ ἔτυμον, quod dicunt, vocis. Ecce verò Didymi verba. Ἀλλὰ ἰδοὺ ἀδὲ ὀρθαγόρισκοι λέγονται, ὡς φησὶν ὁ Πολέμων, οἱ γαλαθηνοὶ χοῖροι, ἀλλ' ὀρθραγόρισκοι, ἐπεὶ πρὸς τ' ὄρθρον παρασκευάζονται. *Cæterum neque rectè orthagorisci, ut Polemon ait, porcelli lactentes dicuntur, sed orthragorisci,*

siquidem manè venduntur. Ac scripturæ hujus testem inde producit Persæum, Dioscoridem, & Aristoclem, in libris De rep. Lacedæmoniorum. Neque aliter scribit Plinius, lib. XXXII. cap. II. *Apion, maximum piscium, esse tradit porcum, quem Lacedæmonii orthragoriscum vocant: grunnire enim, cùm capiatur.* Tamen, etiam *r* omisso scribi solitum, manifestum ex Hesychii isto loco. ὀϑαγόϱισκος, χοιϱίδιον μικϱόν. *Orthagoriscus, porcellus exiguus.* Ita enim illic scribo, non ὀϱϑαγόϱικος. Insuper, præter porcellos, etiam PERDICES illic, ANSERESQUE, adhiberi consueverunt. Menippus Cynicus, in Arcesilao, apud Athenæum, in fine libri XIV. Πότος ἦν ὑπὸ μαστόντων τινῶν, καὶ ματτύαν ἐκέλευσεν εἰσφέϱειν Λάκαινά τις. καὶ ἀϑέως παϱεφέϱετο πεϱδίκια ὀλίγα, καὶ χοιϱία ὀπτὰ, καὶ τϱυφὴ ϑλακούντων. *Erat compotatio quorundam comessantium, & mattyam inferre jubebat mulier quædam Lacæna. ac confestim afferebantur perdiculæ quædam, anserculique assi, & deliciæ placentarum.* Ac plura item memorat Molpis, libro De rep. Lacedæmoniorum, apud eundem Athenæum, lib. IV. Ἔστι δὲ ἡ ματτύα, φάτται, τϱήνες, τϱυγόνες, κίχλαι, κόσυφοι, λαγὼς, ἄϱνες, ἔϱιφοι. *Constat verò mattya columbis, anseribus, turturibus, turdis, merulis, leporibus, agnis, hædis.* Erant porrò etiam FICUS, uti vidimus. Et Laconicæ ficus mentio apud Theophrastum occurrit, Hist. Plant. lib. II. cap. VIII. Συκῆ δὲ, μᾶλλον βλαστοτέϱα μᾶλλον, ὑδϱοῦμένη. τὸν δὲ καϱπὸν ἧττον ἰσχὺν χείϱονα, πλὴν τῆς Λακωνικῆς. αὕτη δὲ φίλυδϱος. *Ficus verò, magis germine viret, si rigetur: fructum verò minorem habet, præterquam Laconica. ea enim rigari amat.* Meminit etiam Athenæus, lib. III. Ac cæteras ficus magnitudine superabat. Plinius, lib. XVI. cap. XXVI. *Ficus in Laconico genere maximæ sunt.* Immaturæ, οἰκάδες dictæ. Pollux, lib. VI. cap. XI. τὰ δὲ ἔπω πέπϱφα τῶν σύκων, οἰκάδες καλοῦνται παϱὰ Λάκωσι. *Ficus verò, nec dum maturæ, οἰκάδες à Lacedæmoniis appellantur.* Deinde OLEA est dicenda: cujus genus quoddam erat, quod καμπύλην vocabatur. Hesychius. καμπύλη, ἐλαίας εἶδος, Λάκωνες. *Campuler,*

puler, oleæ genus, Lacones. Et alterum item, Σεκύανη appellatum. Idem Hesychius, alio loco. Σεκυάνη, ἐλαίας εἶδος, Λάκωνες. *Secuane, oleæ genus, Lacones.* Meminit oleæ Laconicæ Virgilius, in Ciri.

Pergit Amyclæo spargens altaria thallo.

Etiam Plinius, lib. XVII. cap. XVIII. ubi dicit, seri eam consueviſse sub Etesiarum flatum. *In Cyrenaicâ regione, sub Etesiarum flatum conserunt: nec non & in Græciâ oleam, maximè in Laconiâ.* Etiam PANICUM inter cibos habebatur. Etymologici Auctor. Ἔλυμος, σπέρμά τι, ὃ ἐψῶντες οἱ Λάκωνες ἤσθιον. *Panicum, semen quoddam, quo cocto Lacones vescebantur.* Suidas. Ἔλυμος, σπέρμα, ὃ ἕψοντες οἱ Λάκωνες ἐσθίουσιν. *Panicum, semen, quod Lacones coquentes edunt.* Malè editur apud Hesychium, unâ voce, Ἐλυμόσπερμα: & multo pejùs paulo antè, Ἐλεμοσπέρμα, ὅπερ ἐψῶντες οἱ Λάκωνες ἐσθίουσιν. *Elemosperma, quod coquentes Lacones edunt.* Estque ea glossa certè ab indocto quodam insita: qui, in locum cùm corruptum incidisset, minimè mendum animadvertit. nam, hoc ab Hesychio esse uti credam, singularis ejus viri eruditio non permittit. Et profectò, præstantissimo isti Lexico, quod antiquæ eruditionis penu, quædam passim inserta esse ab indoctis, satis viri docti nôrunt. CASEUS verò, isque recens, singulis apponebatur, in extraurbanâ copide. Polemon, de eâ agens, apud Athenæum, lib. IV. Διδόασι τῶν συνιόντων ἑκάστῳ τυρὸν χλωρόν. *Dant eorum, qui convenerunt, unicuique caseum recentem.* Erat quidam, Ἄτροφος dictus. Hesychius. Ἄτροφος, τυρὸς ὁ πηκτόμβρος, ὑπὸ Λακώνων. *Atrophus, caseus compactus, à Laconibus dicebatur.* Demetrius Zenus, in Barbarogræcâ versione Batrachomyomachiæ.

οὐδὲ μηζήθραις ἀπαλαῖς, ἢ τὰ τυρία ἄλλα.

Quæ sic vertit Martinus Crusius, Turcogr. lib. VI.

Nec Laconici casei delicati, & casei alii.

Laudabantur autem maximè, qui fiebant Gythii. Observare est apud Lucianum, in Dialogo Dorionis, & Myrtales. οὐ

σάνδαλα Παταρικὰ, ϗ τυρὸν Γυθιακόν. *Non ſandalia Patarica, nec caſeos Gythienſes.* Et in ipſo fine. Κρόμμυα γὰρ αὐτῇ οἵσῃς ἐκ Κύπρου, ϗ τυρὸν, ὅταν ἐκ Γυθίου καταπλέῃς. *Cepas enim ipſi feres è Cypro; & caſeum, cum è Gythio navigabis.* Atque grandiores erant. Indicat idem Lucianus, in Dialogo eodem. Καὶ τυρόν ποτε μέμνημαι (κομίσασθαι) τὸ μέγαν ἐκ Γυθίου. *Et caſeum memini quandoque (attuliſſe) magnum illum è Gythio.* Erat etiam LACTUCA, illis propria: quæ, tranſlata alias in regiones, nomen tamen retinebat, & Laconica dicebatur. Theophraſtus, Hiſt. Plant. lib. VII. cap. IV. Ὡσαύτως δὲ ϗ τὰ θριδακίνης. γένη δ' αὐτῆς ἐστιν ἄλλα τρία. τό, τε πλατύκαυλον, ϗ τὸ στρογγυλόκαυλον, ϗ τρίτον τὸ Λακωνικόν. *Pariter verò & lactucæ. Genera autem ejus ſunt alia tria: laticaule, rotundicaule, & tertium Laconicum.* Plinius, lib. XIX. cap. VIII. *Lactucæ Græci tria fecere genera. unum, laticaulis; adeò ut hoſtiola olitoria ex his factitari prodiderint. folium his paullo majus herbaceo, & anguſtiſſimum, ut alibi conſumpto incremento. alterum, rotundicaulis: tertium, ſeſſile, quod Laconicum vocant.* Theophraſti locum, quem citavi, profert etiam Athenæus, ubi de lactucis agit, lib. II. Denique etiam CUCUMIS commemoratur: de quo idem Theophraſtus, libro citato, & eodem item capite. Τὰ δὲ σικύα, (γένη) τρία· Λακωνικὸν, Σκυτάλιον, Βοιώτιον. τούτων δὲ, ὁ μὲν Λακωνικὸς, ὑδρεύεται μᾶλλον ϗ κρείττων. *Cucumeris verò, (genera) tria: Laconicum, Scytalium, Bœotium. Ex his Laconicum, melius fit irrigatum.* Plinius, lib. XIX. cap. V. *Cucumerum Græci tria genera fecere: Laconicum, Scytalicum, Bœoticum. Ex his tantùm Laconicum aquâ gaudere.* Meminit & Athenæus, lib. III.

CAP.

CAP. XIV.

Potus paucus; & is tantùm, cùm sitirent: idque ex Lycurgi lege. Erat verò ille ex lacte, Κιρρὸς *dictus. Theocriti locus illustratus. Vinum, multiplex:* Δένδις; *& è collibus quinque, septimo à Spartâ stadio. Etiam è Denthiadibus, Oenunte, Onoglis, atque Stathmis, prope Pitanen: tum Carysto, ad Arcadiam. Alcman apud Athenæum restitutus: Vinum etiam, quod Vlysses plantavisse memoratur. Corippi locus emendatus. Aliud item, decoctum, & quarto demum anno potum. Neque propinare cuiquam usitatum: quin & suum unusquisque habebat calicem; è quo quantum ebibisset, puer rursus affundebat. Pocula, erant doliola: & hæc lignea, aut fictilia: quibus tamen usi tantùm diebus festis, & in nuptiis filiarum, aut conviviis, ad victoriam celebrandam institutis.* Κώθων: *isque qualis fuerit. Ejus in militiâ usus. Heniochi locus emendatus. Etiam* Ἐπιδόρπνις *dictus: & Hesychius super eâ re correctus.* Λάκαινα. Σκαμβίς. *Patera, quam Jupiter Alcmenæ dederat, cùm, Amphitryoni similis, rem cum eâ habuisset.*

QUod illorum potum attinet, eo utebantur pauco. Indicat id Leotychidas, suo isto apophthegmate, quod refertur à Plutarcho, inter cætera Laconica. Πυνθανομένου δέ τινος, διὰ τίνα αἰτίαν ὀλιγοπότους οἱ Σπαρτιᾶται, ἔφη, ἵνα μὴ ἄλλοι ὑπὲρ ἡμῶν βουλεύωνται, ἀλλ' ἡμεῖς ὑπὲρ ἄλλων. *Interrogante autem quodam, quam ob causam parum biberent Spartani: ne de nobis alii consultent, inquit, sed nos de aliis.* Nec bibebant, nisi ad restinguendam sitim, cùm hæc poscceret: idque ex Lycurgi lege. Xenophon, De rep. Laced. ubi de Lycurgi legibus illi sermo. Ἐφῆκεν, ὁπότε διψώη ἕκαστος, πίνειν. *Permisit unicuique bibere, cùm sitiret.* Estque illud observare in his Dicæarchi verbis, ubi de phiditiis agit, apud Athenæum, lib. IV. Καὶ πιεῖν πάλιν ὅταν ᾖ θυμὸς, ἑκάστῳ κώθων παρακείμενός ἐστιν. *Ac rursum cùm bibere libet, cuique cothon est appositus.* Confectus autem potus is ex lacte erat, Κιρρὸς dictus. Hesychius. Κιρρὸς, πόμα γάλακτος, Λάκωνες. *Cirrhus, potus è lacte, Lacones.* Itaque Lacon ille apud Theo-

Theocritum, ex more gentis suæ, Idyll. v.

Στασῶ ἢ κρητῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος
Ταῖς Νύμφαις. ——

Statuam verò cratera magnum albi lactis
Nymphis. ——

Utebantur quoque vino, cui nomen Δένθις erat. Idem Hesychius. Δένθις, οἶνος, Λάκωνες. *Denthis, vinum, Lacones.* Meminit quoque Athenæus, cujus verba mox subjungam, lib. I. Cæteroquin vina habebant è quinque collibus, qui distabant stadiis à Spartâ septem: item Denthiadibus, munito loco circa Pitanen: etiam Oenunte, Onoglis, Stathmis; locis pariter haud procul Pitane sitis: denique, etiam Carysto, loco Arcadiæ objacente. Ecce verba Athenæi, quorum memini, in rem istam. Ἀλκμὰν δέ που ἄπυρον οἶνον, καὶ ἄνθεος ὄσδοντα, φησὶ τὸ ἐκ πέντε λόφων. ὅς ἐστι πόπος, Σπάρτης ἀπέχων σταδίους ἑπτά. καὶ τὸ ἐκ Δενθιάδων, ἐρύματός τινος, καὶ τὸ ἐξ Οἰνοῦντος, καὶ τὸ ἐξ Ὀνόγλων, καὶ Σταθμῶν. χωρία δὲ ταῦτα, τὰ καὶ πλησίον Πιτάνης. καὶ τὸ ἐκ Καρύστου, ὅς ἐστι πλησίον Ἀρκαδίας. *Alcman memorat alicubi vinum apyrum, & flores olens, è collibus quinque. qui est locus, Spartâ stadiis septem distans. Etiam è Denthiadibus, loco quodam munito; & Oenunte, Onoglis, ac Stathmis: quæ & ipsa loca sunt vicina Pitanæ: & è Carysto, prope Arcadiam.* Versus autem Alcmanis, quos deinde illic profert, sic emendo, & constituo.

Οἶνον δ' Οἰνουνιάδεω,
Καρύστιον, ἢ Δένθιν,
Ὀνόγλιον, ἢ Σταθμίταν.
Vinum verò Oenuntiadem,
Carystium, aut Denthin,
Onoglium, aut Stathmiten.

Erant verò etiam vina, quorum vites olim Ulysses, cùm nimirum Spartæ ageret, & Penelopen ambiret, aut fortasse jam duxisset, plantavisse ferebatur. Meminit Corippus, De laudibus Iustini, lib. III.

Quæ.

Quæque ferunt veteres maturo robore vites,
Quas manibus propriis Ithacus plantavit Vlysses,
Arce sub Oebaliâ, Laërtia lumina servans.

Ita eum locum emendo: qui corruptè hodie editur, *Arce sub Ibaliâ. Oebaliam* autem dicit Laconiam: quam sic dictam à veteribus, scilicet à rege Oebalo, nôrunt docti. Ac sanè *Arcem Oebaliam*, dicit Spartam, sicut *Oebaliæ turres* Virgilius, Georgic. lib. IV.

Namque sub Oebaliæ memini me turribus altis
Corycium vidisse senem. ———

Et hæc quidem obiter, Corippi causâ. Memorat Lacedæmoniorum vites & Libanius, Orat. XIV. ὀδυρομένων τὰς εἰσβολὰς, οὐκ ἐπὶ τὰς ἀμπέλους τῶν Λακεδαιμονίων, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν τὸν οἶνον, καὶ τοὺς πίθους. *Deplorantium irruptiones, non in vites Lacedæmoniorum, sed in ipsum vinum, ac dolia.* Porrò verò etiam coquebant vinum, dum pars quinta periisset: idque demum anno quarto pòst bibebant. Democritus, Geoponic. lib. VII. cap. IV. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ἕως πρότερον εἰς τὸ πῦρ ἑψῶσι τὸν οἶνον, ἕως οὗ τὸ πέμπτον μέρος ἀφεψηθῇ, καὶ μὴ πλέονα ἔτη χρῶνται. *Lacedæmonii verò, tam diu vinum supra ignem relinquunt, dum pars quinta decoquatur, & post quadriennium eo utuntur.* Palladius lib. XI. tit. XIV. *Lacedæmonii verò eousque (jubent) decoquere, donec vim quinta pars pereat, & quarto anno usibus ministrare.* Dixi autem, bibere non consueviſſe, nisi cùm urgeret sitis: addo etiam, nec cuiquam præbibisse. Athenæus, lib. X. Προπόσεις δὲ, τὰς γινομένας ἐν τοῖς συμποσίοις, Λακεδαιμονίοις οὐκ ἐν ἔθει πιεῖν, οὐδὲ φιλοτησίας πρὸς ἀλλήλους ποιεῖσθαι. *Præbibere verò, quod fit in convivis, Lacedæmoniis non est moris, nec benevolentiam eo inter se conciliare.* Critias, in Elegiâ quâdam.

Καὶ τόδ' ἔθος Σπάρτῃ μελέτημά τε κείμηλόν ἐστι,
Πίνειν τὸν αὐτὸν οἰνοφόρον κύλικα·
Μηδ' ἀποδωρεῖσθαι πρόπόσις, ὀνομασὶ λέγοντα.
Hic mos Spartæ, & institutum, positum est,

Bibere ex eodem calice vino repleto :

Neque propinatum tradere, nominatim compellantem.

Et habebat suum sibi quisque calicem : è quo quantum ebibisset, tantum puer, qui adstabat, refundebat. Idem Critias, De rep. Laced. ubi varios bibendi modos refert, apud eundem Athenæum, lib. XI. Λακεδαιμόνιος δὲ, τὸν παρ' αὐτῷ ἕκαστος πίνει· ὁ δὲ παῖς οἰνοχοεῖ, ὅταν αὖ δέηται, *Lacedæmonius verò, appositum sibi quisque calicem bibit : puer verò rursum infundit, quantum ex eo ebibisset.* Contrarium est, quod in citato versu dicitur,

Πίνειν τὸν αὐτὸν οἰνοφόρον κύλικα.

Bibere ex eodem calice vino repleto.

Neque facilè concilio, nisi in conviviis diversis variatum fuerit. Postquàm verò potum dixi, restat ut & pocula commemoremus. Ea erant, doliola quædam : & ex ligno, ut videtur, unde ferè ista fiunt. Ac fictilibus utebantur, sed diebus tantùm festis, nuptiisque filiarum, & conviviis, ob victoriam celebratis. Et fictilibus bibisse, clarè docet Athenæus. lib. XI. Κεραμέοις ἀγγείοις ἐχρῶντο οἱ Λακεδαιμόνιοι. *Fictilibus poculis utebantur Lacedæmonii.* Plenè, ac distinctè Polemon, in Epistolâ ad Adæum, & Antigonum, apud eundem Athenæum, libro citato. Ἐν Λακεδαίμονι δὲ, ἐξ ἑορτὰς, ἔν τε τοῖς ἐπινικίοις, καὶ τοῖς γάμοις τῶν παρθένων, πίνουσιν ἐκ κεραμέων ποτηρίων. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις συμποσίοις, καὶ φιδιτίοις, ἐν πιθάκναις. *Lacedæmone verò, diebus festis, & in conviviis ob victoriam institutis, nuptiisque item virginum, ex fictilibus poculis bibunt : in conviviis autem aliis, & phiditiis, è doliolis.* Inter pocula, Κώθων erat. Pollux, lib. VI. cap. XVI. Περσικὸν δὲ ἦν ἔκπωμα, ὡς κώθων Λακωνικόν. *Erat verò poculum Persicum, sicut cothon Laconicum.* Athenæus, lib. XI. Κώθων, Λακωνικὸν ποτήριον. *Cothon, Laconicum poculum.* Et quidem fictile. Scholiastes Aristophanis, Equitibus. Κώθων, εἶδος ἐκπώματος ὀστρακίνου. *Cothon, genus poculi testacei.* Unicam autem ansam habebat. Hesychius. Κώθων, μόνωτον ποτήριον κεραμέον.

μεον. *Cothon, poculum fictile, unicam anſam habens.* Scholiaſtes Ariſtophanis, Pace. κώθωνα ἢ λέγῃ τ νῦν λεγόμενον κύαθον, εἶδ& ποτηρίυ Λακωνικῦ, μονώτυ, ὀστρακίνυ. *Cothonem verò dicit, qui nunc cyſthus appellatur, genus poculi Laconici, anſam unicam habentis, & teſtacei.* De unicâ anſâ, etiam teſtatur Suidas. κώθων, εἶδ& ποτηρίυ Λακωνικῦ, μονώτυ. *Cothon, genus poculi Laconici, unicam habentis anſam.* Quod teſtacea autem fuerint, ſeu fictilia, idem poſteà teſtatur. κώθωνες, εἴδη ποτηρίων, ἃ ἐλάμβανον οἱ στρατιῶται, ὀστρακινα. *Cothones, genera poculorum, quæ accipiebant milites, teſtacea.* Ubi obſerva, milites ea accepiſſe. Et hoc eſt, quod poſteà dicit explicatiùs. ἐπειδὴ μεριστὸν ὕδωρ ἐλάμβανον οἱ ναῦται, κώθωνας εἶχον. *Quoniam nautæ aquam diſtributam accipiebant, cothones habebant.* Quæ commemorat etiam Scholiaſtes Comici, Equitibus. Κώθων, εἶδ& ἐκπώματ& ὀστρακίνυ. ἢ εἶδ& ποτηρίυ Λακωνικῦ, ἢ στρατηγικῦ. ἐπειδὴ μεριστὸν ὕδωρ ἐλάμβανον οἱ ναῦται, κώθωνας εἶχον. *Cothon, genus poculi teſtacei: ſive genus poculi Laconici, & militaris, quia aquam diſtributam nautæ accipiebant, cothonas habebant.* Cauſam exponit Critias, lib. De rep. Lacedæmoniorum: cujus hoc fragmentum exſtat apud Athenæum, lib. XI. Κώθων, Λακωνικὸν ἔκπωμα, ἐπιτηδειότατον εἰς στρατείαν, ἢ διαφορώτατον ἐν γυλίῳ. ἕ δὴ ἕνεκα στρατιωτικὴν πολλάκις ἀνάγκη ὕδωρ πίνειν ἀ καθαρόν. πρῶτον μὲν ἂν, τὸ μὴ λίαν καταδηλον εἶναι τὸ πῶμα· εἶτα ἄμβωνας ἔχων ὁ κώθων, ὑπολείπῃ τὸ ἀ καθαρὸν ἐν αὐτῷ. *Cothon, poculum Laconicum, aptiſſimum ad militiam, ac facillimum in caniſtris militaribus circumferri. & hoc ideò, quia, cùm militibus ſit ſæpenumerò neceſſarium, aquam minimè puram bibere, primùm, potus quis ſit, minùs manifeſtum fieri ſoleat: inde, quia latera habeat ſua cothon, id reſideat, quod in illo eſt impurum.* Ac Porphyrius, ex hoc ipſo Critiæ loco, De Abſtin. lib. IV. καὶ κώθων, ὡς φησὶ Κριτίας, Λακωνικὸς ἐυδοκίμῃ μάλιστα πρὸς τὰς στρατείας. ἐν γὰρ ἀναγκαίως πινόμενα τ ὑδάτων, ἢ δυσωπάστα τὴν ὄψιν, ἀπεκρύπτετο τῇ χρόᾳ· ἢ ἕ θολερᾶ προκύπτοντ& ὄντος, ἢ προσχομένυ τοῖς ἄμβωσι, καθαρώτερον ἐωλησίαζε

τῷ σώματι τὸ πινόμενον. *Et cothon, ut Critias ait, Laconicus potissimùm ad expeditiones commendabatur. nam, quæ necessariò bibebantur aquæ, oculosque offendebant, colore occultabantur: quodque turbidum illic inerat, cùm lateribus impingeret, & retineretur intus, ori, id quod bibebatur, purius appropinquabat.* Quæ totidem verbis Plutarchus, in Lycurgo: quæ transcripsit hîc Porphyrius, uti alia præcedentia, nullâ ejus mentione. Dixi verò, ansam unicam habuisse; addo, etiam exiguam. Ostendit Heniochus in Gorgonibus, apud Athenæum, libro citato.

Πιεῖν τις ἐγχείτω λαβὼν πυρίγενῆ, κυκλοπρῆ,
Βραχύωτον, ἠ παχύστομον, κώθωνα, παῖδα φάρυγγος.
Aliquis bibendum infundat, accipiens in igne genitum, rotundum,
Brevem ansam habentem, & os crassum, cothonem, filium gutturis.

Quo in loco ultima ista, παῖδα φάρυγγος, *filium gutturis*, meritò suspecta vitii habet magnus Casaubonus, verùm tamen non emendat: ego autem sic restituendum censeo: παῖγμα φάρυγγος. *lusum*, sive *delicias*, *gutturis*. Et appositè, quatenus, bibendo ex eo, quidam se inebriabant. κωθωνίζειν id dicebant: & ἀκρατοκώθωνες appellabantur, qui id facerent. Idque docet mox ibidem idem ille Athenæus. Observa autem etiam porrò, in Heniochi istis verbis, formam ejus ulteriorem; ac, rotundum, non quadratum, uti alia nonnulla, istud poculum fuisse; tum, os crassum habuisse: dicit enim κυκλοπρῆ, & παχύστομον. Insuper, videtur quoque collum incurvum habuisse. idque in Fœminis militantibus, quod Comœdiæ nomen fecit, Theopompus sat ostendit.

——— ἐγὼ κώθωνος ἐκ γρεψαύχενος
Πιοίμαν, ἢ τραχήλου ἀνακεκλασμένης.
——— *ego cothone ex incurvicervice*
Bibebam, collum reflexum habente.

Dicebatur alio nomine Ἐπιδιπνίς. Hesychius. Ἐπιδιπνὶς, Λακωνικὸς κώθων. *Epidipnis, Laconicus cothon.* Ita corrigo: siquidem hacte-

hactenus perperam editur, Μακεδονικὸς κώθων. *Macedonicus cothon.* nam, non Macedonicum fuisse id poculum, sed Laconicum, satis jam, superque, ostensum. Erat etiam poculum quoddam, λάκαινα dictum. Athenæus, libro quarto, aliquoties jam citato. Λάκαιναι, κυλίκων εἶδος· ἔτως λεγόμενον, ἢ ἀπὸ τῆς κεράμου, ἢ ἀπὸ τῆς χήματος, ἐπιχωριάσαντος ἐκεῖ. *Lacænæ, calicum genus: ita dictum, vel à terrâ figulari, vel à figurâ, quæ in eâ regione usitata.* Deinde profert & fragmentum Aristophanis, Convivantibus, quod repetitur libro etiam duodecimo. Et respexit Hesychius, etsi haud Auctorem nominet. Χῖον τὸ ἐκ λακαίνης, ἐκ κυλικος λακαίνης, οἶνον. *Chium ex lacænâ, ex calice, quem lacænam dicunt, vinum.* Meminit crateris Laconici Callixenus Rhodius, in descriptione pompæ Ptolemæi Philadelphi, apud Athenæum, lib. v. Προέκειτο δ' αὐτῶν κρατὴρ λακωνικὸς χρυσοῦς, μετρητῶν δεκαπέντε. *Propositus verò ipsis erat crater Laconicus aureus, quindecim metretas capiens.* Et mox iterum. Ἐχόμενα δὲ τούτων ἐπόμπευον οἱ τὰ χρυσώματα φέροντες, κρατῆρας λακωνικοὺς τέσσαρας. *Continuò post hos incedebant vasa aurea gestantes, crateras Laconicos quatuor.* Erat etiam poculum quoddam, è quo potum calidum sumebant, eique nomen Σκαμβὶς datum. Idem Hesychius. Σκαμβὶς, θερμοποτὶς, Λάκωνες. *Scambis, poculi genus, è quo calidum bibebatur, Lacones.* Sed de poculis Laconum quando egi, non incommodè huic capiti instar corollarii hîc addi posse arbitrabar, asservatam apud eos illam pateram, quam Alcmenæ Jupiter donasse dictus, cùm in formâ Amphitryonis rem cum eâ habuisset. Tradit illud Athenæus, ex Charone Lampsaceno, lib. XI. Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς καὶ Λακεδαιμονίοις φησὶν, ἔτι καὶ εἰς αὐτὸν δεικνύναι τὸ δέπας, τὸ δοθὲν Ἀλκμήνῃ ὑπὸ τοῦ Διὸς, ὅτε Ἀμφιτρύωνι εἰκάσθη. *Charon verò Lampsacenus ait, etiam suo tempore apud Lacedæmonios ostendi pateram, quam Alcmenæ dederat Jupiter, cùm Amphitryonis formam induisset.*

CAP. XV.

Vestitus, pariter vilis, & brevis. Proverbio dictum, Λακωνικὸς χιτών. *Aristoteles quare eum reprehenderit. Talis erat, ut dignosci ex eo possent. Penula, ipsorum inventum, propter ludos. Vestis anno toto unica juniorum, ab anno ætatis duodecimo: ideoque Comici Platonis jocus. Vestium genera.* Ἀνέντονον. Διαφανές. *Vestes pellucidæ: ac rubræ,* Πυρρὰ *dictæ. Clavi in iis.* Γωπάτες. *Insignia in fimbriis.* Σαμέα.

UTi victus vilis erat, sic vestitus. Vide Cragium, lib. III. tab. VI. cap. I. & II. Adeò quidem, ut proverbio, Λακωνικὸς χιτὼν, *Laconica tunica*, pro vili usurparetur. Hesychius. Λακωνικὸς χιτὼν, λεπτὴ ἐσθής. *Laconica tunica, tenuis vestis.* Sed simplicitatem istam, tanquam arrogantiæ habentem speciem, reprehendit Aristoteles, Ethic. Nicom. lib. IV. cap. VII. οἱ δὲ μικρὰ, καὶ τὰ φανερὰ, προσποιούμενοι, βαυκοπανοῦργοι λέγονται, καὶ ὑπερφρόνητοί εἰσι. καὶ ἐνίοτε ἀλαζονεία φαίνεται, οἷον ἡ τῶν Λακώνων ἐσθής. καὶ γὰρ ἡ ὑπερβολὴ, καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις, ἀλαζονική. *Qui autem parva, & manifesta, simulant, versutè glorioſi dicuntur, & contemnendi sunt: & aliquando arrogantia videtur, ut Lacedæmoniorum vestitus. nam excessus pariter, & defectus nimius, arrogantiæ speciem habet.* Ubi Aspasius. Ἡ τῶν Λακώνων ἐσθὴς, διὰ πλὴν σφόδρα εὐτέλειαν, προσποίησις εἶναι δόξειε καὶ ἀλαζονεία τις εἶναι. *Lacedæmoniorum vestis, propter magnam vilitatem, simulatio, & arrogantia quædam, esse videbatur.* Neque vilis tantùm erat eorum vestis, sed & brevis. Plato, de iis, qui Laconas imitabantur, in Protagora. Φιλογυμναστοῦσι, καὶ βραχείας ἀναβολὰς φορέσιν. *Amant exercitia, & breves amictus gestant.* Itaque dignosci etiam ex vestitu suo poterant. Est videre apud Pausaniam, in Achaicis. Αὐτίκα ἐπῆλθόν τε ἐπὶ τοὺς Σπαρτιάτας, οἱ Κορίνθῳ ἔτυχον τότε ἐπιδημοῦντες. συνήρπαζον ἢ πίνοντα τινὰ, καὶ ὃν Λακεδαιμόνιον σαφῶς ἄνδρα ἠπίσαντο, καὶ ὅτῳ κουρᾷ ἢ ὑποδημάτων ἕνεκα, ἢ ἐπὶ τῇ ἐσθῆτι, ἢ καὶ ὄνομα, προσγένοιτο ὑπόνοια. *Confestim in Spartanos, qui Corinthi tunc*

tunc agebant, impetum faciunt: ac corripiunt unumquemque, quem Lacedæmonium esse aut certò scirent, aut ex tonsurâ, calceisve, aut veste, aut nomine, suspicarentur. Penulam primi excogitârunt, quâ in ludis uterentur. Tertullianus, in Apologetico. *Nam, ne vel hieme voluptas impudica frigeret, primi Lacedæmonii penulam ludis excogitaverunt.* Unicâ verò tantùm veste per totum annum utebantur, ex Lycurgi instituto. Justinus, de eo verba faciens, lib. III. *Juvembus non amplius unâ veste uti toto anno permisit.* Et observa: non id omnibus indistinctè imperabat, sed juvenibus, idque ab ætatis anno duodecimo. Ita nos Plutarchus docet, in Lycurgo. Γενόμενοι ἤδη δωδεκαετεῖς, ἄνδρ' χιτῶνος ἤδη διετέλουν, εἰς τ' ἐνιαυτὸν ἱμάτιον εἰς τ' ἐνιαυτὸν λαμβάνοντες. *Duodecennes autem facti, jam sine tunicâ agebant, unam vestem quotannis accipientes.* Xenophon id distinctè dicit lib. De rep. Laced. Ἐνόμιζεν, ἐνὶ ἱματίῳ δι' ἔτους σωστρέφεσθαι. *Statuit, ut ad unam vestem se per annum adsuefacerent.* Ea vestis, quòd detrita tandem esset, post gestationem aliquam, laceraque, Τρίβων dicta, ut *Lacerna* apud Romanos. Plutarchus, in Agide, & Cleomene. Φεύγων τὴν μάζαν, καὶ τὸν τρίβωνα. *Fugiens mazam, & lacernam.* Iterum, ibidem. Ἐγκαλλωπίζεσθαι τῷ τριβωνίῳ, καὶ δεῖπνα, καὶ λουτρὰ, καὶ διαίτας Λακωνικὰς ζητεῖν. *Lacernulâ se ostentare, & cœnas, balnea, ac victum Laconicum, quærere.* Et in Phocione, de Archibiade Laconistâ. Ἦν δέ τις Ἀρχιβιάδης, ὑπικαλούμενος Λακωνιστὴς, πώγωνά τε καθειμένος ὑπερφυῆ μεγέθει, καὶ τρίβωνα φορῶν ἀεί. *Erat verò Archibiades quidam, quem dicebant cognomento Laconistam, barbam promittens immensâ magnitudine, & lacernam semper gestans.* Rursum, verba faciens de Alcibiade, lib. De discrim. ad. & am. Ἐν δὲ Λακεδαίμονι, κειρόμενος ἐν χρῷ, καὶ τριβωνοφορῶν. *Lacedæmone verò, cute tenus raso capillo, & lacernâ indutus.* Demosthenes, Orat. in Cononem. οἱ μεθ' ἡμέραν μὲν ἐσκυθρωπάκασι, καὶ Λακωνίζειν φασὶ, καὶ τρίβωνας ἔχουσι. *Qui interdiu quidem vultum corrugant, & Laconicè vivere se dicunt, ac lacernas gestant.* Atque inde Ἑλκοτρίβων, *Lacernitrahus, per irrisum*

sum dicitur Spartanus quidam, apud Comicum Platonem, in Legatis. Et fragmentum reperitur apud Aspasium, ad Ethic. Nicom. lib. IV. cap. VII. Ἡ τῶν Λακώνων ἐσθὴς, δ' πλῆς ἄγαν, ἱστορεῖται Ξενοφῶντι. διὰ ταῦτα καὶ σκώπτουσιν αὐτὰς οἱ κωμῳδοποιοὶ ὡς Πλάτων, ἐν Πρέσβεσι.

Χαίροις, οἶμαι, μεταπεπλάσας, αὐτὸν διακλιμακίζεσθαι,
Τὸν ὑπηνέβιον, Σπαρτοχαίτην, ῥυπονόδουλον, ἑλκοτρίβωνα.

Τᾶτο γὰρ Λάκωνες ἐπίσην, ἐγκρατείαν, καὶ καρτερίαν, ἐπαγγελλόμενοι. *Laconum vestis, admodum vilis, Xenophonti memoratur. quâ de causâ & Comici perstringunt eos: uti Plato, in Legatis.*

Gaudes, puto, quòd, transpositis calculis, ipsum supplantaveris,
Barbatum, Sparticomum, sordidimanum, lacernitrahum.

Hoc enim Lacedæmonii faciebant, temperantiam quandam, ac tolerantiam, profitentes. Tresantum, quos vocabant, lacernæ, ignominiæ causâ, erant colore tinctæ, & pannosæ. Plutarchus, in Agesilao, ubi variam eorum pœnam refert, etiam hanc nobis memorat. Τριβωνὰς τὰ προσερραμμένας χρώματι βαπτὰς φορᾶσι. *Lacernas etiam pannosas colore tinctas gestant.* Erat illis vestis quædam, quæ Ἀνέντινον dicebatur. Hesychius. Ἀνέντινον, ἱμάτιον, Λάκωνες. *Anentonum, vestis, Lacones.* Etiam altera, quæ Δαμοφανὲς nuncupata, quòd pellucida nempe esset. Idem Hesychius. Δαμοφανὲς, τὸ ἱμάτιον, οἱ Λάκωνες. *Damophanes, vestis, Lacones.* Certè pellucidæ Laconum vestes, etiam Chrysostomo commemorantur, in Esaiæ cap. III. Καὶ τὰ ἐνώτια, καὶ τὰ περισκελίδα, καὶ τὰ μεσοπόρφυρα, καὶ τὰ ἐπιβλήματα τὰ κατ' οἰκίαν, καὶ τὰ διαφανῆ Λακωνικά. *Et inaures, & prætextas purpurâ vestes, purpurâque intertextas, & exteriores, quæ domi gestantur, & pellucidas Laconicas.* Erant etiam vestes rubræ, Πυτὰ dictæ. Hesychius. Πυτὰ, Λάκωνες τὰ ἐρυθρὰ ἱμάτια. *Pyta; Lacones rubras vestes.* In bello, vestibus utebantur purpureis: de quibus Cragius, lib. III. tab. VI. cap. VI. Clavi vestium, Ἰωπάτερ appellati. Hesychius. Ἰωπάτερ, τὰ ἐν τοῖς ἱματίοις σημεῖα, Λάκωνες. *Iopater, clavi in vestibus, Lacones.* Insignia item, quæ in fimbriis,

briis, Σάμεα dicebant. Hesychius rursum. Σάμεα, τὰ ἐν τῆς ὥρας τῶν ἱματίων ἐμβλήματα, Λάκωνες. *Samea, insignia, quæ in fimbriis vestium, Lacones.*

CAP. XVI.

Barba, prolixa: & coma; ex quâ noſci etiam poterant: niſi tamen, quòd tonderi in ſuperiori labro barba ſolita, ephoris præcipientibus, cùm inirent magiſtratum: in Treſantibus, quos vocabant, ſemiraſa, ac ſemipromiſſa. Comam verò alere, quando inſtituerint: quanquam tamen & radendi quidam morem retinuerint: quod & in virginibus factum, matrimonium inituris. Lucianus illuſtratus.

POſt membrorum cæterorum veſtimenta, barba etiam, faciei quaſi veſtis, eſt dicenda: quam prolixam valdè habebant. Obſervare iſtud licet apud Plutarchum, in Phocione, ubi de Archibiade agit, in citatis antè verbis. Ἦν δέ τις Ἀρχιβιάδης, ἐπικαλούμενος Λακωνιστὴς, πώγωνα καθειμένος ὑπερφυῆ μεγέθει. *Erat verò Archibiades quidam, quem dicebant cognomento Laconiſtam, barbam promittens immenſâ magnitudine.* Et Laconis apophthegma eò facit, quod commemorat Plutarchus, in Apophthegm. Lac. Λάκων ἐρωτηθεὶς, διὰ τίν' αἰτίαν τοὺς τοῦ πώγωνος τρίχας ἐπὶ πολὺ κομῶσας ἔχει, εἶπεν, ἵνα, βλέπων τοὺς πλησίον, μηδὲν ἀνάξιον αὐτῶν πράττῃ. *Laco interrogatus, cur prolixam haberet barbam, ut, reſpondit, canos videns, nil indignum ipſis faciam.* Item ex Nicandri iſto, apud eundem. Πυθομένου δέ τινος, διὰ τί οἱ Σπαρτιᾶται κομῶσι, καὶ πωγωνοτροφοῦσιν· ὅτι, ἔφη, πάντων κάλλιστος, καὶ ἀδαπανώτατος, ἀνδρὶ οἰκεῖος, κόσμος. *Interrogante quodam, quare Spartani comam, atque barbam, alerent; quia, inquit, pulcherrimus, minimoque ſumptu conſtans, viro eſt ornatus proprius.* Ita tamen barbam alebant, ut ab ephoris quotannis, magiſtratum ineuntibus, non mentum quidem univerſum, quod vir eruditus tradit, ſed ſuperius tantùm labrum, attondere juberentur. Clarum ex Plutarcho, in Agide. Προεκήρυττον

οἱ ἔφοροι τοῖς πολίταις, εἰς τὴν ἀρχὴν εἰσιόντες, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, κείρεσθαι τὸ μύσακα, καὶ προσέχειν τοῖς νόμοις, ἵνα μὴ χαλεποὶ ὦσιν αὐτοῖς. *Per præconem civibus denuntiari jubebant ephori, magistratum ineuntes, ut superius labrum tonderent, legibusque animum adverterent, ne ipsis graves fierent.* Iterum, lib. De serâ num. vind. Ἐν Λακεδαίμονι κηρύττουσιν οἱ ἔφοροι, παρόντας εὐθὺς τὴν ἀρχὴν, μὴ τρέφειν μύσακα. *Lacedæmone denuntiant ephori, simul ac magistratum ineunt, nequis labri superioris barbam alat.* Quia verò cæteram prolixam gererent, hinc dicterio perstringitur Laco quidam; & ὑπωόβιος, tanquam *in barbâ suâ vivens*, à Platone Comico dicitur, in Legatis, versu anteà citato. Tresantes, quos vocabant, inter cætera ignominiæ genera, etiam eo notabantur, ut promissam partim barbam, partim tonsam gestarent. Plutarchus, in Agesilao, ubi de illorum pœna. Ξυρῶντες μέρος τὸ ὑπήνης, μέρος δὲ τρέφουσι. *Barbæ partem radunt, partem alunt.*

ὑπωόβιον, Σπαρτιοχαίτην. ——

Ubi, quòd appellat idem Σπαρτιοχαίτην, *Sparticomum*, etiam de comâ monet, quam similiter alebant: adeò quidem, ut dignosci ex eâ possent. Ecce in Pausaniæ verbis, quæ citavi capite superiori. Καὶ οὐκ ἀπ' εὐδαιμόνιον σαφῶς ὄντα ἠπίστουν, καὶ ὅτῳ κειρᾶς, ἢ ὑποδημάτων ἕνεκα, προσγένοιτο ὑπόνοια. *Quemcunque certò scirent esse Lacedæmonium, aut ex tonsurâ, calceisve, suspicarentur.* Et apud Strabonem, ubi de Phalanto agit, impetum in Lacedæmonios facturo, lib. VI. Γνώριμοι δ' ἦσαν ἀπὸ τῆς κόμης οἱ ξ δήμου. *Nam è comâ poterant cognosci cives.* Et id facere inceperunt, cùm florerent laude bellicâ. Apollonius Tyaneus, in Orat. ad Domitianum Imp. apud Philostratum, lib. VIII. cap. III. Τὸ γὰρ κομᾶν, ἐκ Λακεδαιμονίων ἦκεν· καὶ χρόνους ἐπιτηδεύθη αὐτοῖς, ἐς ὃ μαχιμώτατοι τῶν αὐτῶν εἶχεν. *Nam comam alere, à Lacedæmoniis ortum est: iis temporibus institutum, cùm bellicosissimi haberentur.* Herodotus ipsum tempus notat, quo ex lege illud facere instituerunt: nempe bello cum Argivis, Thyrearum causâ cœpto. Verba ista, lib. I. Ἀργεῖοι μὲν νῦν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου,

χρόνε, καζακεφάμθροι τας κεφαλας, πρότερον ἐπάναγκες κομῶντις, ἐποιήσαντο νόμον τε κ καπάρλω, μὴ πρότερον θρέψθν κόμλω Ἀργείων μηδένα, μηδὲ τας γυναῖκας σφι χρυσοφορήσθν, πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται. Λακεδαιμόνιοι ἢ, τἀναντία τοῦτον ἔθεντο νόμον, (ἐ γὰρ κομῶντις πρὸ τότε,) ἀπὸ τότε κομᾶν. *Quo ex tempore Argivi, tonsis capillis, cùm anteà necessariò comati essent, legem condiderunt, ac se devoverunt, ne priùs comam Argivorum quisquam aleret, neve fœminæ aurum ferrent, quàm Thyreas recepissent. Lacedæmonii verò, contrariam tulere legem: nempe ut deinceps ipsi comam alerent, ante illud non comati.* Alii dicunt: cùm Bacchiadæ Corintho Lacedæmonem profugissent, speciemque sordidam, capillis tonsis, præ se ferrent, comam in honore habere Lacedæmonios cæpisse. Sed utrunque falsum esse, & ab ipso adeò Lycurgo illud institutum, docet Plutarchus, in principio Lysandri. Οὐ γὰρ, ὡς ἔνιοι φασὶν, Ἀργείων, μὴ τλὺ μεγάλλω ἥτταν, ὑπὸ πένθ καρέντων, οἱ Σπαρτιᾶται πρὸς τὸ ἀνύπαλον αὐτοὶ τας κόμας, ἀγαλλόμθροι τοῖς πεπραγμθροις, ἀνῆκαν. ἐδὲ Βακχιαδῶν, τ ἐκ Κορίνθ φυγόντων εἰς Λακεδαίμονα, ταπεινῶν, κ ἀμόρφων, δια τὸ κείραδαι τας κεφαλας, φαιέντων, εἰς ζῆλον αὐτοὶ ἔ κομᾶν ἦλθον. ἀλλὰ κ τοῦτο Λυκούργόν ἐστι. κ φασὶν, εἰπεῖν αὐτὸν, ὡς ἡ κόμη τὸς μὲ καλὸς, ὑπερεπεστέρας ὁρᾶδαι ποιεῖ, τὸς ἢ αἰσχρὸς, φοβερωτέρας. *Neque enim, ut nonnulli volunt, tonsis post magnam cladem Argivis, quam acceperant, Spartani comam ex adverso, rebus gestis elati, submissè: nec, cùm Bacchiadæ, qui Corintho Lacedæmonem profugerunt, sordidam & fœdam speciem, tonsis capillis, præ se ferrent, comam alere contenderunt. sed Lycurgi est & istud institutum. quem dixisse aiunt, formosos comam adspectu magis decoros reddere; ac deformes si qui essent, terribiliores multo.* Et hoc libertatis signum censebatur. Aristoteles, Rhet lib. I. cap. IX. Ἐν Λακεδαίμονι, κομᾶν, καλόν. ἐλθθερίας γὰρ σημεῖον. ἐ γὰρ ἔστι κομῶντα ῥᾴδιον ἐδὲν ποιεῖν θητικόν. *Lacedæmone comam alere pulcrum est: nam id libertatis signum. neque enim facilè comatus quisquam opus homine mercenario dignum facit.* Ad quem locum Scholiastes. Ἐν Λακεδαίμονι τὸ

κομᾶν, σημεῖον ἐλευθερίας, καὶ εὐγενείας. *Lacedæmone, comam alere, signum est libertatis, & nobilitatis.* Non est tamen dubitandum, quin radendi morem antiquum quidam etiam retinuerint. Ac Plutarchus Alcibiadem, Lacedæmone exulantem, & ad mores se Laconicos sedulò accommodantem, inter alia, dicit quoque ad cutem rasum, istis verbis, lib. De discr. ad. & am. Ὧν ὁ μέγιστος Ἀλκιβιάδης· Ἀθήνησι μὲν σκώπτων, καὶ ἱπποτροφῶν, καὶ τριβωνοφορῶν, καὶ μετ' εὐτραπελίας ζῶν, καὶ χάριτος· ἐν δὲ Λακεδαίμονι, κειρόμενος ἐν χρῷ, καὶ τριβωνοφορῶν, καὶ ψυχρολουτρῶν. *Quorum maximus Alcibiades: Athenis quidem, falsè dicta jaciendo, equos alendo, ac vitam facetam, & gratiosam, agendo: Lacedæmone verò, comam radens, lacernam gestans, & frigidâ lavans.* Lucianus, in Fugitivis. Εἶδες τρεῖς γύητας ἅμα εἰδότε, καὶ γυναῖκα, ἐν χρῷ κεκαρμένην, εἰς τὸ Λακωνικόν; *Num tres aliquos simul præstigiatores vidisti, & mulierem, ad cutem usque rasam, more Laconico?* Ubi observa, etiam mulierem rasam, in Laconicum modum, dici: quo respexit ad Laconum eum morem, quo & virgines, matrimonium inituræ, ut amiculo virili à pronubâ induebantur, ita quoque ad cutem usque, sicut viri, radebantur. Plutarchus docet, in Lycurgo. Τὴν δὲ ἁρπασθεῖσαν ἡ νυμφεύτρια καλουμένη ξυλαβέσθαι, τὴν μὲν κεφαλὴν ἐν χρῷ ξυρέσθαι, ἱματίῳ δὲ ἀνδρείῳ, καὶ ὑποδήμασιν, ἐνσκευάσασθαι, κατακλίνειν ἐπὶ στιβάδα. *Raptam pronuba, quam vocabant, abducens, caput quidem ejus cute circumtondebat, inde tunicâ virili, calceisque, indutam, in toro collocabat.* Ac radendi quidem labri superioris, ut huc redeam, diu morem, uti quoque vestem tenuem, servavere: sed, in luxum posteà versi, lævigare etiam femora, & induere vestes molles, annulosque in digitis gestare multos, & Ionicis uti calceis, inceperunt. Hoc perstringit Apollonius Tyaneus, in Epistolâ quâdam ad Lacedæmonios. Ἄνδρας ὑμῶν ἐθεασάμην, ὑποδήματα μὴ ἔχοντας· τὰς μηρὰς, καὶ τὰ σκέλη, λείας τε καὶ λευκάς· μαλακὰς χλανίδας ἠμφιεσμένους λεπτάς· δακτυλίους πολλοὺς, καὶ καλούς, περικειμένους· ὑποδεδεμένους ὑπόδημα τὸ Ἰωνικόν.

οὐκ ἐπέγνων ἔν τὲς λεγομένες πρόσβδς. ἡ ἢ ὑπιόλη, Λακεδαιμονίες ἔφασκε. *Viros veſtros vidi, ſuperioris labri barbam non habentes; emoribus, cruribuſque, lævibus, & candidis: veſtibus indutos mollibus, ac tenuibus: annulos multos, atque pulcros, digitis circumpoſitos; & calceamenta Ionica geſtantes. non agnovi legatos, quales eſſe dicebantur: ſed epiſtola illos veſtra Lacedæmonios dicebat.* Meminit illius rei etiam Philoſtratus, lib. IV. cap. IX. Plura autem in rem iſtam, vide apud Cragium, lib. III. tab. VI. cap. IV.

CAP. XVII.

Pileus, iſque denſus: &, in bello, galeæ inſtar. Dion Chryſoſtomus emendatus. Dioſcuri etiam efficti pileati, & Vlyſſes: atque illud quâ de causâ. Helotes, & Partheniæ, pilei loco galerum geſtabant, è canis fluvialis pelle. Erat autem pileus Laconicus peculiaris, ut dignoſci inde poſſent: veluti dimidiati ovi teſta, idque unde. Aures conciſæ, & loris circumvolutæ.

CApita, tegebant pileo. Id videre eſt apud Dionem Chryſoſtomum, Orat. LXXI. Ἔνθα γὰρ ἐνίοτε βλέπεσιν ἀνθρώπες, τὲς μὲν λύκες πίλες ὑπὶ τὰς κεφαλὰς ἔχονλας, ὡς νῦν τ Θρᾳκῶν τῶνγε τ λεγομένων, πρότερον ἢ Λακεδαιμόνιοι. *Hîc interdum vident homines quoſdam, pileos in capitibus habentes, ut nunc Thracum quidam, ut dicuntur, anteà autem Lacedæmonii.* Sed is locus per occaſionem hanc eſt emendandus, ac ſcribendum: Τῶν Γετῶν λεγομένων. *qui Getæ appellantur.* Nam id dicere vult Orator; quoſdam è Thracibus, qui appellabantur Getæ, non omnes univerſim Thraces, pileos geſtaſſe. Getas autem in Thraciæ parte clarè Stephanus commemorat, in Γέτης. Et hoc obiter. ac revertor ad Lacones. Quos fuiſſe pileatos, etiam Erotianus nobis teſtis, in Lexico Hippocratéo. Πῖλοι καλῦνται ὑπὸ Λάκωσι τὰ σκεπάσματα, σκιᾶς χάριν πεποιημένα. *Pilei vocantur apud Lacedæmonios tegumenta, umbræ causâ facti.* Ac peculiaris illic

pileus erat. Strabo, lib. VI. Ἐπεβούλευον τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ συνέθεντο ἅρμα σύσημον ἐν τῇ ἀγορᾷ πῖλον Λακωνικόν. *Insidias struebant Lacedæmoniis, sic re compositâ, uti signum in foro tollerent pileum Laconicum.* Quin præ cæteris laudabatur. Pollux, lib. I. cap. X. sect. XIII. Εὐδόκιμα δ', θώραξ Ἀττικουργὴς, κράνη Βοιωτουργὲς, πῖλος, καὶ ἐγχειρίδιον, Λακωνικά. *Laudantur verò, lorica Attica, galea Bœotica, pileus, & pugio, Laconici.* Ubi observa, inter arma recensèri: & sic certè habebatur à Laconibus, qui in bello utebantur, instar galeæ. Dico, in militiâ usos, loco galeæ: indicatque id Thucydides, lib. IV. Τότε ἔργον ἐνέπεσε χαλεπὸν τοῖς Λακεδαιμονίοις καθίστατο. ἔπι γὰρ οἱ πῖλοι ἔσεγον τὰ τοξεύματα. *Tunc res molesta Lacedæmonis accidit: neque enim pilei sui à sagittis protegebant.* Describit verò Lacedæmoniorum cum Athenienfibus pugnam. Clarè Festus. *Lacones erant, quibus pileatis pugnare mos est.* Et pileos Dioscurorum Lycophron dicit

——— ——— ῥῦμα Φοινίᾳ δορός.
——— *munimentum contra letalem hastam.*

Ecce verò, etiam Dioscuri efficti olim pileati, quia Lacedæmonii erant. Festus. *Pilea Castori, & Polluci, dederunt, quia Lacones erant.* Et testatur idem Philo, De Virt. Ὥσπερ ἐν θεάτρῳ σκηνὴν ἄλλοτε ἀλλοίαν ἐλάμβανε· ποτὲ μὲν λεοντῆν, καὶ ῥόπαλον, ἀμφότερα ἐπίχρυσα, διακοσμούμενος εἰς Ἡρακλέα· ποτὲ πίλους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους. *Veluti in theatro aliàs alium cultum sumebat: modò pellem leoninam, atque clavam, utramque auratam, Herculis habitu; modò pileum in capite, quoties Dioscuros ageret.* Inde *Pileati fratres* appellantur à Catullo, epigramm. XXXVIII.

Salax taberna, vosque contubernales,
A pileatis nova fratribus pila.

Et supra pileos, stellæ effictæ. Sextus Empiricus, ubi de illis, adversus Mathem. lib. VIII: πίλους τ' ἐπιθέασιν αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀστέρας, αἰνιττόμενοι τὸν τῆς ἡμισφαιρίων κατασκευήν. *Pileosque iis imponunt, & super eos stellas: tacitè innuentes hæmisphæriorum*

rum constitutionem. Apuleius *cassides* dicit; quia pileis, uti dixi, pro iisdem utebantur. Milesius x. *Singulas virgines, quæ deæ putabantur, sui obibant comites: Junonem quidem, Castor, & Pollux: quorum capita cassides æratæ, stellarum apicibus insignes, contegebant.* Latinus Pacatus, in Panegyrico Theodosii. *Olim severi credidere majores, Castoras geminos, albentibus equis, & stellatis apicibus, insignes, pulverem cruoremque Thessalicum aquis Tiberis abluentes, & nuntiasse victoriam, & imputasse militiam.* Quòd pileati Dioscuri, eò pertinet etiam Pausaniæ locus, in Laconicis. Καὶ ἐπ' αὐτῇ (τῇ ἄκρᾳ) χαλκοῖ πωλαίων ἑστήκασιν ἀ μείζονες, πίλους ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχοντες· ἐκ οἶδα, ἢ Διοσκόρους σφᾶς, ἢ Κορύβαντας, νομίζουσι. *Et in eo (promontorio) ænei stant, nihilo pedalibus majores, pileati: haud scio, an Dioscuros illos esse, an Corybantas, arbitrentur.* Et occurrit in Messenicis alius in hanc rem locus, quem exscribere supersedeo. Præter hos, Vlysses etiam pileatus pingebatur: quòd nimirum, propter conjugem Penelopen, quæ Lacæna, ut est discere è Pausania, in Laconicis, ac Plutarcho, in Quæstionibus Græcanicis, Lacedæmoniis insertus, ac Laconicâ civitate itidem donatus esse censeretur. Soranus, in vitâ Hippocratis. Ἐν ἢ τοῖς πολλοῖς εἰκόσιν, ἐσκεπασμένῳ τῷ κεφαλῷ γράφεται· ὡς μὲν τινες λέγουσιν, ἐν πίλῳ, ὃ σημεῖόν ἐστιν εὐγενείας, καθάπερ ὀδυσσεύς. *In multis autem imaginibus, capite velato pingitur: ut nonnulli quidem dicunt, pileatus, ut Vlysses, quod nobilitatis est insigne.* Servi verò, quos Helotas appellabant, pileo non utebantur, qui ex lanâ confiebat, sed galero, è canis fluvialis pelle: quæ antiquis capitis tegumentum erat, & Κυνέη eâ ex re, sive Κυνῆ, dicebatur: uti docet nos Eustathius, ad Iliad. γ'. De Helotis, indicat Myron, Messeniacorum secundo: cujus hoc fragmentum exstat apud Athenæum, lib. XIV. Τοῖς δὲ Εἵλωσι πᾶν ὑβριστικὸν ἔργον (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ἐπιτάττουσι, ὡς τοῦτο ἄγον ἀτιμίαν. κυνῆν τε γὰρ ἕκαστον φορεῖν, ἐπάναγκες ὥρισαν. *Helotibus verò omne contumeliosum opus (Lacedæmonii) mandant, quodque ad ignominiam quamcunque ducat.*

cat. Etenim galerum ferre unumquemque, necessarium constituerunt. Eodem modo etiam spurii, quos Parthenias appellabant, observare licet apud Strabonem, ubi illi de iis sermo, & Phalantho, eorum duce, lib. VI. Συνέκειτο μὲν δὴ, τοῖς Ὑακινθίοις, ἐν τῷ Ἀμυκλαίῳ συντελουμένης ἐξ ἀγῶνος, ἱππικα τῷ κυνῆ περιθῆ ὁ Φάλανθος, πιεῖσθαι τῷ ἐπίθεσιν. *Compositum quidem fuit, ut Hyacinthiis, dum in fano Amyclæo ludi peragerentur, cùm galerum Phalanthus imponeret, impressionem faceret.* Et mox. Ἐξαγγελάντων δὲ ἤνων λάθρα τὸ συγκείμενα τῷ περὶ Φάλανθον, καὶ ἐξ ἀγῶνος ἐνεστῶτος, προσελθὼν ὁ κῆρυξ εἶπε, μὴ αὐ περιθεῖναι κυνῆ Φάλανθον. *Sed cùm quidam factionis Phalantheæ clàm propositum indicassent; cùm certamen jam instaret, prodiens præco edicit, ne Phalanthus capiti galerum imponeret.* Confundit autem pileum ingenuorum cum galero spuriorum, & servorum, Æneas, in Poliorcetico, illud ipsum factum memorans, cap. XI. ὁμότροπον δέ πῶς τοῦτο, καὶ παλαιὸν, ἐν Λακεδαίμονι γενέσθαι. μεμυθεισμένης γὰρ ἐπιβουλῆς τοῖς ἄρχουσιν, ὅτι, ὅταν ὁ πίλος ἀρθῇ, ἐπιθήσονται, ἔπεμψαν τοὺς ἐγχειροῦντας ἐπιθέσθαι, κήρυγμα ἀναγγείλαντες, τοὺς τὸν πίλον μέλλοντας ἆραι μὴ ἆραι. *Simile verò quid, & antiquum, Lacedæmone evenisse. nam, cùm indicata esset magistratui conjuratio, & quòd, pileo sublato, impressio futura esset, cùm denuntiasset illis per præconem, sublaturi pileum ne eum tollerent, conjuratos inhibuit.* Eodem modo Polyænus, in secundo ephororum strategemate, lib. II. Sed ut de Laconico pileo dicam pleniùs, siquidem is peculiaris planè fuit, sic, ut etiam dignosci, quod ostendi, inde possent; qualis fuerit, est omninò explicandum. Nullum autem dubium censeo, quin ejusmodi certè essent, quales ipsi Dioscuris, civibus suis, imponebant: scilicet, dimidiati ovi instar; quod ex ovo, ut ferebant, ii nati. Tales autem pileos Dioscurorum exstitisse, ex Lycophrone manifestum. Ita enim, de his loquens ille, ait.

Ὧν ὀτράκιν τρόβιλος ἐντετμημένος
Κόρσιν σκεπάσῃ, ῥῦμα Φοινίκης δορός.

Quo-

Quorum ovalis testæ vertex incisus
Caput teget, munimentum contra letalem hastam.

Ad quem locum Isaacius Tzetzes. Ἐῤῥέθη πάλαι, ὅπως ὁ Ζεὺς, κύκνῳ ὁμοιωθεὶς, ἐξ ὠοῦ, ὡς ληροῦσι, τέτρας γεννᾷ· ὧν ἑκάτερος τῷ ἡμίσει τοῦ ὀστράκου τοῦ ὠοῦ περικεφαλαίᾳ ἐχρῆτο. *Olim dictum est, quomodo Jupiter, cycni formâ adsumptâ, ex ovo, ut nugantur, eos genuerit: quorum uterque galeâ dimidiati ovi testam referente utebatur.* Ut autem capita tegebant pileis, ita aures concidebant, ac circumvolvebant loris. Plato indicat, in Protagora. Νῦν δ', ἀποκρυψάμενοι ἐκεῖνο, ἐξηπατήκασι τὰς ἐν τοῖς πόλεσι Λακωνίζοντας. καὶ οἱ μὲν, ὥσπερ τε κατάγνυνται, μιμούμενοι αὐτὰς, καὶ ἱμάντας περιφλίττονται, καὶ φιλογυμναστοῦσι, καὶ βραχείας ἀναβολὰς φοροῦσιν· ὡς δὴ τούτοις κρατοῦντας τῶν Ἑλλήνων τοὺς Λακεδαιμονίους. *Nunc verò, hoc occultantes, eos circumvenerunt, qui in urbibus mores Laconicos imitantur. & hi quidem, aures sibi concîdunt, ad illorum imitationem, & lora circumvolvunt, & exercitationes amant, & amictus breves gestant: ceu nimirum illis rebus Lacedæmonii cæteros Græcos antecellant.*

CAP. XVIII.

Calceorum varia genera. Λακωνικαὶ: *qui viris proprii, & colore rubro, erant. Dignosci ex his soliti Lacedæmonii.* Ἐφηβίδες. Ἅπλαι, Ἀμυκλαίδες. *Hesychii locus emendatus. Calcei pretiosiores. Empedoclis, ex ære facti. Auctor anonymus apud Suidam restitutus. Calcei, ephebis proprii,* Ἐννήσκλοι *appellati. Posteà, invalescente apud ipsos quoque luxu, Ionicis cæperunt uti.*

DIxi pileum, proprium capitis vestimentum: nunc & calceos, qui sunt pedum, explicabo. Erant verò & hi Lacedæmoniis proprii: itaque Λακωνικαὶ simpliciter appellabantur. Stephanus, in Λακεδαίμων. Καὶ Λακωνικὴ, τὸ ἡλυκὸν, εἶδος ὑποδήματος. *Et Laconica, fœmininum, genus calcei.* Et ex eo quoque Eustathius, ad Iliad. β'. Ἔστι δὲ καὶ κλεὶς Λακωνικὴ, καινο-

τέρα τις. καὶ εἶδος ὑποδήματος. *Est autem etiam clavis Laconica, magis nova quædam: immò verò, etiam genus calcei.* Scholiastes Aristophanis, ad Concionatrices. Λακωνικάς, εἴδος ὑποδήματος. *Laconicas, genus calceamenti.* Ac virorum proprium fuisse, docet Suidas. Λακωνικαὶ, ἀνδρεῖα ὑποδήματα. *Laconicæ, viriles calcei.* Itaque Bdelycleon ait ad Philocleontem, apud Aristophanem, Vespis.

Ταυτὶ δ' αὐσας ὑπόδυθι τὰς Λακωνικάς.
Et has, cùm feceris, indue Laconicas.

Et inter indumenta virilia refert mulier Praxagora, apud Comicum eundem, in Concion.

Λακωνικὰς γὰρ ἔχετε, καὶ βακτηρίας,
Καὶ ἱμάτια τ' ἀνδρεῖα. ———
Laconicas enim habetis, & baculos,
Et indumenta virilia. ———

Erant verò colore rubro. Pollux, varia calceorum genera recensens, lib. VII. cap. XXII. Αἱ δὲ Λακωνικαὶ, τὸ μὲν χρῶμα ἐρυθραί. Τὸ δ' ὄνομα δὲ, δηλοῖ τὸ τῆς εὑρήσεως τόπον. *Laconicæ verò, colore quidem rubræ erant: nomen autem, locum inventionis indicat.* Verùm Lysias, qui tyrannidem affectabat, albis iis utebatur. Athenæus, de eo verba faciens, lib. V. Ὑποδήμενος λευκὰς Λακωνικάς. *Indutus calceis Laconicis albis.* Sed & forma ut peculiaris fuerit, est necesse: itaque Lacedæmonios etiam ex illis nosci potuisse, auctor nobis est Pausanias, in Achaicis. οὓς Λακεδαιμόνιον σαφῶς ὄντα ἠπίστατο, καὶ ὅτῳ ὑποδημάτων ἕνεκα προσγένοιτο ὑπόνοια. *Quemcunque Lacedæmonium vel certò esse cognovissent, vel ex calceis suspicarentur.* Sed & genera diversa: & Ἀρπίδες quidam dicti. Hesychius. Ἀρπίδες, κρηπίδες, ἢ ὑποδήματα, Λάκωνες. *Arpides, crepidæ, aut calceamenta, Lacones.* Militares fuisse, docet Pollux, lib. VII. cap. XXII. Κρηπίδες, τὸ μὲν φόρημα στρατιωτικὸν, ἔνιοι δ' αὐτὰς τῶν ποιητῶν καὶ ἁρπίδας ὠνόμασαν. *Crepidæ, gestantur quidem à militibus: sed nonnulli poëtarum eas arpidas dixerunt.* Erant etiam Ἁπλαῖ, *simpliciores.* Etymologici

Auctor.

Auctor. Ἁπλᾶς, ὑποδήματος εἶδος Λακωνικοῦ. ὠνομάσθη δ', ἀπὸ τοῦ ἁπλῶς, καὶ ἀτεχνήμενως, γενηθέν. *Haplas, genus calceamenti Laconici. ita verò appellatum, quòd simpliciter, & sine ullâ arte, fieret.* Unicam autem tantùm soleam habebant. Harpocration. Ἁπλᾶς, Καλλίστρατός φησι, τὰ μονοπέλματα τῶν ὑποδημάτων οὕτω καλεῖσθαι. *Haplas, Callistratus ait, eos calceos, qui unicam tantùm soleam haberent, sic vocari.* Quæ totidem verbis etiam Suidas. Strattis Comicus, in Lemnomedâ.

Τὰ ὑποδήματα σαυτῷ πέμπειν τὰ ἁπλᾶ.

Laconicum autem calceamentum hoc fuisse, etiam Demosthenes docet, Orat. in Cononem. οἱ μεθ' ἡμέραν μὲν ἐσκυθρωπάκασι, καὶ Λακωνίζειν φασὶ, καὶ τριβωνας ἔχουσι, καὶ ἁπλᾶς ὑποδέδενται. *Qui interdiu quidem, vultum corrugant, ac Laconicè vivere se dicunt, & lacernas gestant, & calceamentis unicâ tantùm soleâ utuntur.* Erant & Ἀμυκλαίδες, pretiosiores. Hesychius. Ἀμυκλαῖδες, εἶδος ὑποδήματος πολυτελὲς Λακωνικοῦ. καὶ πόλις, Ἀμύκλαι. *Amyclaides, genus calceamenti pretiosi Laconici.* Ita enim locus ille emendandus: perperamque literis transpositis scribitur, Ἀμυκαλίδες, & Ἀμυκάλαι. *Amycalides, & Amycalæ.* Alibi eosdem facit cum Laconicis, de quibus jam à me dictum, istis verbis. Λακωνικαὶ, ὑποδήματα, ἃ καλεῖται Ἀμυκλαίδες. *Laconicæ, calceamenta, quæ vocantur Amyclaides.* Neque illic rectè scribitur, Ἀμυκλάδες. *Amyclades.* Rectè est apud Pollucem, loco citato. Ἀμυκλαίδες δὲ, ἐλευθεριώτερον ὑπόδημα μὲν, δηλοῖ δὲ κλήσει τὸν τόπον. *Amyclaides, calceamentum quidem liberalius, sed locum nomine declarans.* Ubi ἐλευθεριώτερον dicit, quod Hesychius πολυτελές. Dicebantur autem ab Amyclis, urbe Laconiæ: inde ait, δηλοῖ δὲ κλήσει τὸν τόπον. *Sed locum nomine declarat.* Has Empedocles gestabat, sed ex ære. Auctor anonymus, apud Suidam, in Ἀμύκλαι. Εἶχε γὰρ (ὁ Ἐμπεδοκλῆς) χρυσοῦν στέμμα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ ἀμυκλαίδας ἐν τοῖς ποσὶ χαλκᾶς. *Habebat enim (Empedocles) coronam in capite auream, & in pedibus æneas amyclaidas.* Ita eum quoque locum corrigendum esse censeo: & inci-

derit in corruptum codicem Suidas, in quo erat, ἢ ἀμύκλας ἐν τοῖς ποσί. *& amyctas in pedibus.* Natum mendum è compendio ſcriptionis. Sed Empedoclem quod attinet, alii ſimpliciter attribuunt calceos, univerſi tamen æneos. Diogenes Laërtius, in ejus Vitâ, crepidas illi tribuit, lib. VIII. Τέτερον δὲ γνωσθῆναι, ἀναρριπτείσης αὐτῷ μιᾶς τῶν κρηπίδων· χαλκᾶς γὰρ εἴθιστο ὑποδεῖσθαι. *Poſteà verò agnitum eſſe, unâ ex illius crepidis ſurſum ejectâ: quippe æneis uti ſolitus.* Nec aliter Heſychius Mileſius, in Empedocle, & Ælianus, Var. Hiſt. lib. XII. cap. XXXII. Sed hoc obiter. Proprios calceos ephebi habebant, qui Ἐννήϊσκλοι dicebantur. Heſychius. Ἐννήϊσκλοι, ὑποδήματα Λακωνικῶν ἐφήβων. *Enneiſcli, calcei Laconicorum epheborum.* Poſteà, in luxum verſi, Ionicis etiam uti cæperunt. Videre eſt in Epiſtolâ quâdam Apollonii Tyanei, quâ perſtringit luxum legatorum Lacedæmoniorum. cujus verba etiam citavi ſuprà. Ἄνδρας ὑμῶν ἑθεασάμην, ὑποδεδεμένους ὑπόδημα τὸ Ἰωνικόν. *Viros veſtros vidi, calceis indutos Ionicis.*

CAP. XIX.

Peplus Laconicus mulierum: qualis fuerit. Eo laxato, nuda femora oſtendebant: unde & Φαινομηρίδες dictæ, ficto ab Ibyco vocabulo. Quare nudæ inceſſiſſe à poëtis dicitatæ? Mulieres, quæ proceræ eſſent, æſtimatæ: &, uxores regum eſſe tales, placitum. Archidamus ob id mulctatus, quòd puſillam duxiſſet.

IN veſtitu muliebri memoratur peplus Laconicus. Hedylus, in Epigrammate quodam, Anthologiæ lib. VI. cap. VIII.

Ἁ μίτρα, τό θ' ἁλουργὲς ὑπένδυμα, τοί τε Λάκωνες
Πέπλοι. ——

Mitra, & purpurea veſtis ſuperior, & Laconici
Pepli. ——

Quæ verba etiam exſtant apud Suidam, in Ἁλουργά. Obſervare item licet apud Plutarchum, in Agide, & Cleomene, ubi de Cra-

Crateſicleâ, Cleomenis rege. Αὕτη τότε τὴν Κρατησίκλειαν, ὑπὸ τῶν σταλιωτῶν ἐξαγομένην, ἐχέφρονα ἐποίει. τόν τε πέπλον αὐτῆς ὑπολαμβάνουσα, καὶ θαρρεῖν παρεκάλει. *Hæc tum Crateſicleam, cùm à militibus produceretur, manu ducebat; peplumque ejus ſublevans, & bono eſſe animo jubens.* Etiam Peleus, apud Euripidem, in Andromachâ, de Spartanis mulieribus verba faciens.

——— ἐξὸν αὖ, εἰ βέλοιτό, τις
Σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη.
Αἳ ξὺν νέοισιν, ἐξερημοῦσαι δόμους,
Γυμνοῖσι μηροῖς, καὶ πέπλοις ἀνειμένοις,
Δρόμους, παλαίστρας τ', οὐκ ἀνασχετὰς ἐμοὶ,
Κοινὰς ἔχουσι. ———

——— *nec, ſi velit, aliqua*
Caſta eſſe poſſit è Spartanis virgo:
Quæ cum juvenibus, relinquentes vacuas domos,
Nudis femoribus, & peplis laxatis,
Curſus, & palæſtras, mihi non ferendas,
Communes habent. ———

Ita autem ſe habebat, uti, fibulis laxatis, nuda femora oſtenderent: unde & Φαινομηρίδες fœminæ appellabantur. ὁ μὲν χιτὼν, περόναις κατὰ τοὺς ὤμους διῆρτο. ἡ δὲ πορπη, κατὰ τὰ στέρνα ἐνήπτετο. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ὁ τῶν παρθένων ἔτω χιτωνίσκος· ἔστε σφαλούσαντες ἄχρι μηρῶν τὰς πέρυγας, ὑπὸ τὸ κάτω πόζης παρέφαινον τοὺς μηρούς· μάλιστα αἱ Σπαρτιάτιδες, αἷς διὰ τοῦτο Φαινομηρίδας ὠνόμαζον. *Tunica ſoluta, fibulis circa humeros conſtringebatur: fibulâ verò juxta pectus annectebatur. Ita autem dicebatur etiam virginum tunicula: cujus poſtquam aliquo uſque pinnas ſolviſſent, à malleolo inferiore pedis femora oſtendebant. maximè Spartanæ, quas idcircò phænomeridas appellabant.* Breviterque meminit iterum, lib. II. cap. IV. ſect. XXXIX. Καὶ ἡ Λάκαινα, Φαινομηρίς. *Et Lacæna, phænomeris.* Finxit autem id vocabulum primus Ibycus; ut eſt videre apud Plutarchum, in extremo Numâ. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ περὶ τὰς παρθένους φυλακὴ, κατέσκλητο τῷ Νομᾷ πρὸς τὸ ἦθος καὶ κόσμιον· ἡ δὲ Λυκέργου,

παντάπασιν ἀναπεταμένη, καὶ ἡδίους ἦσαν, τοῖς ποιηταῖς λόγον παρέχηκε. Φαινομηρίδας τε γὰρ αὐτὰς ὀνομακλῆσιν, ὡς Ἴβυκος. *Magis verò virginum custodia Numæ est restricta ad decorum muliebre: Lycurgi verò, omninò soluta, & effœminata, in dicteria poëtarum incurrit. nam phœnomeridas eas vocant, sicut Ibycus.* Idque ob hanc vestem fuisse, satis manifestum facit, cùm Euripidis istos versus, jam citatos, testes capit. Καὶ ἀνδρομανεῖς λοιδορῆσιν, ὡς Εὐριπίδης, λέγων·

Αἳ ξὺν νέοισιν, ἐξερημῶσαι δόμους,
Γυμνοῖσι μηροῖς, καὶ πέπλοις ἀνειμένοις.
Quæ cum juvenibus, relinquentes vacuas domos,
Nudis femoribus, & peplis laxatis.

Hinc est, quòd poëtæ eas nudas dicunt. Ovidius, in epistolâ Paridis ad Helenam.

More tuæ gentis nitidâ dum nuda palæstrâ
Ludis, & es nudis fœmina mixta viris.

Et Propertius, lib. III. eleg. XIII.

Multa tuæ, Sparte, miramur jura palæstræ,
Sed magè virginei tot bona gymnasii:
Quòd non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros.

Nec poëtæ tantùm, sed & illæ apud Athenæum, lib. XIII. Ἡμεῖς δ' ἐκεί καὶ τ' ἀψύχων τὰ κάλλιστα φερόμενοι, ἐπαινοῦντες τὸ Σπαρτιατῶν τὸ ἔθος, τὰ γυμνοῦσθαι τὰς παρθένους τοῖς ξένοις; *Nos verò nunquid inanimatorum quæ pulcerrima sunt præferimus, laudantes Spartanorum morem, qui virgines peregrinis nudas ostendit.* Meminit etiam Scholiastes Euripidis, ad Hecubam. In ipsis verò mulieribus, ut id obiter hîc dicam, has laudabant maximopere, quæ staturâ eminebant. Itaque laudare Helenam, quæ Spartana erat, cupiens Theocritus, in ejus Encomio, proceritatem item prædicat, Idyll. XVIII.

Ὥδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἀμῖν,
Πιερίη, μεγάλη· ἄτ' ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρούρᾳ,

Ἢ κάπῳ κυπάρισσος. ——— .
Sic & aurea Helena elucebat inter nos,
Valida, procera: quemadmodum procurrit sulcus in arvo,
Aut in horto cupressus. ———

Ac Plutarchus, in Agide, & Cleomene, de uxore Pantei, quæ maritum cum Cleomene in Ægyptum secuta erat. Ἡ δὴ Παντέως γυνὴ, ἀναζωσαμένη τὸ ἱμάτιον, ὄρθιος καὶ ἁδρὸς οὖσα, καὶ μεγάλη, τὰς ἀποθνησκούσας ἑκάστην σιωπῇ, καὶ μετ' ἡσυχίας, ἐθεράπευε. *At Pantei uxor, veste succinctâ, valida existens, & procera, unamquanque morientium cum silentio, & animo sedato, curavit.* Itaque reges etiam suos ducere tales cupiebant: & Archidamum ideò mulctârunt ephori, quòd pusillam is duxisset. Plutarchus, in principio Agesilai. Ὡς δὲ Θεόφραστος ἱστορεῖ, καὶ Ἀρχίδαμον ἐζημίωσαν οἱ ἔφοροι, γήμαντα γυναῖκα μικράν. οὐ γὰρ βασιλεῖς, ἔφασαν, ἄμμιν, ἀλλὰ βασιλείδια, γεννάσει. *Ut autem Theophrastus refert, Archidamo ephori mulctam irrogârunt, quòd parvam uxorem duxisset: non enim reges, inquiebant, verùm regulos, nobis gignet.* Iterum, lib. De lib. educ. Πάνυ δ' ἄξιον ἐπαινεῖν καὶ Λακεδαιμονίους τὴν μεγαλοφροσύνης· οἵτινες Ἀρχίδαμον, τὸν βασιλέα ἑαυτῶν, ἐζημίωσαν χρήμασιν, ὅτι μικρὰν τὸ μέγεθος γυναῖκα γάμῳ λαβεῖν ὑπέμενεν· ἐπιφθόνησε, ὡς οὐ βασιλέας, ἀλλὰ βασιλίσκους, ἀλλὰ τέκνα αὐτοῖς διενοεῖτο. *Omninò autem laude digni sunt Lacedæmonii, ob animi magnitudinem; qui Archidamum, regem suum, pecuniâ mulctârunt, quòd pusillam ducere uxorem non esset veritus: causam subjungentes, quòd non reges, verùm regulos, dare ipsis statuisset.* Alii tradunt, mulctatum fuisse, quòd divitem, & deformem, formosæ prætulisset. Vide Athenæum, lib. XIII.

JOAN-

JOANNIS MEURSI

MISCELLANEORUM LACONICORUM LIBER II.

CAP. I.

Armorum gloria. Fuga, turpis: quique in tergo vulnerati, haud sepulcro digni habiti, & abjecti. ac sepulcris leo impositus, fortitudinis monumentum. Spolia, erepta hostibus, minimè diis dedicata, quâ de causâ? imò neque capere ea, nisi hoste profligato, licitum erat: & trecenti in rem eam constituti, qui id semper observarent. Victo autem hoste, bovem, aut gallum, pro victoriæ modo, Marti immolabant. Galeam, ipsi suam, sibi invenerunt: obiterque de Bœoticâ, & Corinthiâ, Paphlagonicâque, dictum. Galeam amittere, aut loricam, ignominiosum haud erat; idque quare? Gladius, brevis, velut pugio, Ξυήλη dictus. Pollucis locus emendatus. Quare autem brevis fuerit? Antalcidæ dictum.

ARmorum gloriâ, bellicâque fortitudine, Laconas eminuisse, ex Historicis est notum. Et egregiè Seneca rhetor, Suas. II. *Magnum, & alumnum virtutis, nasci Laconem. ad certam victoriam, omnes remansissent; ad certam mortem, tantùm Lacones.* Et mox iterum. *Turpe est cuilibet viro, fugisse: Laconi, etiam deliberasse.* Deinde. *Omnibus sua decora sunt: Athenæ, eloquentiâ inclytæ sunt; Thebæ, sacris; Sparta, armis. Ideò hanc Eurotas amnis circumfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam.* Manilius, lib. IV.

Sparta manu, Thebæ divis, & rege vel uno
Thessalia, Epirusque potens. ——

Vale-

Valerius Maximus, lib. II. cap. VI. *Egregios virtutis bellicæ spiritus Lacedæmoniorum, prudentissimi pacis moribus Athenienses subsequuntur.* Huc pertinet, quòd primos eos, sicuti Athenienses, urbes capere cæpisse, & subigere nationes, dicat Sallustius, in Catilinâ. *In Græciâ Lacedæmonii, & Athenienses, cæpere urbes, atque nationes, subigere.* Adeò autem fuga turpis apud illos censebatur, ut, in tergo si quis vulnus accepisset, eum sepulcro & indignum judicarent, & abjicerent insepultum. Eustathius, ad Iliad. ε. Βάλεται γὰρ ὁ στρατηγὸς, εἰ καὶ πληγείη τις, κατὰ στέρνα δέξασθαι τὸ τραῦμα, καὶ μὴ πεστροπάδην φυγεῖν, καὶ νῶτα δῦναι τοῖς ἐχθροῖς. πάνυ γὰρ ἐν αἰσχρῷ τοῦτο τοῖς παλαιοῖς ἔκειτο, καὶ μάλιστα τοῖς Λάκωσιν. οἱ καὶ ἄταφον ἐρρίπτουν τὸν ὀπισθότρωτον. *Vult enim belli dux, si quis etiam vulneretur, eum in pectore vulnus accipere; non autem quantâ possit fugere celeritate, atque hostibus terga dare. etenim omninò turppe id antiquis censebatur, & Laconibus inprimis: qui in tergo vulneratum etiam abjiciebant insepultum.* Itaque sepulcris suis & leonem, fortitudinis insigne, imponebant: idque ab Herculis usque tempore, & quamobrem, factitatum, refert Ptolemæus Hephæstionis, Nov. Hist. lib. II. Ἡρακλῆς, ἀποβρωξέντος αὐτῷ τοῦ δακτύλου ἑνὸς ὑπὸ τοῦ Νεμεαίου λέοντος, ἐννεαδάκτυλος γέγονε. καὶ ἔστι τάφος τοῦ ἀκκεκομμένου δακτύλου. λέοντα δὲ ἐστὶν ἰδεῖν τῷ τοῦ δακτύλου τάφῳ ἐφεστῶτα λιθινον ἐν Λακεδαίμονι, σύμβολον τοῦ Ἡρακλέους ἀλκῆς. ἐξ ἐκείνου καὶ τοῖς ἄλλων τάφοις λιθίνους ἐφεστῶσι λέοντας. *Hercules, cùm digitum ipsi unum leo Nemæus devorasset, novem tantùm digitos habuit. estque etiam digiti execti tumulus. leonem verò lapideum, digiti sepulcro impositum, est videre Lacedæmone, roboris Herculei signum. & ex eo aliorum itidem sepulcris lapideum leonem imponunt* Itaque Leonidæ tumulo, qui tam fortiter pugnando ad Thermopylas occubuerat, leo impositus, usitato Laconum more, memoratur ab Herodoto, lib. VII. ὁ δὲ κολωνὸς ἔστι ἐν τῇ εἰσόδῳ, ὅκου νῦν ὁ λίθινος λέων ἕστηκε ὅστις Λεωνίδῃ. *Est autem tumulus in ingressu, ubi nunc lapideus leo, Leonidæ sepulcro impositus.* Et huc pertinet, quòd nec spolia,

hostibus à profligatis reportata, diis suis dedicabant. Rem, & causam, discimus ex Cleomenis isto apophthegmate, quod Plutarcho memoratur, in Apophthegm. Lac. Πυνθανομένῳ δέ μν ὡτῷ, διὰ τί Σπαρτιᾶται τοῖς θεοῖς οὐκ ἀναθήκασι τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων σκῦλα, ὅτι, ἔφη (ὁ Κλεομένης,) ἀπὸ δειλῶν ἐστι. τὰ γᾶν ἀπὸ τῶν κεκτημένων διὰ δειλίαν ἡρημένα, ἄτε τὰς νέας ἰδεῖν καλὸν, ἄτε τοῖς θεοῖς ἀνατεθῆναι. *Interroganti, cur Spartani capta ex hostibus spolia non dedicarent diis, quia, inquit (Cleomenes,) sunt de timidis. ea verò, quæ à captis per ignaviam reportata, nec videre juvenes pulcrum est, neque diis consecrari.* Quin &, neque capere ea, nisi hoste profligato, licitum erat: ac trecenti in id viri constituti, quorum illud munus esset, uti sedulò observarent, si edictum quispiam transgrederetur. Docet illud nos Eustathius, ubi Græcos idem facere Nestor vetat, Iliad. ζ. Τᾶτο δέ, φασι, κ) Λακεδαιμόνιοι ἐνομοθέτησαν ὕστερον· τριακοσίους ἄνδρας τεταχότες, φύλακας ἔθ πιάτᾳ θεσπίσματ@. *Hoc verò, aiunt, & Lacedæmonii posteà lege latâ caverunt; constitutis trecentis viris, qui edictum istiusmodi observarent.* Profligato verò hoste, domum reversi, dux, depositio imperio, si astu vicisset, bovem immolabat; si pugnâ, gallum gallinaceum. Plutarchus, in Vitâ Marcelli. Θύε ἐν Σπάρτῃ τ ἀποστρατήγων ὁ μὲν, δι' ἀπάτης, ἢ πιθῦς, ὁ βέλτιν διαπεραξάμ@, βᾶν· ὁ δὲ διὰ μάχης, ἀλεκτρυόνα. *Spartæ dux, depositio imperio, si astu, aut suadâ, rem perfecisset, bovem immolat; si acie, gallum gallinaceum.* Factum autem id sacrum Marti. Idem docet, in Lac. Instit. Ὅταν στρατηγήμασι τὰς πολεμίας νικήσωσι, βᾶν τῷ Ἄρει θύσιν· ὅταν δ' ἐκ θ φανερᾶ, ἀλεκτρυόνα. *Cùm strategemate hostem vicissent, bovem Marti immolant; cùm apertè, gallum.* Ac de gallo, meminit in Agesilao. Σύνηθες ἦγᾶντο, κ) πρόσηκον ἔργον αὐτοῖς εἶναι, τὸ νικᾶν τὰς πολεμίας, ὥστε μή τι θύειν τοῖς θεοῖς, πλὴν ἀλεκτρυόνα νικητήριον. *Consuetum censebant, & competens ipsis opus, vincere hostes, ut nec diis immolarent, nisi gallum, in victoriæ testimonium.* Sed nunc arma, quibus gloriosè usi, singillatim exponamus. GALEA, ipsorum inventum. Plinius,

nius, lib. VII. cap. LVI. *Galeam, gladium, haſtam, (invenere) Lacedæmonii.* Intelligo autem, propriam illorum quandam hanc fuiſſe; ſicut haſtam, gladiumque, ut mox dicam: uti ſuam quoque habebant Bœoti, Corinthii, & Paphlagones. Ac Bœotiæ quidem galeæ, ut hoc obiter nunc dicam, meminit Pollux, lib. I. cap. X. ſect. XIII. Εὐδόκιμα ἦ, θώραξ Ἀττικουργὴς, κράνος Βοιωτουργές. *Laudantur verò, lorica Attica, galea Bœotica.* Theophraſtus, Hiſt. Plant. lib. III. cap. X. Παρόμοιον μάλιστα τῆς Βοιωτίας κυνέας. *Simile maximè galeis Bœoticis.* Ælianus, de Xenophonte, Var. Hiſt. lib. III. cap. XXIV. Λέγεται ἔν ὁ Γρύλλε τὸν μὲν ἀσπίδα, Ἀργολικὴν ἔχειν· τὸν δὲ θώρακα, Ἀττικόν· τὸν δὲ κράνος, Βοιωτουργές. *Dicitur itaque Grylli filius clypeum quidem, Argolicum habere; loricam verò, Atticam; at galeam, Bœoticam.* Corinthiacæ, apud Herodotum eſt mentio, lib. IV. Κυνῆ τε Κορινθίη, καὶ πανοπλίη Ἑλληνικῆ. *Galeâque Corinthiâ, & armaturâ Græcanicâ.* Paphlagonicam, memorat Xenophon, De exped. Cyri, lib. V. Λόγχας ἔχοντες, καὶ κνημίδας, καὶ κράνη Παφλαγονικά. *Habentes haſtas, & tibialia, & galeas Paphlagonicas.* Apud Lacedæmonios verò, ut ad illos nunc revertar, galeam in bello amittere, aut loricam, minimè ignominioſum cenſebatur; ſcutum, maximè. Patet ex Demarati quodam apophthegmate, quod refertur à Plutarcho, in Lac. Apophthegm. Ἐρωτήσαντος δέ τινος, διὰ τί τὰς μὲν τὰς ἀσπίδας παρ' αὐτοὺς ἀποβαλόντας ἀτιμοῦσι, τὰς δὲ τὰ κράνη, καὶ τὰς θώρακας, ἐκέλευ· Ὅτι, ἔφη, ταῦτα μὲν, χάριν ἑαυτῶν κατατίθενται· τὴν δὲ ἀσπίδα, τῆς κοινῆς τάξεως ἕνεκα. *Percunctato autem quodam, quare apud ipſos, qui clypeos abjicerent, aut loricas, ignominiâ notarent; eos verò, qui galeas, aut loricas, non item; Quia, inquit, iſtas quidem, ſuâ ipſi cauſâ geſtant, clypeum verò, ordinis communis gratiâ.* Uti verò galea Lacedæmoniis propria excogitata, ita GLADIUS: & is brevis, velut pugio. Ac brevitatem, oſtendit Plutarchus, in Lycurgo. Σκώπτοντος Ἀττικὸν τινος τὰς Λακωνικὰς μαχαίρας, εἰς τὴν μικρότητα. *Cùm Athenienſis quidam Laconicos gladios derideret,*

propter brevitatem. Quod iterum refert inter Agidis apophthegmata, in Lac. Apophthegm. dicitque, eum Athenienſem fuiſſe Demadem. Δημάδης λέγοντος, ὅτι τὰ Λακωνικὰ ξίφη, διὰ μικρότητα, καταπίνουσιν οἱ θαυματοποιοί. *Demade dicente, Laconicos gladios, quia parvi eſſent, devorare præſtigiatores.* Idem rurſum, in Dione. Τὸν Λεπτίνην, καὶ Πολυπέρχοντος, ἀνηρέθη, χρησαμένων ξιφιδίῳ καὶ τύχῃ, ᾧ καὶ Δίωνα πληγῶσαι φασίν. ἐγνώσθη δὲ τῷ μεγέθει. βραχὺ γὰρ ἦν, ὥσπερ τὰ Λακωνικά. *A Leptine, & Polyperchonte, occiſus fuit, eodem fortè gladio uſis, quo percuſſum Dionem ferunt. nam ex magnitudine agnoſcebatur. etenim brevis erat, velut Laconici.* Erant autem Laconici gladii tanquam pugiones quidam. Apparet illud ex Plutarcho, in Lycurgo: ubi Agis, deridenti gladios Laconicos Athenienſi, ob brevitatem, ſic reſpondet. Ἡμεῖς ἐφικνούμεθα τοῖς ἐγχειριδίοις τῶν πολεμίων. *Nos his pugionibus hoſtes attingimus.* Et mox iterum. Τῶν νέων οἱ ἄρχοντες διὰ χρόνου τοὺς μάλιστα νοῦν ἔχειν δοκοῦντας εἰς τὴν χώραν ἄλλως ἐξέπεμπον, ἔχοντας ἐγχειρίδια, καὶ τροφὴν ἀναγκαίαν. *Qui inter juvenes maximè ſolertes eſſe viderentur, eos præfecti per regionem emittebant, habentes pugiones, & cibaria neceſſaria.* Et hi maximè laudati, Pollux, lib. I. cap. X. ſect. XIII. Εὐδόκιμα δὲ, θώραξ Ἀττικουργὴς, κράνος Βοιωτουργὲς, πῖλος, καὶ ἐγχειρίδιον, Λακωνικά. *Laudantur verò, lorica Attica, galea Bœotica, pileus, & pugio, Laconici.* Dicebatur verò is gladius Lacedæmoniis Ξυήλη. Xenophon, De exped. Cyri, lib. IV. Εἶχον δὲ καὶ κνημίδας, καὶ κράνη, καὶ θῆκας τοῖς ζώνοις μαχαίριον, ὅσον ξυήλην Λακωνικὴν. *Habebant verò etiam tibiarum tegumenta, & galeas, & ad cingulum gladiolum, inſtar xyelæ Laconicæ.* Et poſteà, ſub finem libri. Εἵλοντο δὲ Δρακόντιον Σπαρτιάτην, ὃς ἔφυγε παῖς ὢν οἴκοθεν, παῖδα ἄκων κατακτανὼν, ξυήλῃ κατάξας. *Ceperunt verò Dracontium Spartanum, qui puer adhuc domo profugerat, cùm imprudenter puerum interfeciſſet, xyelâ percuſſum.* Erat inſuper incurvus, inſtar falcis. Colligere licet ex Polluce, qui falcatis armis accenſet, lib. I. cap. X. ſect. VI. Δρεπάνη, δορυδρέπανον, πέλεκυς ἀμφίστομος, ἐπρόσω-

ἐπρόσμιξε. τάχα δ' ἂν προσθείη τις τούτοις καὶ τὴν ξυήλην τὴν Λακωνικήν. *Falx, hasta falcata, bipennis, securis. ac fortasse quispiam adjungat istis etiam xyelam Laconicam.* Nam omninò etiam scribendum censeo, ξυήλην, ut Auctores alii constanter habent, non ξυίνην. Falcatum autem fuisse, clarè dicit Hesychius. Ξυήλη, ξυάλη. ἔστι δὲ καὶ ξιφίδιον, ὅ τινες δρέπανον λέγουσιν. *Xyele, xyale: est verò etiam gladiolus, quem nonnulli falcem dicunt.* Atticis, Κνῆτις dicebatur. Suidas. Ξυήλην, ἣν ξυάλην λέγομεν. Ἀττικοὶ κνῆτιν, Λάκωνες δὲ ξυήλην λέγουσι. *Xyela, quam xyalam dicimus. Attici cnestin, Lacones verò xyelam dicunt.* Eustathius, generaliter Dorienssibus adscribit, inter quos Lacones primi, ad Iliad. λ'. Ἡ Ἀττικῶς κνῆτις, ξυήλη ἐλέγετο Δωρικῶς. *Quæ Atticè cnestis, Doricè xyela dicitur.* Cur tam breves autem gladios facerent Lacedæmonii, ratio redditur in Antalcidæ responso: quod Plutarcho memoratur, in Apophthegm. Lac. Πρὸς δέ τινα ἐρόμενον, ὅτι ἐγχειριδίοις βραχέσι κατὰ πόλεμον χρῶνται Λακεδαιμόνιοι, διότι, εἶπεν (ὁ Ἀνταλκίδας,) πλησίον τοῖς πολεμίοις μαχόμεθα. *Interroganti, cur in bello pugionibus brevibus Lacedæmonii uterentur; quia, inquit (Antalcidas,) cominus cum hostibus pugnamus.*

CAP. II.

Hasta, itidem ab his inventa: & peculiaris quoque. Hac fortissimè pugnârunt: ac de eâ Agesilai, Archidamique, & Alcidamantis, apophthegmata. Epigrammatis locus illustratus. Symbolum quasi gentis quoddam: pueriscque, simul atque nati essent, juxta clypeum apponebatur. A Cleomene abrogata, & sarissa substituta. Clypeus quoque eorum inventum, idque ubi. Ei insculpta litera Λ. Quomodò gestari solitus: & mutatio à Cleomene. Fœminæ in clypeo enitebantur, & in eo filium natum collocabant, cum acclamatione quâdam. Matres etiam, ituris ad bellum filiis clypeum dabant; & addebant eadem verba, quæ dedissent recèns positis in clypeo. Gorgona, Leonidæ uxor: eique dictum hoc tributum. Lex, quæ jubebat, ut in acie caderent potiùs, quàm captivos sese dederent. Acies Laconica. Cohors, Πιτανάτης dicta, quæ non fuit. Dionis Chrysostomi

memoriæ lapsus indicatus. Eodem nomine cohors quædam Antonini Caracallæ, sicut & Spartana phalanx. Carmina Tyrtæi, datâ lege, jussis in tentorium regis ante pugnam convenire, recitata; ac de iis emendatus Ampelii locus: ipsam verò pugnam inibant ad tibiæ cantum. quin in expeditionibus, in conviviis, cùm pæanes canerentur, constitutum, ut Tyrtæi quisque versus decantaret, præmiumque à polemarcho judice victor carnem acciperet: idque quando, & quamobrem, institutum. In acie, juxta regem positi, pugnabant, qui certamine coronario vicissent. Duellum, ἡ ἀπ' ἄκρης μάχη.

NUnc de hastâ est dicendum; quam similiter, uti galeam, gladiumque, invenere, ut apparet ex citatis capite superiori verbis Plinii. Sed & hæc peculiaris planè erat. sicut galea, gladiusque: at omninò, qualis fuerit, difficillimum explicari. Illud constat, quòd fortissimè hac pugnaverint: & exemplum est in Isada, apud Plutarchum, in Agesilai Vitâ. Γυμνὸς ἦ ὅπλων τ σκεπόντων, καὶ ἱματίων, λίπα χρισάμενος τὸ σῶμα, καὶ τῇ μὲν ἔχων χεῖρα λόγχην, τῇ δ' ξίφος, ἐξήλατο τ οἰκίας, καὶ διὰ μέσων τ μαχομένων ὠσάμενος, ἐν τοῖς πολεμίοις ἀνεστρέφετο, παίων τ προσυχόντα, καὶ καταβάλλων. ἐτρώθη δ' ὑπ' ἐδενός. *Nudus autem tum armis, quæ tegerent, tum vestibus, cùm unxisset corpus oleo, unâ manu hastam, alterâ gladium tenens, ex ædibus prosiliit, & in medios pugnantes se conjecit: obvium quemque feriens, & prosternens; nec à quoque vulneratus ipse fuit.* Et huc pertinent apophthegmata: unum quidem, Agesilai; alterum, Archidami; tertium, Alcidamantis: quæ Plutarcho memorantur, in Apophthegm. Lac. Et Agesilai quidem, hunc in modum sese habet. Ἐρωτηθεὶς δέ ποτε, ἄχρι τίνων εἰσὶν οἱ τ Λακωνικῆς ὅροι· τὸ δόρυ προβάνας, εἶπεν, Ἄχρις ἂν τοῦτο φθάνοι. *Interrogatus autem aliquando, quousque se Laconicæ extenderent fines; hastam vibrans, quo hæc, inquit, pertinget.* Et Archidami, est tale. Ἐρωτηθεὶς δ', πόσης χώρας κρατοῦσι Σπαρτιᾶται, ὅσης αὐ, ἔφη, τῷ δόρατι ἐφίκωνται. *Cùm interrogatus esset, quantam Spartani regionem possiderent; quantam, inquit, hastâ attigerint.* Deinde Alcidamantis, istud

istud erat. Ἔλεγε ἢ ἔτ⊙, τείχη εἶναι τὴ Σπάρτης, τὰς νέας· ὅρια ἢ, τὰς ἀκιδοφορίδας. *Hic autem dicebat: muros Spartæ, juvenes esse; fines verò, hastarum cuspides.* Inde Sparta Δορυσέφαν⊙, *hastâ coronata*, dicitur, in Epigrammate, ab Auctore quodam incerto: quòd Spartani, hastâ fortiter pugnando, inter cæteros eminerent; & coronam, fortitudinis suæ præmium, mererentur. Extat apud Diogenem Laërtium, in Chilone, lib. I.

Τὸν ἢ δορυσέφαν⊙ Σπάρτα Χείλων' ἐφύτευσεν,
Ὃς τ' ἐπιὰ σοφῶν πρῶτ⊙ ἔφυ σοφίη.
Hastâ coronata Sparta Chilonem genuit,
Qui inter septem sapientes primus fuit sapientiâ.

Hinc Gregorii item Nazianzeni dictum, Epist. CXXXIX. Σπαρτιάτας ἡ λόγχη γνωρίζει, ὦμ⊙ τὸς Πελοπίδας. *Spartanos hasta notos facit, humerus Pelopidas.* Procopius, in Epistolâ ad Musæum. Ἄλλοις μὲν γὰρ ἄλλ⊙ μέγα φρονεῖ· ὁ Λυδὸς χρυσῷ, ὁ Σπαρτιάτης τῷ δόρατι, χορδαῖς Ἀρίων. *Alius enim rebus aliis gloriatur: Lydus auro, Spartanus hastâ, Arion fidibus.* Et symbolum quasi, Spartanorum ea erat. Julianus, Orat. II. Λόγχη ἢ λέγεται πρὸς τῶν Βοιωτίων τῆς Σπαρτιάτης ἐντυπωθῆναι, πρὸς τ πατρὸς, κ θρεψαμένης αὐτῶν, βώλε· κ τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ πολὺ διασωθῆναι τὸ τῷ γένει σύμβολον. *In Bœotiâ verò dicitur, hasta Spartanis impressa esse à parente, & nutrice, glebâ: idque inde longo tempore huic genti symbolum permansisse.* Pertinetque eò etiam, quòd in clypeo pueri, ut nati essent, ponerentur, ominis causâ, & apponeretur hasta, velut fortitudinis symbolum. Docet nos Thucydidis id Scholiastes, de Lacedæmoniis loquens, lib. II. Εὐθὺς, ὡς ἐβλάστησε τὸ παιδίον, ἐν ἀσπίδι ἐκίθεσαν αὐτὸ, κ δόρυ πλησίον. *Statim, ut nascebatur puer, in clypeo collocabatur, & juxtà hasta.* Cleomenes, hastâ abrogatâ, sarissâ ipsos ejus loco uti voluit. Plutarchus, in ejus Vitâ. Διδάξας αὐτὸς αὐτὶ δόρατ⊙ χρῆσθαι σαρίσσῃ δ' ἀμφοτέρων. *Cùm docuisset ipsos hastæ loco sarissâ uti ambabus manibus.* Permansitque ab illo tempore ejus usus: & est ob-

servare

ſervare etiam ſub Machanida tyranno, apud Polybium, lib. XI. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, χωρὶς προσαγγέλματος, ἐπαρθέντες τῇ διανοίᾳ ἐπὶ τὸ δίζωνον προτερήματι, καταβαλόντες τὰς σαρίσσας, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς ὑπεναντίους. *Lacedæmonii verò, victoriâ mercenariorum ſuorum inflati, ſine mandato, ſariſſas inclinantes, impetum in hoſtes faciunt.* Reſtat nunc dicendus CLYPEUS. Sed & hic peculiaris certè fuerit, ſicut ab iiſdem inventus, uti galea, gladius, haſta: quod abundè jam expoſui. Invenere autem ſibi in Pieriæ quodam vico, qui & Σάκος, ſive *Clypeus*, eâ ex re appellatus. Stephanus. Σάκος, κώμη τῆς ἐν Λακεδαίμονι Πιερίας. ἀπὸ δὲ ὅπλου, οὗ αὐτοὶ τοῦτο εὗρον. *Sacus, vicus Pieriæ, quæ eſt Laconicæ: ab eo armaturæ genere, quia ipſi id invenerunt.* Inſculptam autem huic habebant literam Λ, regionis ſuæ primam, ut dignoſci inde poſſent. Euſtathius, ad Iliad. β. Γράφεται δέ, ὅτι Λακεδαιμόνιον λάμβδα ἐπὶ ταῖς ἀσπίσιν αὐτῶν εἰς σημεῖον ἔγραφον, ἐκ τοῦ καταρχοντος στοιχείου χαρακτηρίζοντες ἑαυτούς. *Fertur autem, quòd Lacedæmonii in clypeis ſuis, ceu inſigne, lambda pingebant, nominis initiali literâ ſeipſos denotantes.* Atque hæc ſunt illa ſigna in clypeis Laconica, de quibus Pauſanias, in Meſſenicis. Τῶν δὲ Μεσσηνίων λογάδες χίλιοι φθάνουσιν ἀφικόμενοι πρὸς τὴν Ἦλιν, σημεῖα ἐπὶ ταῖς ἀσπίσι Λακωνικὰ ἔχοντες. *Ex Meſſeniis verò mille ſelecti raptim Elidem veniunt, ſigna in clypeis Laconica habentes.* Hinc cùm anteà è collo geſtarent, loco fibulâ ſubſtricto, inſtituit Cleomenes, uti anſam intrinſecus facerent, & per hanc inſererent ſiniſtrum brachium. Hoc eſt, quod Plutarchus dicit, in ejus Vitâ. Διδάξας αὐτοὺς αὐτὶ δόρατος χρῆσθαι σαρίσσῃ δι' ἀμφοτέρων, καὶ τὴν ἀσπίδα φορεῖν δι' ὀχάνης, μὴ διὰ πόρπακος. *Cùm docuiſſet ipſos haſtæ loco ſariſsâ uti ambabus manibus, & clypeum ex ansâ, non ex ſubſtricto fibulâ loro.* Illud quoque per occaſionem iſtam commodè monendum cenſeo, fœminas Laconicas, quæ nil magis exoptabant liberorum fortitudine, ominis captandi causâ, clypeo parturientes inſediſſe, ut in eo eniterentur. Nonnus, Dionyſ. lib. XLI.

Λαὶ

——— Λακωνίδες οἷα γυναῖκες
Υἱέας ὠδίνουσιν ἐπ' ὠκύκλοιο βοείης.
——— *ut Laconicæ mulieres*
Filios pariunt in rotundo è bovis tergore clypeo.

Atque, cùm enixæ essent, filium, quem perperissent, mox in clypeo collocabant; acclamantes, ἢ ταὶ, ἢ ἐπὶ ταί. Scholiastes Thucydidis, lib. II. Ἀπὸ μικρᾶς ἡλικίας (οἱ Λακεδαιμόνιοι) εἰς τὰ πολέμια ἠυτρεπίζοντο. καὶ αὐτοὺς, ὡς ἐτέκετο τὸ παιδίον, ἐν ἀσπίδι ἐτίθεσαν αὐτὸ, καὶ δόρυ παρέθεσαν· καὶ ἐπεβόων, ἢ ταὶ, ἢ ἐπὶ ταί. τοῦτ' ἔστιν, ἢ ταῦτα σῶσον, ἢ μεθ' αὐτῶν ἀναιρεθήσῃ. *A tenerâ ætate (Lacedæmonii) ad res bellicas instruebantur. & confestim, simul natus esset puer, in clypeo eum collocabant, & hastam juxtà. tum acclamabant: Aut hunc, aut in hoc. id est, aut hæc serva, aut cum istis interficitor.* Postquam verò adoleviſſent, & ad bellum aliquod ituri essent, clypeum itidem filiis tradebant matres, & iisdem illos verbis admonebant, uti fortiter se gererent. Sextus Empiricus. Pyrrh. Hypotyp. lib. III. cap. XXIV. Καὶ ἡ τῷ ἀσπίδα τῷ παιδὶ ἐπὶ πόλεμον ἐξιόντι διδοῦσα Λάκαινα, Σὺ, ἔφη, τέκνον, ἢ ταύτῃ, ἢ ἐπὶ ταύτῃ. *Et Lacæna illa mulier, cùm in bellum exeunti filio clypeum daret, Tu, inquit, fili, aut hunc, aut in hoc.* Aristænetus, lib. II. epist. XVII. Τὴν ἀνδρείαν μιμήσομαι τῶν Λακώνων. παρ' ἐκείνοις γὰρ αἱ μητέρες πρὸς τοὺς παῖδας ἔφασκον· ἢ ταύτῃ, ἢ ἐπὶ ταύτῃ. *Fortitudinem imitabor Laconum. apud illos enim filiis dicebant matres; Aut hunc, aut in hoc.* Ausonius, Epigramm. XXIV.

Mater Lacæna, clypeo obarmans filium,
Cum hoc, inquit, aut in hoc, redi.

Aristoteles, in Chriis, dictum id Gorgonæ tribit, Leonidæ uxori: ut ex eo Stobæus refert, Serm. VII. Γοργὼ Λακεδαιμονία, Λεωνίδου γυνὴ, ἐξ υἱῷ αὐτῆς ἐπὶ στρατείαν παραδιδοῦσα, τὴν ἀσπίδα ἐπιδιδοῦσα, εἶπεν, ἢ ταύταν, ἢ ἐπὶ ταύταν. *Gorgona Lacedæmonia, Leonidæ uxor, filio, in bellum eunti, clypeum tradens, inquiebat; Aut hunc, aut in hoc.* In hanc rem, Libanii est iste locus, in

Antiochicâ. Ἔμφνον, ἐχόμφοι τ πατρίδ, ἀκριβέστερον ἢ Λακεδαιμόνιοι τ ἀσπίδων. *Remanserunt, patriam majore curâ retinentes, quàm Lacedæmonii clypeos.* Et huc pertinet, quòd in acie potiùs occumbere lege jubebantur, quàm se dedere. Scholiastes Thucydidis, lib. II. Βέλτιόν ἐστι πεσεῖν, ἢ αἰχμαλώτους ληφθῆναι, ὡς νόμ Λακεδαιμονίοις. *Præstat cadere, quàm captivum abduci, ut est lex Lacedæmoniis.* Post Laconicam armaturam, etiam dicenda est ACIES: quæ præ cæteris celebratur. Suidas. Λακωνικὴ τάξις, ἡ κ᾽ τὰς ἄνω πολέμους ἀρίστη τ πρόσθεν γενέσθαι δοκεῖ. *Laconica aciei ordinatio, quæ in superiorum temporum bellis, inter eas quæ priùs fuerunt, optima fuisse videtur.* Hesychius, innuit magis, quàm dicit. Λάκων, εἶδ ὠδῆ τακτικῆς. *Lacon, genus quoddam apud eos qui de aciebus ordinandis scripserunt.* Est sine dubio locus mutilus. In eâ, duces isti erant: rex, polemarchus, lochagus, pentecontater, enomotarcha. Elegans in hanc rem est Thucydidis locus, ubi de Lacedæmoniorum exercitu illi sermo, lib. V. Βασιλέως γὰρ ἄγοντ, ὑπ᾽ ἐκείνῳ πάντα ἄρχεται. κ τοῖς μὲν πολεμάρχοις, αὐτὸς φράζῃ τὸ δέον· οἱ δ, τοῖς λοχαγοῖς· ἐκεῖνοι δ, τοῖς πεντηκοντατῆρσιν· οὕτω δ᾽ ἄλλοι, τοῖς ἐνωμοτάρχαις. *Quum enim rex exercitum ducit, cuncta ejus imperio subsunt: ac, quæ fieri oporteat, ille polemarchis dicit; hi, lochagis; isti, pentecontateribus; ipsi verò, enomotarchis.* Ad quem locum Scholiastes. Ὅρα τὴν τάξιν τ ἀρχῆς. πρῶτ, Βασιλεύς. δεύτερ, πολέμαρχ. τρίτ, λοχαγός. τέταρτ, πεντηκοντήρ. πέμπτ, ἐνωμοτάρχης. *Vide ordinem principatus. primus, rex; secundus, polemarchus; tertius, lochagus; quartus, penteconter; quintus, enomotarcha.* Ubi observa, quòd πεντηκοντὴρ dicatur, qui Thucydidi πεντηκοντατὴρ, Xenophonti πεντηκοστὴρ appellatur, lib. De rep. Lacedæm. Partes verò aciei, idem ibi sic describit. Λόχοι μὲν γὰρ ἐμάχοντο ἑπτὰ, ἄνδρ σκιρτῶν, ὄντων ἑξακοσίων. ἐν δ ἑκάστῳ λόχῳ, πεντηκοσύες ἦσαν τέσσαρες· κ ἐν τῇ πεντηκοσύϊ, ἐνωμοτίαι τέσσαρες· τ τε ἐνωμοτίας, ἐμάχοντο ἐν τῷ πρώτῳ ζυγῷ τέσσαρες. ἐπὶ δ βάθ, ἐτάξαντο μὲν ὅν ὡς πάντες ὁμοίως, ἀλλ᾽ ὡς λοχαγὸς ἕκας ἐβούλετο.

ἐβάλετο. ἕπεσθαι δὲ κατέξησαν ἀπὶ ὀκτώ. *Quippe lochi quidem pugnabant septem, præter sciritas, qui erant sexcenti. in unoquoque verò locho, pentecostyes erant quatuor: ac pentecostys, habebat enomotias quatuor. & enomotiæ quidem in primâ parte, quaterni pugnabant: densitas autem, non ubique eadem erat, sed ut lochagus volebat: erant verò omninò octoni collocati.* Ubi ista Scholiastes nobis tradit. Ἡ μὲν πεντηκοστὺς, συνίσταται ἀπὸ ἀνδρῶν ἑκατὸν εἰκοσιοκτώ. ὁ δὲ λόχος, τέτων τετραπλασίων, γίνεται ἀνδρῶν πεντακοσίων καὶ δυοκαίδεκα· οἱ δὲ ἑπτὰ λόχοι, ἄνδρες τρισχίλιοι πεντακόσιοι ὀγδοηκονταπέσαρες. ὥστε μὴ τῶν ἑξακοσίων σκιρτῶν γίνονται ἄνδρες οἱ πάντες Λακεδαιμονίων, τετρακισχίλιοιεκατὸν ὀγδοηκονταπέσαρες. ἡ μὲν γὰρ πεντηκοστὺς, ἑκκαίδεκα εἶχε τὰς πρωτοστάτας. ὁ δὲ λόχος, ἑξηκονταπέσαρας. οἱ δὲ ἑπτὰ λόχοι, γίνονται τετρακόσιοι πεσαρακονταοκτώ. *Pentecostys, constituitur ex viris centum viginti octo. lochus verò, quadruplo major, est virorum quingentorum & duodecim. septem autem lochi, continent viros ter mille quingentos octogintaquatuor: ita ut, adjunctis sexcentis sciritis, viri Lacenæmonii sint universim quater mille centum octogintaquatuor. nam pentecostys, antesignanos habebat sedecim; lochus verò, sexaginta quatuor. septem autem lochi, fiunt quadringenti quadragintaocto.* Ac mox. Ἔχει ἕκας ὁ λόχος πεντηκοστύας τέσαρας, καὶ γίνονται τῶν ἑπτὰ λόχων πεντηκοστύες εἰκοσιοκτώ. ἔχει δὲ ἑκάστη πεντηκοστὺς ἐνωμοτίας τέσαρας, καὶ γίνονται τῶν ἑπτὰ λόχων ἐνωμοτίαι ἑκατὸν καὶ δώδεκα. ἔχει ἑκάστη ἐνωμοτία ἄνδρας τριάκοντα δύο. ὡς γίνεσθαι τὸ πᾶν στρατὸν, ἄνδρας τρισχιλίους πεντακοσίους ὀγδοηκονταπέσαρας. *Habet unusquisque lochus pentecostyas quatuor, fiuntque septem lochorum pentecostyes vigintiocto. pentecostys verò quæque habet enomotias quatuor, fiuntque septem lochorum enomotiæ centum duodecim. habent singulæ enomotiæ viros triginta duos. ut exercitus universus habeat viros ter mille quingentos octoginta quatuor.* De perfectione verò universim aciei, ita Xenophon, lib. De rep. Lacedæm. Εἰσὶ γὰρ ἐν τῇ Λακωνικῇ τάξει οἱ πρωτοστάται ἄρχοντες, καὶ ὁ στίχος ἕκας ὁ παρ' ἔχων, ὅσα δεῖ παρέχεσθαι. *Etenim in acie Laconicâ præfecti loco principe consistunt: & ordo quisque habet omnia, quæ oportet*

exhiberi. Etiam peculiarem evolvendæ aciei modum habebant. Suidas. Ἐξελιγμῶν ἰδέαι δύο αἱ μὲν, κατὰ λόχους· ἡ δὲ, κατὰ ζυγά. εἴδη δὲ ἑκατέρας αὐτῶν, τρία. καλεῖται γὰρ ὁ μὲν, Μακεδών· ὁ δὲ, Λάκων· ὁ δὲ, Χώριος. *Evolutionum duo sunt genera: unum quidem, per manipulos; alterum verò, per juga. & horum utriusque, tres sunt species: quarum una, Macedonica; altera, Laconica; tertia autem, Choria dicitur.* Quæ transscripta esse moneo ex Æliano, Tact. cap. XXVI: qui videndus etiam capite insequenti XXVII. Quod exercitûs distributionem attinet, agit quoque de eâ Cragius, lib. IV. cap. IV. Et in partem de morâ, ac locho, ego multo plura dixi, Lectionum Atticarum lib. I. cap. XVI. Ibi docui, inter cætera, λόχον quidem πιτανάτην, quem dicebant, nullum unquam exstitisse: quibus addo, quod Thucydidis locum attinet. ex quo probo, non fuisse; ac labi memoriâ Dionem Chrysostomum; qui, respiciens hunc ipsum, ait, eum hæc dixisse de cohorte, quam Σκιρίτην appellabant.

Ecce verba, in Orat. XI. quæ est De non capto Ilio. ὁπότε καὶ Σκιρίτην μὲν λόχον ὀνομάζουσι Λακεδαιμονίων, μηδεπώποτε γενόμενον, ὡς φησὶ Θουκυδίδης. *Quando & cohortem Sciritem Lacedæmoniorum nominant, qui nunquam fuit, uti auctor est Thucydides.* Multo vero tempore pòst, cohortem etiam Pitanaten instituit Romæ Antoninus Caracalla. Herodianus, in ejus rebus, lib. IV. Ἀπό τε Σπάρτης μεταπεμψάμενος νεανίας, Λακωνικὸν, καὶ Πιτανάτην, ἐκάλει λόχον. *Et accitos Spartâ juvenes, Laconicam, ac Pitanaten, cohortem vocabat.* Quin PHALANGEM, ut Macedones, habuerunt: cujus Cragius non meminit. Cornelius Nepos, in Pelopida. *In Leuctricâ pugnâ, imperatore Epaminonda, hic fuit dux delectæ manus, quæ prima phalangem prostravit Laconum.* Diodorus Siculus, lib. XV. οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι τοῖς κέρασιν ἀμφοτέροις ἐπῆγον, μιμούμενοι τὸ σχῆμα τῆς φάλαγγος πεποιηκότες. *Lacedæmonii quidem utroque cornu adducebant, phalange in lunæ speciem formatâ.* Et Antoninus Caracalla, de quo dixi, ut cohortem Pitanaten, quod jam dixi, sic phalangem etiam Laconicam habuit, pari-

pariter ac Macedonicam. Herodianus posteà dicit, libro citato. Εἰς τὼ Ἀλεξάνδρε τιμὼ φάλαγγα βέλεσθαι συσσισθῆναι, ὥσπερ Μακεδονικὼ, καὶ Σπαρτιάτην, ἔτω καὶ ἔς ἥρωα ἐπωνύμε. *Velle affirmans, in honorem Alexandri, ut phalangem Macedonicam, & Spartanam, ita quoque de herois cognomento, constituere.* Illud denique hîc addendum: ante pugnam, lege in rem istam latâ, in tentorium regis sui convocatos, carmina Tyrtæi priùs, illic ipsis recitata, audivisse: quibus ad pugnandum fortiter animi incenderentur. Lycurgus, in Oratione adversus Leocratem. Καὶ, ὡς τὰς ἄλλας ποιητὰς ἀδένα λόγον ἔχοντες (οἱ Λακεδαιμόνιοι,) ὡς τότε (ἔς Τυρταίε) ἔτω σφόδρα ἐσπεδάκασιν, ὥστε νόμον ἔθεντο, ὅταν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκστρατεύωνται εἰσι, καλεῖν ἐπὶ τὼ ἔς βασιλέως σκηνὼ, ἀκροωμένες ἔς Τυρταίε ποιημάτων ἅπαντας· νομίζοντες, ἔτως ἂν αὐτὰς μάλιστα ὡς τὴ πατρίδ ἐθέλειν ἀποθνήσκειν. *Atque, aliorum quidem poëtarum rationem nullam habentes (Lacedæmonii,) hunc (Tyrtæum) tanti fecerunt, ut legem tulerint, quâ eductos in expeditionem milites convenire armatos in tentorium regis jussere, ad audienda Tyrtæi poëmata; arbitrati, ita demum hos libentiùs pro salute patriæ suæ morituros.* Ac mox Elegiam addit, recitari illic solitam: quam videre, si quis volet, ibi poterit. Meminit etiam Dion Chrysostomus, Orat. II. & XXXVI. ac Joannes Tzetzes, Var. Hist. Chil. I. cap. XXVI. De Tyrtæo autem, notum est; eum, bello cum Messeniis, missum auxilio ab Athenienses, sic carminibus animos militum accendisse, ut, fortissimè pugnantes, mox victoriam reportarent. Corruptissimus eâ de re est Ampelius, & per hanc occasionem emendandus, ubi de regibus Lacedæmoniorum agit, in Libro Memoriali. *Tertiusque Messenio bello, ex oraculo Apollinis, dux ab Athenienses per ludibrium missus, pæanum cantu, militum animos concitavit, ut tam diuturnum prælium victoriâ consummarent.* Initio scribendum omninò, *Tyrtæusque bello Messenio.* deinde, *per ludibrium missus, poëmate suo ita militum a. c.* Et in bellis, cùm convivia instituerent, ac pæanas item canerent, versibus Tyrtæi id factum: &

victori præmium à polemarcho data caro. Athenæus, lib. XIV. Φιλόχορος δ' φησὶ, κρατήσαντας Λακεδαιμονίους Μεσσηνίων, διὰ τῶν Τυρταίου στρατηγίαν, ἐν ταῖς στρατείαις ἔθος ποιήσασθαι, αὖ δεῖπνοποιήσωντας, καὶ παιανίσωσιν, ἄδειν καθ' ἕνα Τυρταίου· κρίνειν δὲ τὸν πολέμαρχον, καὶ ἆθλον διδόναι τῷ νικῶντι κρέας. *Philochorus autem inquit, Lacedæmonios, cùm Messenios devicissent, ductu Tyrtæi, morem hunc constituisse, ut in expeditionibus, quoties convivium aliquod exhiberent, ac pæanas decantarent, ut Tyrtæi carmina unusquisque caneret; judex autem polemarchus, præmium victori daret carnem.* Et observa, id statutum post Messenios debellatos. PUGNAM verò inde ipsam, ad tibiæ cantum inchoabant: uti Cragius quoque docet, lib. III. tab. XI. instit. X. Istis addo. Ac Thucydidis quidem locum, qui in hanc rem reperitur, libro quinto, A. Gellius fusiùs explicat, lib. I. cap. XI. qui videndus. Rem verò, sic Polybius quoque tradit, lib. IV. οὐδὲ τὸν παλαιὸν Κρητῶν, καὶ Λακεδαιμονίων, αὐλὸν, καὶ ῥυθμὸν, εἰς τὸν πόλεμον αὐτὸν σάλπιγγος εἰκῆ νομιστέον εἰσαγαγεῖν. *Neque item existimandum, veteres Cretenses, & Lacedæmonios, loco tubæ tibiam, ac rhythmum, ad bella sine causâ usurpasse.* Athenæus, lib. XII. Καὶ Λακεδαιμόνιοι μετ' αὐλῶν ἐξορμῶσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. *Et Lacedæmonii cum tibiis impetum in hostem faciunt.* Iterum, lib. XIV. Διόπερ καὶ οἱ ἀνδρειότατοι Λακεδαιμόνιοι μετ' αὐλῶν στρατεύονται. *Quâ de causâ & fortissimi Lacedæmonii cum tibiis in militiam eunt.* Et ex eo Eustathius, ad Iliad. ψ'. Λακεδαιμόνιοι δὲ, μετ' αὐλῶν ἐστρατεύοντο. *Lacedæmonii verò, cum tibiis in militiam ibant.* Meminit etiam semel, iterumque, Martianus Capella, lib. IX. In acie verò, ut hoc etiam nunc dicam, proximè regem dimicabant, qui victoriam in certamine coronario reportassent. Aliqua de hâc re Cragius, lib. IV. cap. IV. quibus addo & Plutarchi istum locum, Sympos. lib. II. quæst. V. Ἐν δὲ Λακεδαίμονι, τοῖς νενικηκόσι στεφανίτας ἀγῶνας, ἐξαίρετος ὁ ἐν ταῖς παρατάξεσι χώρος, ὅθι αὐτὸν τὸν βασιλέα πεπαγμένοις μάχεσθαι. *Lacedæmone verò, iis, qui certamine coronario vicissent, eximius erat in acie locus, ut propter regem ipsum con-*

constituti pugnarent. Et de prælio Laconum, ista quidem; duellum, illis Ἀπ' ἄκρας μαχη. dicebatur. Hesychius. Ἀπ' ἄκρας μάχη. ἡ ἑνὸς πρὸς ἕνα μάχη, Λάκωνες. *A summâ pugna. Unius contra unum pugna, Lacones.*

CAP. III.

Ætates hominis: & , secundùm eam, nomina. Πρωτῆρες. Μίτυλλος. Βᾶα. Βαάγρε. Μελλείρην. Εἴρην. *Hesychii locus emendatus. Puerorum curatores,* Ἄμπαιδες. Σφαιρεῖς. *Juvenum curator,* Ἔππαρχος. *Ephori eorum vestem quotidie inspiciebant: corpora, decimo quoque die. Viri, plurimi fiebant, qui pulcherrimi: fœminæque, ibi ferè formosissimæ nascebantur. idque ut fieret, ars adhibita: ac propositæ uterum ferentibus formæ excellentes. Qui virginem violasset, capite luebat. Pœnæ cælibatus plures: etiam ista, quòd in festo quodam cælibes, circum aram à fœminis tracti, colaphis cædebantur: tum viduitas, post exactum matrimonium. Clementis locus illustratus. Tamen vetabantur illi uxorem ducere, filiamve aliis suam elocare, quos Tresantes appellabant. Neque cælibatus tantùm pœnam habebat, sed & serum matrimonium, atque malum: tum quod ante eos item, etsi ætate grandiores, considerent juniores, queis uxores, liberique. Nuptias verò contracturi, cum virginibus in obscurâ quâdam domo includebantur; &, quam quisque hîc cepisset, indotatam abducebat. Virginum nubentium matres, pro felici filiarum matrimonio, Veneri, cognomento Junoni, sacra faciebant. Seniores, à convivio redeuntes, à junioribus honoris ergo deducebantur.*

HOminum verò appellationes illis certæ erant, juxta ætates. Itaque Πρωτῆρες quidam dicebantur. Hesychius. Κατὰ πρωτῆρας. ἡλικίας ὄνομα οἱ πρωτῆρες, παρὰ Λακεδαιμονίοις. *Secundùm proteras. ætatis nomen proteres, apud Lacedæmonios.* Quinam propriè ita dicti, est incertum: tamen, pueros fuisse, constat ex eodem Hesychio, in Πρωτερμή. ubi ait, Καὶ παιδίον δέ φασιν οὕτω καλεῖσθαι. *Et puer quidam sic vocatur.* Qui extremam jam infantiam attigisset, Μίτυλλος appellabatur. Hesychius. Μίτυλλον, ἐσχατογήπιον, Λακεδαιμόνιοι. *Mitylum, in extremâ infantiâ consti-*

stitutum. Puerorum grandiorum grex, Βᾶα dicebatur. Hesychius. Βᾶ, τὸ μέγα, καὶ πολὺ, δηλοῖ, Λάκωνες. Βᾶα, ἀγέλη παίδων. *Bu, magnum, & multum, significat, Lacones. Bua, grex puerorum.* Ac Βυάγορ, qui illorum primus erat, & præfectus. Idem Hesychius. Βυάγορ, ἀγελάρχης, ὁ τῆς ἀγέλης ἄρχων παῖς· Λάκωνες. *Buagor, gregis dux, gregis princeps puer: Lacones.* Qui ætate inter pueros provectior esset, is Μελλείρην dicebatur; qui biennio pueritiam excessisset, iste Εἴρην. Plutarchus, in Lycurgi Vitâ. Εἴρενας δὲ καλοῦσι, τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας. μελλείρενας δὲ, τοὺς παίδων τοὺς πρεσβυτάτους. *Irenas verò vocant, qui jam alterum annum è pueris excesserunt: mellirenas autem ætate in pueris majores.* Etymologici Auctor, nimis breviter. Εἴρην, ὄνομα ἡλικίας. *Iren, nomen ætatis.* Nec Hesychius ætatem exponit, verùm munus. Ἴρανες, οἱ εἴρενες, οἱ ἄρχοντες ἡλικιώτας. *Iranes, irenes, præfecti coætaneis.* Ita enim illic scribo: non, ut editur, οἱ εἴρωνες, οἱ ἄρχοντες ἡλικιῶται. Nam iren cæteris imperabat, domi pariter & militiæ. Plutarchus; loco citato. οὗτος ὃν ὁ εἴρην, εἴκοσιν ἔτη γεγονὼς, ἄρχει τῶν ὑποπαγμόνων ἐν τοῖς μάχαις, καὶ καθ' οἶκον ὑπηρέταις χρῆται πρὸς τὸ δεῖπνον. *Hic itaque iren, cùm viginti annorum fuerit, imperat sub se constitutis in prœliis; domi verò, ministris ad cœnam utitur.* Et quæ plura observare illic licet. Puerorum curatores, præter pædonomos, erant etiam; Ἄμπαιδες dicti. Hesychius. Ἄμπαιδες, οἱ τῶν παίδων ἐπιμελούμενοι, παρὰ Λάκωσι. *Ampædes, puerorum curatores, apud Lacedæmonios.* Qui excesserant ex ephebis, & virilem jam ætatem attigissent, ij Σφαιρεῖς appellati. Pausanias, in Laconicis. Ἔστι δὲ ἄγαλμα ἀρχαῖον Ἡρακλέους, ᾧ θύουσιν οἱ σφαιρεῖς. οἱ δέ εἰσιν, οἱ ἐκ τῶν ἐφήβων ἐς ἄνδρας ἐρχόμενοι συντελεῖν. *Est ibi signum antiquum Herculis, cui sacra faciunt sphærenses. hi verò sunt, qui, egressi ex ephebis, inter viros accenseri occeperunt.* Juvenum curator, ille erat, qui Ἵππαρχος dicebatur. Hesychius. Ἵππαρχος, ὁ τῶν νέων ἐπιμελητὴς, παρὰ Λάκωσι. *Hipparchus, juvenum curator, apud Lacedæmonios.* Supra hunc tamen, ephori erant: quibus decimo quoque die sese sistere,

sistere, habitumque corporis inspiciendum exhibere, cogebantur. Athenæus, ex Agatharchidæ Europiacorum vicesimo-septimo, lib. XII. Παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ, διὰ τὸ ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς, ἃ τὸ τυχὸν ἀδοξίας νομίζεσθαι, εἰ ἢ τὸ σχῆμα ἀνανδρότερον ἔχων, ἢ, τὸ ὄγκον δὲ σώματος, περιπετὴς ἐφαίνετο, γυμνῶν καὶ δέκα ἡμέρας παρεστώτων τοῖς ἐφόροις τῶν νέων. καθεώρων δὲ οἱ ἔφοροι καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ πρὸς τὴν ἔνδυσιν, καὶ τὴν στρωμνὴν τῶν νέων. *Idem scribit libro vicesimoseptimo, apud Lacedæmonios insigne probrum fuisse, si cui minus virilis esset forma, aut corporis tumor procidens conspiceretur: cùm decimo quoque die nudos se juvenes ephoris conspiciendos sisterent. quin & juvenum vestem stragulam, quamque induerent, ephori quotidie inspiciebant.* Quin & otio indulgentes verberabant. Scholiastes Thucydidis, lib. I. Οἱ Λακεδαιμόνιοι βαρυπάτην εἶχον ἀγωγὴν, καλεπῶς ζημιοῦντες, καὶ σωφρονιζόμενοι. ἐν γὰρ Λακεδαίμονι ἔφοροί τινες ἦσαν, οἳ, εἴ τινα ἴδοιεν ἀργοῦντα, τοῦτον ἔτυπτον· λέγοντες, ὅτι ὁ ἀργῶν, καὶ τῶν νόμων σπουδῆς καταφρονεῖν. *Lacedæmonii gravissimam habebant educationem, severè mulctati, ac castigati. nam Lacedæmone erant ephori quidam: qui, si otio indulgentem aliquem viderent, eum verberabant; dicentes, qui otiaretur, eum quoque contemptorem legum fore.* Cùm virilem autem ætatem attigissent, plurimi fiebant illi, qui pulcherrimi: ut & fœminæ; quæ pulchrrimæ ferè illic. Athenæus, ex Heraclide Lembo, lib. XIII. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἱστορεῖ, ὅτι καὶ τὴν Σπάρτην θαυμάζεται μᾶλλον ὁ κάλλιστος, καὶ γυνὴ ἡ καλλίστη, καλλίστας γεννώσης τὰς Σπάρτης τὰς γυναῖκας. *Heraclides verò Lembus refert, Spartæ magis inter viros admirationi esse, quisquis formâ antecellat; & mulierem formosissimam: cùm Sparta mulieres admodum formosas proferat.* Ubi observa: etiam pulcherrimas illic fœminas nasci consuevisse. Itaque Lacænas etiam *Pulcras* dicit Claudianus, in fine libri De bello Getico.

Scilicet Argolicas, Ephyreiadesque, puellas
Cæperat, & pulcras jam fastidire Lacænas.

Huc pertinet locus Gregorii Nazianzeni, contra Julianum,

Orat. I. Ἵππῳ Θεσσαλικὴ, καὶ γυνὴ Λακεδαιμονία, καὶ ἄνδρες οἱ τὴν Ἀρεθούσης πίνοντες, οἶνον δὴ λέγω Σικελιώτας, ὡς ὁ περὶ αὐτῶν χρησμὸς, τὸ ἔκκριτον τῶν ὁμογενῶν ἔχουσιν. *Equa Theſſalica, & mulier Lacæna, ac viri qui ex Arethusâ bibunt, hoc eſt, Siculi, ut oraculum fert de ipſis, in ſuo genere excellunt.* Ecce, etiam voce oraculi fæminæ Lacedæmoniæ formoſiſſimæ eſſe dictæ: ejuſque verba ita habent.

Γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμφιον,
Ἵπποι Θρηίκιαι, Λακεδαιμόνιαι δ' ὑπὸ γυναῖκες,
Ἄνδρες δ' οἱ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.
Terræ univerſæ Argos Pelaſgicum præſtat:
Equæ Thraciæ, mulieres verò Lacedæmoniæ;
Viri autem, qui bibunt aquam pulcræ Arethuſæ.

Exſtat autem id oraculum apud Euſebium, De Præp. Euang. lib. v. cap. XXXIX: Theodoretum, Therap. lib. x. & Joannem Tzetzen, Var. Hiſt. Chil. IX. cap. CCXCI. ac Chil. x. cap. CCCXXX. Unde & Spartam καλλιγύναικα, *pulcras fœminas habentem*, dicit Homerus, circa finem Odyſſ. ν'.

ὄφρ' αὖ ἐγὼν ἔλθω Σπάρτηνδε εἰς καλλιγύναικα.
Dum ego Spartam eam, pulcras fœminas habentem.

Et Coluthus, De raptu Helenæ.

Σπάρτην καλλιγύναικα, φίλην πόλιν Ἀτρεΐωνος.
Spartam pulcras fœminas habentem, amicam urbem Atridæ.

Prædicat porrò Lacænarum etiam Theognis formam, iſtis verbis.

Χέρνιβα δ' αἶψα θύραζε φέροι, στεφανώματα δ' ἔσω,
Εὐφεὴς ῥαδιναῖς χερσὶ Λάκαινα κόρη.
Aquam verò ſtatim foras ferat, & coronas intrò,
Formoſa manibus teneris Lacæna puella.

Et Muſæus, De Herone, ac Leandro.

Καὶ Σπάρτης ἐπέβην, Λακεδαίμονος ἔδρακον ἄστυ,
Ἦχι μόθον, καὶ ἄεθλον, ἀκούομεν ἀγλαϊάων.
Et Spartam ingreſſus ſum, Lacedæmonios vidi urbem,

Ubi

Ubi laborem, & certamen, audimus esse formarum.

Josephus Devonius, De bello Trojano, lib. IV.

Inclyta cognatos æquat Spartana Lacones,
Vultu, crine, genis: sociæ cunabula stirpis
Paroris testatur honos. ———

Quin, ut pulcram prolem parerent, quosdam, formâ excellentes, pictos oculis gravidarum proponebant. Oppianus, Cyneg. lib. I.

Ναὶ μὴν ὧδε Λάκωνες ἐπίφρονα μητίσαντο
Αἶσι φίλαις ἀλόχοις, ὅτε γαστέρα κυμαίνεσι.
Γράψαντες πινάκεσσι πέλας θέσαν ἀγλαὰ κάλλη·
Τὰς πάρος ἀστράψαντας ἐν ἱμερτῇσιν ἐφήβοις,
Νιρέα, καὶ Νάρκισσον, ἐυμελίλιόν θ' Ὑάκινθον,
Καστορά τ' ἀκόρυθον, καὶ Ἀμυκοφόνον Πολυδεύκεα,
Ἠϊθέους τε νέους, τοί τ' ἐν μακάρεσσιν ἀγητοὶ,
Φοῖβον δαφνοκόμην, καὶ κισσοφόρον Διόνυσον.
Αἱ δ' ἐπιτέρπονται, πολυήρατον εἶδος ἰδοῦσαι,
Τίκτουσίν τε καλὰς, ἐπὶ κάλλεϊ πεπιθυῖαι.

Certè hoc modo Lacones ingeniosa commenti sunt
In suis charis uxoribus, cùm utero turgent.
Pingentes in tabulis propè constituunt splendidas formas,
Adolescentes, qui olim inter amabiles emicuerunt,
Nireum, & Narcissum, & venustum Hyacinthum,
Castoremque insignem galeâ, & Amycicidam Pollucem,
Semideosque juvenes, quique inter deos spectabiles sunt,
Phœbum lauricomum, & hederigerum Bacchum.
Illæ verò oblectantur, amabilem formam intuitæ,
Pariuntque formosos, formâ obstupefactæ.

Ac virginum quidem, ob formam periclitantium, pudicitiæ ita magistratus caverat, ut, qui virginem violasset, capite lueret. Marcellinus, ad Hermogenem. Νόμος ἐν Λακεδαίμονι, τὸ βιασάμενον (τὴν κόρην,) θανάτῳ ζημιοῦσθαι. *Lex est Lacedæmo-*

ne, qui (virginem) violaverit, ut morte mulctetur. Inter has formas, tam præstantes, non licebat extra matrimonium vivere: pœnaque non una his proposita erat. Vide Cragium, lib. III. tab. IV. instit. I. Adde istam: quòd à fœminis, festo quodam, ad aram pertracti, colaphis cædebantur. Clearchus Solensis, libro De proverbiis: cujus hoc fragmentum exstat, apud Athenæum, in principio libri XIII. Ἐν Λακεδαίμονι τὰς ἀγάμους αἱ γυναῖκες ἐν ἑορτῇ τινι, περὶ τὸ βωμὸν ἕλκουσαι, ῥαπίζουσιν· ἵνα, πρὸς ὀκνηρὸν πράγματος ὕβριν φεύγουσιν, φιλοτεκνῶσί τε, καὶ ἐν ὥρᾳ γαμήσωσι τοῖς γάμοις. *Lacedæmone, qui uxorem non duxissent, eos fœminæ, festo quodam die, circum aram trahentes, colaphis cædunt; uti, contumeliam istius rei fugientes, paternum ipsi affectum induerent, & inirent tempestivè matrimonium.* Illud quoque instar pœnæ, quòd ante eos, etsi ætate grandiores, considerent juniores, qui uxores, liberosque, haberent. A. Gellius, lib. II. cap. XV. *A convivio quoque, ut scriptum est in Antiquitatibus, seniores à junioribus domum deducebantur: eumque morem accepisse Romanos à Lacedæmoniis traditum est; apud quos, Lycurgi legibus, major omnium rerum honos majori ætati habebatur. Sed, postquam suboles civitati necessaria visa est; &, ad prolem populi frequentandam, præmiis, atque invitamentis, usus fuit; tum antelati, quibusdam in rebus, qui uxorem, quique liberos haberent, senioribus neque liberos neque uxores habentibus.* Neque cælibatus tantùm pœna erat; sed & seri matrimonii, atque mali. Pollux, lib. III. cap. III. sect. V. Ἦσαν δὲ καὶ ἀγαμίαι δίκαι πολλαχοῦ· καὶ ὀψιγαμίαι, καὶ κακογαμίαι, ἐν Λακεδαίμονι. *Erant verò cælibatus actiones multis locis: etiam seri matrimonii, atque mali, Lacedæmone.* Imò neque, post uxorem semel ductam, si hæc vitâ fungeretur, viduo manere licitum, alteramque eum ducere lex jubebat. Et hoc est, quod Clemens dicit, Strom. II. ὁ τῶν Λακώνων νομοθέτης, οὐκ ἀγαμίαν μόνον ἀπετίμιον ἔσησεν, ἀλλὰ μονογαμίαν, καὶ ὀψιγαμίαν, καὶ μονοδιαιτησίας. *Laconum legislator, non duntaxat cælibatus pœnam statuit, sed & unici matrimonii, item seri; tum & vitæ solitariæ.* Ubi Μονοδιαι-

νοδιαιτησίαν, *Vitam solitariam*, non aliam dicit, quàm viduitatem viri, post exactum matrimonium. Interdictum verò tamen matrimonio iis erat, quos Tresantes, quòd ex acie turpi metu profugissent, appellabant; nec eorum quoque filias capere uxores licitum. Plutarchus, in Agesilao, ubi variam eorum pœnam refert. οὐ γὰρ μόνον ἀρχῆς ἀπεῖργοντο πάσης, ἀλλὰ καὶ δοῦναί τινι τῶν γυναῖκα, καὶ λαβεῖν, ἄδοξόν ἐστι. *Neque enim magistratu tantùm omni prohibentur, sed & ulli uxorem dare, & accipere ab ullo, ignominiosum erat.* Nuptias autem, hunc in modum contrahebant. Juvenes pariter virgineſque, in obscurâ quâdam domo includebantur: &, quam quisque in eâdem accepisset, hanc ducebat indotatam. Athenæus, ex Hermippo, De legumlatoribus, lib. XIII. Ἐν Λακεδαίμονι εἰς οἴκημά τι σκοτεινὸν συνεκλείοντο αἱ κόραι, συγκλοιμώντων καὶ τῶν ἀγάμων νεανίσκων. ἔχει ἕκαστος, ἣν ἔπιλάβοιτο, παῖδα ἀπήγεν ἄπροικον. *Lacedæmone in obscuram quandam domum virgines concludebantur, & cùm illis cælibes etiam adolescentes: ac quam inde unusquisque accepisset, hanc ducebat sine dote.* Matres verò sponsarum, pro felici filiorum matrimonio, Veneri, Junoni cognomento appellatæ, sacrificabant. Pausanias, in Laconicis. Ξόανον ὃ ἀρχαῖον καλοῦσιν Ἀφροδίτης Ἥρας. ἔνθα ὃ θυγατρὶ γαμικῇ νενομίκασι τὰς μητέρας τῇ θεῷ θύειν. *Simulacrum ligneum vetustum Veneris Junonis vocant. Ibi verò sacra deæ facere matres, cùm filias elocant, solenne habent.* Denique, ut hoc coronidis loco addam, senioribus, inter cætera, quæ jam alii observarunt, is à junioribus honos habebatur, uti domum è convivio repetentibus comites se exhiberent. A. Gellius, in citato antè loco. *A convivio quoque, ut scriptum est in Antiquitatibus, seniores à minoribus domum deducebantur: eumque morem accepisse Romanos à Lacedæmoniis traditum est.*

CAP. IV.

Ephori, à Chilone instituti; ac fuerunt numero quinque: Athenis item constituti, redactâ in potestatem Lacedæmoniorum urbe. Quàm diu manserint. Senatus, Γερωνία *dictus: ac constabat senatoribus numero viginti & octo. Eorum auctoritas; & quales lecti. Abrogati à Cleomene, qui patronomos substituit. Harmostæ: urbani, aut externi. Urbani, quot numero fuerint: Pindarique Scholiastæ de his locus illustratus. Externi verò, quando initium habuerint, quando finem.* Κρεωδαίτης. Ἄρχοντες, *qui etiam* Τέλη: *item* Πρυτάνεις. *ac de illis opus Charontis Lampsaceni.* Κόροι. Ἱππαγρέται. Ἱππαρμοσαί. Κυθηροδίκης. *Hesychii locus emendatus. Prætoria, bidiæorum, ephororum, nomophylacum; & incertum quoddam quartum,* Ἐμπασένλας *appellatum: deinde etiam, ubi illa ipsa fuerint. Epimenidis monumentum: & de eo asservando oraculum Lacedæmoniis datum.*

DE ephoris, senatoribus, & harmostis, legibusque, multa accuratè Cragius, uti cætera: ego pauca, seu indicta, seu Auctorum aliorum testimoniis confirmata, hîc adjungam. EPHORI, à rege primùm Theopompo instituti: ut à Cragio docetur, lib. II. cap. IV. Addo ego hunc Dionis Chrysostomi locum, Orat. LVI. Σὺ ἆρα οἴχῃ βασιλείαν τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν, ἐν Λακεδαίμονι πόσον βασιλευόντων χρόνον; Ἐκεῖνοι γὰρ ἐπράττον, ὡς αὐτοῖς ἐδόκει· ἀλλὰ πολλῶν ὑπήκοον τοῖς ἐφόροις. ἡνίκα δὲ κατέστη τοῦτο τὸ ἀρχεῖον ἐν Σπάρτῃ, Θεοπόμπου βασιλεύοντος, ὡς ἐνιαυτὸν, ἀδὲν ἧττον ἐκράτουν τῶν βασιλέων. *Tu ergo regnum non existimas illud Heraclidarum, qui tot annis Lacedæmone regnaverunt? Isti enim non pro voluntate quidvis faciebant, sed in multis morem ephoris gerebant, ac, cùm magistratus ille Spartæ institutus fuit in annum, regnante Theopompo, nihilominus juâ in potestate reges habebant.* Qui antiquiores eos esse volunt, à Lycurgo institutos esse dicunt. Vide Cragium, loco citato. Ego tertium observavi, unum è septem Sapientibus, Chilonem Lacedæmonium. Clarè id Diogenes Laërtius dicit, in ejus Vitâ,

Vitâ, lib. I. Καὶ πρῶτος εἰσηγήσατο ἐφόρους τοῖς βασιλεῦσι συζυγίαν. *Ac primus instituit, uti regibus ephori adjungerentur.* Eusebius, Chron. lib. II. tradit, primum ephorum institutum fuisse Olympiadis quintæ anno primo. Ita enim illic dicit. Ἐν Λακεδαιμονίᾳ πρῶτος ἔφορος κατεστάθη. Quæ sic vertit Hieronymus. *In Lacedæmone primus ephorus, quod magistratus nomen est, constituitur.* Eos autem numero fuisse quinque, rectè Cragius nos docet, ex Aristotele, Suida, & Plutarcho, lib. II. cap. IV. Addo ego & Pausaniæ istum locum, in Laconicis. τοῖς ἐφόροις, καὶ βιδιαίοις, πέντε ἀριθμὸν ἑκατέροις ὄσι. *Ephoris, & bidiæis, qui utrique numero quinque.* Docet clarè etiam Thucydidis hoc Scholiastes, lib. I. Γνῶστέον, ὅτι ἦσαν τινὲς παρὰ Λακεδαιμονίοις ἄρχοντες, τὸ ἀριθμὸν πέντε, οὓς ἐφόρους ἐκάλουν, διὰ τὸ ἐφορᾶν τὰ τῆς πόλεως πράγματα. *Sciendum, quòd erant apud Lacedæmonios quidam magistratus, numero quinque; quos vocabant ephoros, quòd negotia civitatis inspectarent.* Et apparet ex Polybii quoque loco, lib. IV. Οἱ μὲν δύο τῶν ἐφόρων, ἄδηλον εἶχον τῷ γνώμῃ. οἱ δὲ τρεῖς, ἐκοινώνουν τοῖς Αἰτωλοῖς τῶν πραγμάτων. *Duo quidem ephororum, quid sentirent, ignoratum: tres verò, cum Ætolis faciebant.* Ac totidem Athenienſibus, redactâ in potestatem urbe bello Peloponnesiaco, imposuerunt. Observare est apud Lysiam, Orat. XI. Ἐπειδὴ δὲ ἡ ναυμαχία, καὶ ἡ συμφορὰ, τῇ πόλει ἐγένετο, δημοκρατίας ἔλυε ἔτος, ὅθεν τὰ σώσεως ἤρξαν, πέντε ἄνδρες ἔφοροι κατέστησαν. *Postquàm verò pugna illa navalis, & calamitas urbi accidit, cùm adhuc populi status permaneret, unde & tumultuari inceperunt, quinque viri ephori sunt constituti.* Manſit verò, quanquam occisis à Cleomene rege ephoris, magistratus ille ipse, etiam post aliquod tempus. Ac sustulerat quidem eos rex Cleomenes: sed, cùm regno is posteà dejiceretur, & in Ægyptum profugisset, restitutâ ab Antigono libertate, ipsi quoque reip. restituti: &, Cleomene tertio pòst anno mortuo, denuò reges, potestate vetere recuperatâ, elegerunt. Hanc in rem Polybius disertus testis, libro citato. Οἵ γε, χωρὶς τῶν ἄλλων, καὶ τότε πολιτευόμενοι καὶ τὰ πάτρια,

κεδὸν

ὀχεδὸν ἤδη τρεῖς ἐνιαυτὸς μὴ τὸν Κλεομένους ἔκπτωσιν, ἀλλ' ἐπενόησαν ἀδέσποτα βασιλέως καταστῆσαι τὸ Σπάρτης. ἅμα δὲ τῷ τὸν Φήμιον ἀφικέσθαι τὸν Κλεομένους πλοῦτος, οὕτως ὥρμησαν ἅμα τὸ βασιλέας καθιστάναι, τό τε πλῆθος, καὶ τὸ τῶν ἐφόρων ὀρχεῖον. *Hi sanè, præter alios, cùm ipsorum respublica tertium jam ferè annum à Cleomenis fugâ patriis legibus administraretur, de eligendis Spartæ regibus ne quidem unquam cogitârunt: simul verò famâ de Cleomenis morte accepissent, statim ad creandos reges processerunt, populus pariter atque ephororum curia.* Et occurrit deinceps item apud illum plurima eorum mentio. Quanquam sanè sunt sublati; cùm, post reges, Agesipolin, & Lycurgum, à Machanida, Nabideque, qui tyrannidem induxerunt, occupata est respublica: sed, eâdem à Romanis, cæso Nabide, libertati restitutâ, denuò sunt instituti. Ejus rei certum satis argumentum, Jonathæ, pontificis Judæi, epistola nobis præbet; quam is ad Lacedæmonios, cùm Romanis hi parerent, tempore Pompeii, & Cæsaris, per legatos suos misit: cujus illa est præscriptio. Ἀρχιερεὺς Ἰωνάθης καὶ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἡ γερουσία, καὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἰουδαίων, Λακεδαιμονίων ἐφόροις, καὶ γερουσίᾳ, καὶ δήμῳ, τοῖς ἀδελφοῖς, χαίρειν. *Jonathas, pontifex gentis Judæorum, & senatus, ac commune Judæorum, Lacedæmoniorum ephoris, ac senatui, populoque, fratribus, salutem dicunt.* Exstat autem hæc Epistola apud Josephum, Antiqu. Jud. lib. XIV. cap. IX. Meminitque eorum & Philostratus, tempore Domitiani, in Vitâ Apollonii, lib. IV. capp. IX. & X. Quin ipsius Apollonii etiam epistolæ exstant ad eosdem, inter cæteras illius. Itaque hìc etiam certè fallitur Cragius; qui, his à Cleomene rege interfectis, ipsum quoque ephororum magistratum posteà planè desiisse arbitratur. Vide eum, lib. II. extremo capite IV. SENATUS, ipsis Γερωνία dicebatur. Hesychius. Γερωνία, γεροντία, τοῖς Λάκωσι. *Geronia, senatus, apud Lacedæmonios.* Constabat autem senatoribus octo & viginti numero: quod testatur cùm Plutarchus, cujus testimonium producit Cragius; tum Pausanias, in Laconicis.

Βασιλεῖ

Βασιλεῖ ἢ τῷ Λακεδαιμονίων δικαστήριον ἐκάθιζον οἵ τε ὀνομαζόμενοι γέροντες, ἐκτὼ καὶ εἴκοσιν ὄντες ἀριθμὸν, καὶ ἡ τῶν ἐφόρων ἀρχή. *Apud Lacedæmonios regi judicium constituebant, cùm qui senatores dicti, numero viginti octo, tum & ephororum magistratus.* Et Herodotus, in citatis antè verbis. Καὶ παρίζειν βουλεῦσι τοῖς γέρουσι, ἐοῦσι δυῶν δέουσι τριήκοντα. *Et assidere quoque consultantibus senatoribus, qui sunt octo & viginti.* Erat illic summa ut dignitas, sic auctoritas, & ab eâ reverentia: nec ex senibus quibuscunque legebantur, verùm iis, qui à primâ usque ætate vitam egissent temperanter. Æschinis insignis est in hanc rem locus, Orat. in Timarchum. Παρελθών τις τῶν γερόντων, οὓς ἐκεῖνοι καὶ αἰδοῦνται, καὶ δεδίασι, καὶ τὴν τῆς ἡλικίας αὐτῶν ἐπωνυμίαν ἀρχὴν μεγίστην εἶναι νομίζουσι. καθιστᾶσι δ' αὐτὸς ἐκ τῶν ἐκ παιδὸς εἰς γῆρας σωφρόνως. *Senum quidam accedens, quos illi & reverentur, & metuunt; tum ætatis cognomentum summum esse magistratum arbitrantur: ac constituunt eos ipsos, qui à pueris ad senectam temperanter vitam egere.* Mox aboliti à Cleomene, & Patronomi subrogati: uti ex Pausaniæ loco docet Cragius, lib. II. cap. III. Pausaniæ verò locum illum verbo tenus descripsit Anonymus, in Collectaneis Historicis, quæ inter Eusebiana edidit Josephus Scaliger. Meminit verò horum etiam Philostratus, in Apollonio, lib. IV. cap. X. Ubi Apollonio Spartanus juvenis percunctanti, qui majores ejus fuissent, sic respondet. Γυμνασίαρχοι, καὶ ἔφοροι, καὶ πατρονόμοι πάντες. *Gymnasiarchæ, & ephori, & patronomi omnes.* Et Plutarchus, lib. An seni sit resp. administranda. Πάντες οἱ τηλικοῦτοι τάξιν ἀρχόντων, ἢ λίνων πατρονόμων, ἢ παιδαγωγῶν, ἔχοντες. *Omnes tales vicem principum, aut patronomorum, aut pædagogorum, gerentes.* Quinam verò HARMOSTÆ fuerint, multis Cragius, lib. II. cap. XIII. Addo tamen locum Maximi, in Dionysii Areopagitæ De Hier. Eccles. cap. III. Ἁρμοστὴν ἔλεγον οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸν καθιστάμενον ὑπ' αὐτῶν ἄρχοντα τῶν ὑποκειμένων αὐτοῖς πόλεων. ἀπὸ τοῦ ἁρμόζειν τὰς ἀρχομένας ζῆν κατὰ τοὺς νόμους. *Harmosten dicebant Lacedæmonii, qui præfectus ab*

ipsis erat urbis subditis: quia vitæ juxta leges aptos faceret subjectos. Etymologici Auctor, dicit, fuisse eos, qui Ἐπίσταθμοι aliis erant, seu *præfecti mansionum.* Ἐπίσταθμοι, ἄρχοντές εἰσι, ὥσπερ τὸ ἐν σταθμοῖς εἶναι ὠνομασμένοι. ἁρμοστὰς δὲ τοὺς τοιούτους Λακεδαιμόνιοι καλοῦσιν. *Epistathmi, sunt magistratus; quòd mansionibus præsint, dicti. Lacedæmonii verò tales vocant Harmostas.* Erant autem numero viginti. Scholiastes Pindari, Olymp. Od. VI. Ἦσαν δὲ ἁρμοσταὶ Λακεδαιμονίων εἴκοσι. *Erant verò Lacedæmoniorum harmostæ viginti.* Sed hoc de urbanis tantùm capiendum: nam externi, totidem erant, quòd subjectæ ipsis urbes. Instituti autem ii, cùm Lysander, debellatis ad Ægospotamos Atheniensibus, finem bello Peloponnesiaco imposuisset, ac totius Græciæ Lacedæmonii principatum hâc victoriâ nacti essent: idque factum Olympiadis XCIV. anno I. Diodorus Siculus, in illius anni rebus, lib. XIV. Λακεδαιμόνιοι, καταλελυκότες τὸ Πελοποννησιακὸν πόλεμον, ὁμολογουμένως ἔχον τῶν ἡγεμονίαν, καὶ τῶν κατὰ γῆν, καὶ τῶν κατὰ θάλατταν. καταστήσαντες δὲ ναύαρχον Λύσανδρον, τούτῳ προσέταξαν ἐπιπορεύεσθαι τὰς πόλεις, ἐν ἑκάστῃ τοὺς παρ' αὐτῶν καλουμένους ἁρμοστὰς καθιστάντα. *Lacedæmonii, cùm bellum Peloponnesiacum finiissent, omnium consensu terræ marisque imperium tenebant. Constituto itaque classis præfecto Lysandro, ei mandant, ut urbes accederet, & in singulis harmostas, quos ipsi dicebant, constitueret.* Pausanias, in Bœoticis. Μείζονα δὲ ἔτι Λακεδαιμονίοις ὀνείδη γενέσθαι παρεσκεύασεν ὁ Λύσανδρος ἔτι τε δεκαδαρχίαις, αἷς κατέστησε τὰς πόλεσι, καὶ ἔτι τοῖς Λάκωσιν ἁρμοσταῖς. *Majorem verò adhuc invidiam Lacedæmoniis concitavit Lysander, quòd & decemviratus in urbibus, & harmostas Lacedæmonios, constituit.* Plutarchus, in Lysandro. Καταλύων δὲ τοὺς δήμους, καὶ τὰς ἄλλας πολιτείας, ἕνα μὲν ἁρμοστὴν ἑκάστῃ Λακεδαιμόνιον κατέλιπε. *Deleto verò passim populi jure, & aliis reipublicæ formis, unicuique urbi harmostam Lacedæmonium unum reliquit.* Uti verò urbibus subjectis aliis, sic Athenis quoque ipsis, uti ephoros, quod jam dixi, ita & harmostam suum imposuere. Observare est apud Æschinem, in Orat.

Orat. De falsâ leg. Εἰς τοῦτο τὴν πόλιν (τὰς Ἀθήνας) προήγαγεν, ὥστε ἀγαπητῶς τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι, ὑποστάντας πάντων, καὶ τὰ τείχη καθελόντας, καὶ παραδεξαμένους φρουρὰν, καὶ Λακεδαιμόνιον ἁρμοστήν. *Eò urbem* (*Athenas*) *perduxit, uti cupidè pacem facerent, rebus omnibus cedentes, mœnibus dejectis, recepto præsidio, & harmostâ Lacedæmonio.* Durârunt verò externi illi usque ad pugnæ Leuctricæ tempus: quo, everso Lacedæmoniorum principatu, illi quoque sunt ejecti. Docet illud nos Pausanias, in Bœoticis. Νικῶσιν αὖθις ἐν Λεύκτροις ἐπιφανεστάτην νίκην, ὁπόσας γενομένας Ἕλλησιν ἵστωρ καθ' Ἑλλήνων. καὶ δεκαδαρχίας τε, ἃς Λακεδαιμόνιοι κατέστησαν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἔπαυσαν, καὶ ἁρμοστὰς τοὺς Σπαρτιάτας ἐκβάλλουσιν. *Rursus ad Leuctra omnium, quas de Græcis unquam reportárunt Græci, illustrissimam sunt victoriam adepti: ac decemviratus, quos in urbibus Lacedæmonii constituerant, sustulerunt, & harmostas ejecerunt.* Meminitque ejus rei iterùm, sub Arcadicorum finem. Illud autem factum fuit Olympiadis CII anno II: ut videre est apud Diodorum Siculum, in illius anni rebus, lib. XV. Itaque obtinuerunt annos tantùm triginta & quatuor. Urbani verò, ad postrema usque tempora permanserunt: meminitque Laonicus Chalcocondyles, De reb. Turc. lib. IX. Λεύκανης γὰρ ὢν ἁρμοστὴς ὁ Λακεδαιμονίων, ὄντων τοῦ Ἀσάνεω. *Leucanes enim harmosta Lacedæmonius erat, absente Asane.* Erat etiam inter magistratus quidam, ΚΡΕΩΔΑΙΤΗΣ appellatus, quia carnes distribueret. Pollux, lib. VI. cap. VII. Ἔστι δὲ ὃς καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις ἀρχή, κρεωδαίτης. *Est verò etiam apud Lacedæmonios magistratus quidam, Creodætes.* Legebatur autem ex primariis viris. Plutarchus, Sympos. lib. II. quæst. X. Λακεδαιμόνιοι δὲ Κρεωδαίτας εἶχον, οὐ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ τοὺς πρώτους ἀνδρας· ὥστε καὶ Λύσανδρον ὕστερον Ἀγησιλάου τοῦ βασιλέως ἐν Ἀσίᾳ κρεωδαίτου ἀποδειχθῆναι. *Lacedæmonii verò creodætas habuerunt, non è populo quoscunque, verùm viros è primariis: ita ut in Asiâ Lysandro quoque Agesilaus munus illud demandaverit.* Ac, quòd munus id Lysandro demandatum ab Agesilao tradit, est

videre iterum istud apud eundem, in Lysandri, & Agesilai, Vitâ. Illic videat, quisquis volet. Quidam etiam, ΑΡΧΟΝΤΕΣ dicti: qui & ΤΕΛΗ appellati, quia lites terminarent, ac decideret. Scholiastes Thucydidis, lib. I. οἱ Λακεδαιμόνιοι τὺς ἄρχοντας τέλη ἐκάλων, διὰ τὸ αὐτὺς τὰ τέλη τοῖς πράγμασι ὑφίναι. *Lacedæmonii archontas vocabant Tele; quia ipsi litibus fines, quæ dicuntur Græcis tele, imponerent.* Iterum, lib. IV. Ὅρκοις μεγίστοις τὰ τῶν Λακεδαιμονίων τέλη καταλαβών, αὐτὸ τοῦτο, πιήσας ὀμόσαι τὺς ἄρχοντας τῶν Λακεδαιμονίων. *Cùm maximo juramento Lacedæmoniorum Tele obstrinxisset: id est, cùm archontes Lacedæmoniorum ad jusjurandum adegisset.* Philostratus, De Vitâ Apoll. lib. IV. cap. X. Οὐκ ἀηδὲς ἐνόμισε τὸ, τοῖς τέλεσι τῶν Λακεδαιμονίων ξυγγενέσθαι. *Non injucundum censuit, Lacedæmoniorum tele convenire.* De archontibus, est Plutarchi quoque locus, lib. An seni administranda sit resp. Πάντες οἱ τηλικοῦτοι τάξιν ἀρχόντων, ἢ λίνων πατρονόμων, ἢ παιδαγωγῶν, ἔχοντες. *Omnes tales vicem archontum, aut patronomorum, aut pædagogorum, gerentes.* Eo verò nomine appellabantur, ephori, nomophylaces, & bidiæi. Clarum illud ex Pausania, in Laconicis. Καὶ τὸ τε γερουσίας βουλευτήριον, καὶ τῶν ἐφόρων, καὶ νομοφυλάκων, καὶ καλουμένων βιδιαίων, ἀρχεῖα ὑπὲρ τὴν ἀγοράν. ἡ μὲν δὴ γερουσία, συνέδριον Λακεδαιμονίοις κυριώτατον τῆς πολιτείας· οἱ λοιποὶ δέ, εἰσὶν ἄρχοντες. *Ac senatus curia, item ephororum, & nomophylacum, & eorum quos appellant bidiæos, sunt prætoria in foro. Et senatus quidem, confessus est Lacedæmoniis, penes quem est summum regimen reipublicæ: reliqui verò, sunt archontes.* Sanè de ephoris, testis etiam est Thucydidis Scholiastes, quem citavi, lib. I. Ἦσαν τινὲς ὧν καὶ Λακεδαιμονίοις ἄρχοντες, τὸ ἀριθμὸν πέντε, οὓς ἐφόρους ἐκάλουν. *Erant quidam apud Lacedæmonios archontes, numero quinque, quos archontes appellabant.* Itaque prætoria horum, sive curiæ, etiam peculiari nomine ἀρχεῖα dictæ, velut quæ archontum essent: ut apparet ex Pausania, in citatis statim verbis. Et hi ipsi etiam ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ dicti. Ac de iis Opus proprium scripsit Charon

ron Lampsacenus: ut videre est apud Suidam, in Χάρων Λαμψακηνὸς, ubi sic ait. Ἔγραψε Πρυτάνεις, ἢ Ἄρχοντας, τὰς τῶν Λακεδαιμονίων. *Scripsit Prytanes, sive Archontes, qui apud Lacedæmonios erant.* Erant etiam, KOPOI dicti. Horum meminit Archytas, lib. De lege, & justitiâ: cujus hoc fragmentum exstat apud Stobæum, Serm. XLI. Καὶ ἐν τᾷ Λακεδαίμονι, τοὶ βασιλέες, ταῖς μοναρχίαις· τοὶ δὲ γέροντες, ταῖς ἀριστοκρατίαις· τοὶ δὲ ἔφοροι, ταῖς ὀλιγαρχίαις· ἱππαγρέτα δὲ, καὶ κόροι, ταῖς δαμοκρατίαις. *Et Lacedæmone, reges, monarchiam; senatores verò, aristocratiam; ephori autem, olgarchiam; at hippagretæ, & cori, democratiam repræsentant.* Et mox iterum. Ἐν τᾷ εὐνομωτάτα Λακεδαίμονι, τοῖς μὲν βασιλεῦσιν, οἱ ἔφοροι ἀντικάθηνται· τᾶτοις δὲ, οἱ γέροντες· μέσοι δὲ, οἱ κόροι, καὶ ἱππαγρέτα. *Lacedæmone, optimis legibus constitutâ, regibus, opponuntur ephori; istis verò, senatores: medii autem, cori sunt, & senatores.* Et observa: in utroque illo loco, IIIIAΓPETAI etiam commemorantur: qui militibus selectis gravis armaturæ præerant. Hesychius nos illud docet, istis verbis. Ἱππαγρέτα, ἀρχὴ, ἐπὶ τῶν ἐπιλέκτων ὁπλιτῶν. *Hippagretæ, magistratus, qui selectis gravis armaturæ militibus præerat.* Præerant autem juvenibus, qui ἱππεῖς appellabantur. Eustathius, ad Iliad. Θ'. Νεανίσκῳ, καὶ νεανίας, ὁ αὐτός. Λάκωνες δὲ, τᾶτος ἱππεῖς ἐκάλεν· καὶ τὰς προεστῶτας αὐτῶν, ἱππαγρέτας. *Adolescens, & juvenis, idem. Lacedæmonii verò, hos hippeis, sive equites, appellabant; & præfectos eorum, hippagretas.* Meminit eorum Herodotus, ubi honorem, à Spartanis habitum Themistocli, refert, lib. VIII. Αἰνέσαντες δὲ πολλὰ, προέπεμψαν ἀπόντα τριηκοσίοι Σπαρτιητέων λοχάδες, ἔτι οἵπερ ἱππέες καλέονται, μέχρι ὅρων τῶν Τεγεατικῶν. *Laudatumque amplissimis verbis, trecenti Spartanorum selecti, qui equites vocantur, discedentem ad Tegeaticos usque fines deduxerunt.* Ubi observa, numero trecentos dici, uti erant. Thucydides lib. V. Ἧπερ ὁ βασιλεὺς Ἄγις ἦν, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ τριακόσιοι, ἱππεῖς καλούμενοι, *Ubi Agis rex erat, ac trecenti circa ipsum, equites dicti.* Ac sic ratio se habebat. Hippagretæ, quos jam dicere

instituit, numero tres constituti, trecentos sibi è selectâ juventute deligebant, scilicet centenos singuli; sicut ipsi ab ephoris eligebantur. Clarus est in hanc rem locus Xenophontis, lib. De rep. Laced. Αἱροῦνται τοίνυν αὐτῶν (τῶν ἡβώντων) οἱ ἔφοροι ἐκ τῶν ἀκμαζόντων τρεῖς ἄνδρας. ἔπει ἦ ἱππαγρέτην καλοῦσιν. τούτων ἦ ἕκας ἑκατὸν ἄνδρας ἑκατὸν καταλέγει, διασαφηνίζων, ὅτι ἕνεκα τοὺς μὲν πρεσβυτέρους, τοὺς ἦ ἀποδοκιμάζει. *Eligunt verò ex his (puberibus) ephori tres viros, quibus corpora sunt vegeta; & hi hippagretæ vocantur. Eorum autem centum sibi unusquisque viros deligit; simul declarans, cur hos præferat, illos verò rejiciat.* Et in illis honoratior censebatur, qui ætate præcedebat. Observare istud licet ex ejusdem Xenophontis alio loco, Hist. Græc. lib. III. Καὶ τὸν πρεσβύτατον τῶν ἱππαγρετῶν κέλευέ σοι ξυμπέμψαι ἓξ ἢ ἑπτά, οἳ αὖ τύχωσι παρόντες. *Maximo natu hippagretarum manda, ut tecum mittat sex, aut septem, qui fortè aderunt.* Ac mox iterum ejus dignitatis meminit. Ὅπως ὁ ἱππαγρέτης εἰδείη, οὓς αὖ δέοι πέμπειν. *Ut hippagreta sciret, quosnam mittere oporteret.* Minùs rectè ἱππαγρέτας, & ἱππεῖς, eosdem censet esse Cragius. Ut equitibus verò hippagretæ præerant, ita tribus his præfectus, & equitibus simul cunctis, ut videtur, unus erat, qui vocatus ΙΠΠΑΡΜΟΣΤΗΣ. Meminit ejus idem Xenophon, Hist. Græc. lib. IV. Πασίμαχος ἦ ὁ ἱππαρμοστὴς, ἔχων ἱππέας οὐ πολλοὺς, ὡς εἶδε Σικυωνίους πεζομένους, καταδήσας ἀπὸ δένδρων τοὺς ἵππους, &c. *Pasimachus verò hipparmostes, equites non multos habens, ut primi Sicyonios vidit, religatis ad arbores equis*, &c. Et posteà iterum. Τὸν δ' ἱππαρμοστὴν ἐκέλευσε σὺν τῇ τῶν ἱππέων μόρᾳ μεταδιώκειν. *Hipparmosten verò jussit cum equestri cohorte subsequi.* Erat item, qui, Cytheris quòd præesset, ΚΥΘΗΡΟΔΙΚΗΣ dicebatur. Thucydides, lib. IV. Τὰ ἦ Κύθηρα, νῆσός ἐστιν· ὑπέκειται ἦ τῇ Λακωνικῇ, κῆ Μαλέαν. Λακεδαιμόνιοι δὲ εἰσὶ τῶν περιοίκων, καὶ Κυθηροδίκης ἀρχὴ ἐκ τῆς Σπάρτης διέβαινεν ἑκάστοτε καθ' ἕτος. *Cythera verò, insula est; Laconicæ obiacens, versus Maleam. Lacedæmonii autem circumhabitant: ac quotannis magistratus, qui* Κυθηροδίκης *dicitur, veluti ad jus dicendum,*

dum, illuc Spartâ commeabat. Videndus etiam est Hesychius, in Κυθηροδίκης. Ita enim ibi scribendum, quod & Cragius animadvertit: non, ut editur, Κυθηροδίκη. Nam dicebant Κυθηροδίκης, ut Ἑλληνοδίκης. Nunc PRÆTORIA memoremus; quæ in foro, tria numero: ephororum, nomophylacum, & bidiæorum. Pausanias, in Laconicis. Καὶ τ̃ ἐφόρων, καὶ νομοφυλάκων, καὶ καλεμένων βιδιαίων, ἀρχεῖά ἐστιν ἐπὶ τ̃ ἀγορᾶς. *Et ephororum, ac nomophylacum, & eorum quos appellant bidiæos, prætoria in foro exstant.* Ac bidiæorum iterum posteà mentionem facit. Τὸ δὲ τ̃ βιδιαίων ἀρχεῖον πέρας, ἐστὶν Ἀθηνᾶς ἱερόν. *Supra bidiæorum prætorium, est Minervæ fanum.* Erat item quartum quoddam, sed incertum, quorum fuerit, aut quale, Ἐμπασέντας appellatum. Hesychius. Ἐμπασέντας, ἀρχεῖόν τι ἐν Λακεδαίμονι. *Empasentas, archivum quoddam Lacedæmone.* In foro autem, ac medio urbis, hæc prætoria exstitisse, observare etiam licet apud Isocratem, in Oratione ad Philippum, ubi de Lacedæmoniorum post cladem Leuctricam statu agit. Ἠναγκάσθησαν κινδυνεύειν, οὐκ ἐν τῇ χώρᾳ, περὶ τ̃ καρπῶν, ἀλλ' ἐν μέσῃ τῇ πόλει, περὶ αὐτοῖς τοῖς ἀρχείοις, περὶ παίδων, καὶ γυναικῶν, τοσοῦτον κίνδυνον. *Non in agro, nec de frugibus, sed in mediâ urbe, ad ipsa prætaria, de liberis, & uxoribus, tantum periculum subire sunt coacti.* In eo verò, quod ephororum erat proprium, Epimenidis visebatur monumentum. Pausanias, in Laconicis. Ἔστι δὲ καὶ Ἑρμῆς Ἀγοραῖος, Διόνυσον φέρων παῖδα. καὶ τὰ ἀρχεῖα, καλέεται ἐφορεῖα. ἐν δὲ αὐτοῖς, Ἐπιμενίδου τ̃ Κρητὸς μνῆμα. *Est verò etiam Mercurius Forensis, Bacchum gestans puerum. etiam prætoria, quæ vocantur Ephoréa: in iis verò, monumentum Epimenidis Cretensis.* Sanè ejus cadaver à Lacedæmoniis, jussu oraculi, asservari, refert etiam Diogenes Laërtius, in ejus Vitâ, lib. I. Καὶ τὸ σῶμα αὐτ̃ φυλάττεσι Λακεδαιμόνιοι παρ' ἑαυτοῖς, κατὰ τι λόγιον, ὡς φησὶ Σωσίβιος ὁ Λάκων. *Et corpus quidem ipsius asservant apud se Lacedæmonii, oraculi cujusdam jussu; ut auctor est Sosibius Lacon.*

CAP.

CAP. V.

Leges, ad Apollinem auctorem relatæ: atque his quàm diu usi. Ciceronis error ostensus. Nero Spartam quare ingredi noluerit. Quando latæ, inquisitum. Plutarchi locus expensus, & illustratus: sicut etiam Tatiani, & Thucydidis. Pausaniæ error indicatus. Reip. forma qualis. Menander rhetor emendatus.

LEGES Apollini acceptas ferebant. Cicero, De divin. lib. I. *Lycurgus quidem, qui Lacedæmoniorum remp. temperavit, leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit. quas cùm vellet Lysander commutare, eâdem est prohibitus religione.* Valerius Maximus, lib. I. cap. II. *Lycurgus consilio Apollinis gravissimæ Lacedæmoniorum civitati leges compositas ferre se persuasit.* Justinus, de Lycurgi institutis agens, lib. III. *Hæc quoniam primò, solutis anteà moribus, dura videbat esse, auctorem eorum Delphicum Apollinem fingit: & inde se ea ex præcepto numinis detulisse, ut consuescendi tædium metus religionis vincat.* Nemesius, De Nat. Hom. cap. XXXIX. Καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν θεὸν ἀπεφήναντο νομοθέτας. ὡς Κρῆτες μὲν τὸν Δία, Λακεδαιμόνιοι δὲ Ἀπόλλωνα. *Pleræque gentium leges suas ad auctorem deum referunt: ut Cretenses quidem, ad Jovem; Lacedæmonii verò, ad Apollinem.* Meminit etiam Augustinus, De Civitate dei, lib. X. cap. XIII. Libanius, Pro Saltatoribus, Orat. XIX; & Polyænus, lib. I. Atque hinc est, quòd Lycurgus *Apollinis legislator* dicitur à Luca Tudensi, in Chronico. *Lycurgus, legislator Apollinis, apud Græcos clarus habetur.* Petiit verò has Lycurgus à Cretensibus, & Ægyptiis: uti rectè Cragius docet, lib. III. cap. I. Addo ego locum istum, è Thucydidis Scholiaste, lib. II. Αἰνίσσεται τὰς τῶν Λακεδαιμονίων (νομους·) ἃς Λυκοῦργος ἔγραψε, μιμησάμενος τὰς Κρητῶν, καὶ Αἰγυπτίων, νόμους. *Designat Lacedæmoniorum (leges) quas Lycurgus scripsit, Cretensium, & Ægyptiorum, leges imitatus.* Usi autem iis legibus per quingentos totos annos, à Lycurgo usque

usque ad Agidem, Archidami filium. Plutarchus, in Lycurgi Vitâ. Τοσοῦτον γὰρ ἐπρώτευσεν ἡ πόλις τῆς Ἑλλάδος εὐνομίᾳ, καὶ δόξῃ, χρόνῳ ἐτῶν πεντακοσίων τοῖς Λυκούργου χρησαμένη νόμοις· ἃς, δεκατεσσάρων βασιλέων μετ' ἐκεῖνον εἰς Ἄγιν τὸν Ἀρχιδάμου γενομένων, ἀδεὶς ἐκίνησεν. *Adeò verò ea urbs in Græciâ primatum tenuit legum bonitate, & gloriâ, latis à Lycurgo legibus per quingentos annos usa: quas, cùm reges ab hoc ipso ad Agidem, Archidami filium, quatuordecim exstiterint, nemo movit.* Quin & posteà, annos alios ducentos, ampliusque: ideoque septingentos dicit Cicero, in Orat. pro L. Flacco. *Adsunt Lacedæmonii. cujus civitatis spectata, ac nobilitata, virtus, non solùm naturâ corroborata, verùm etiam disciplinâ putatur. qui soli toto orbe terrarum, septingentos jam annos ampliùs, unis moribus, & nunquam mutatis legibus, vivunt.* Sed quod dicit, *nunquam mutatis legibus*, magis oratoriè, quàm verè, dixit: nam mutavit Philopœmen; cùm, subactâ Lacedæmone, & has sustulit, & Achaica instituta introduxit: ut mox infrà sum dicturus, ubi statum reipublicæ, & mutationem ejus, pertractabo. Porrò autem etiam adhuc sub Nerone servabantur. atque ea causa fuit, cur intrare ille urbem Spartam nollet. Xiphilinus, in ejus Vitâ. Ἠγωνίσατο ἐν πάσῃ ὁμοίως πόλει, ἀγῶνα ἐχούσῃ· πλὴν Ἀθηναίων, καὶ Λακεδαιμονίων. ταύταις γὰρ μόναις οὐδὲ ἐπεφοίτησε τὸ ὄρχιλον. τῇ μὲν, διὰ τοὺς Λυκούργου νόμους, ὡς ἐναντίους τῇ μεθαιρέσει ὄντας. τῇ δὲ, διὰ τὸ μὴ τὸν Ἐρμοῦν λόγον. *Certavit in unaquâque pariter urbe, quæ certamen haberet; præter Athenas, & Lacedæmonem: quas ne quidem est ingressus. hanc quidem, quòd Lycurgi illic leges, instituto suo adversæ; illas verò, propter ea quæ de Furiis dicebantur.* Etiam Domitiano imperante Apollonius Tyaneus eas salvas ibi invenit. Philostratus, in ejus Vitâ, lib. IV. cap. X. Ὑπερβὰς τὸν Ταῦγετον, εἶδεν ἐνεργὸν Λακεδαίμονα, καὶ τὰ Λυκούργου πάτρια εὖ πεφρονηκότα. *Taygeto superato, vidit cultam Lacedæmonem, & Lycurgi instituta rectè servata.* Sed hæ leges, quando à Lycurgo latæ? Inquiramus. Res incerta est: uti in antiquitate tam remotâ haud mirandum. Plutarchus, in Lycurgi Vitâ,

tradit, factum, quando regnum Charilaus cum collegâ Archelao obtineret. Ecce verba: quibus agit de Lycurgi harum legum ferendarum instituto, & oborto propter causam hanc tumultu. Ἀρχομένης δὲ τῆς παραχῆς, ὁ βασιλεὺς Χαρίλαος, φοβηθεὶς, ὡς ἐπ' αὐτὴν ὅλης τῆς πράξεως συνισταμένης, κατέφυγε πρὸς τὸ Χαλκίοικον. *Oborto verò tumultu, rex Charilaus, veritus, ne ista in se pararentur, ad Minervæ Chalciœcæ templum confugit.* Ac mox subdit, de collegâ Archelao. Ὥς πού φασι, συμβασιλεύοντα Ἀρχέλαον αὐτῷ, πρὸς τοὺς ἐγκωμιάσοντας τὸν νεανίσκον εἰπεῖν, &c. *Ut fertur etiam, ejus in regno collegam, Archelaum, ad illos, qui adolescentem laudibus prosequebantur, dixisse, &c.* Et de Archelao quidem, etiam Eusebius tradit: qui, ad annum ejus tricesimum, ita scribit. Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις ἐνομοθέτει. Quod Hieronymus sic vertit. *Lycurgus insignis habetur.* Eundem regem Archelaum agnoscit etiam Cyrillus, adversus Julianum, lib. I. *Regnante apud Lacedæmonios Archelao, ducentesimo & quinto anno captæ Trojæ, Lycurgus Lacedæmoniis leges dedit.* De Charilao, clarè Suidas, in Λυκοῦργος. Ἦν θεῖος πρὸς πατρὸς Χαρίλαου, τοῦ βασιλεύσαντος Σπάρτης, Εὐνόμου ἀδελφός. ἐπετρόπευσε τὸν Σπαρτιατῶν ἔτη πεντεκαίδεκα δύο. ὅτε καὶ τοὺς νόμους ἔθετο, ἀνεψιοποιούμενος τὸν ἀδελφιδοῦν. *Erat patruus Charilai, regis Spartani, Eunomi frater. Spartanos in potestate habuit annos quadraginta duos. quo tempore etiam leges tulit, cùm tutelam gereret sui ex fratre nepotis.* Sunt qui dicant, anno Telecli, hujus Archelai filii, tricesimo tertio accidisse. Et Eusebius illìc notat. Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις ἐνομοθέτει. Hieronymus ita vertit. *Lycurgus Lacedæmoniis jura composuit.* Alii rursum, sub Alcamene, hujus filio, & nepote Archelai, factum volunt. Inter hos Apollodorus: &, ex eo, Eusebius quoque, ad annum illius decimumquintum: istis verbis. Τὰ Λυκούργου νόμιμα, ὡς Ἀπολλόδωρος. Hieronymus ibidem. *Lycurgi leges Lacedæmone, juxta sententiam Apollodori, hac ætate sunt susceptæ.* Quæ totidem verbis omnia Marianus Scotus ex Eusebio transcripsit. Sed nunc tempora computemus. Plutarchus,

chus, in citatis paullo antè verbis, ad Agidem regem, Archidami filium, annos ſtatuit quingentos. Videamus. Obiit Agis anno tertio Olympiadis duodecimæ & centeſimæ: ut in ejus anni rebus tradit Diodorus Siculus, lib. XVII. unde, ſi rem retrò putes, ad triceſimum regis Archelai annum, ſub quo leges à Lycurgo conſtitutas ex Plutarcho jam oſtendi, erunt anni quingenti, & quinquaginta item ſeptem. Plutarchus, in citatis verbis, de quingentis, numero rotundo tradit ſimpliciſſimè. Certè de triceſimo anno Archelai capiendus eſt Euſebius. qui ad iſtum ita ſcribit, numero MCXXX, anno III. Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις ἐνομοθέτησε. *Lycurgus Lacedæmoniis leges tulit.* ſive, ut vertit Hieronymus, *Lycurgus inſignis habetur.* Ac reſpexit ſine dubio Tatianus, in Oratione contra Græcos, ubi dicit, centum annis ante Olympiades Lycurgum has leges tuliſſe. Λυκοῦργος δὲ, πολὺ γενηθεὶς μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις. *Lycurgus verò, multo poſt Ilii captivitatem natus, annis centum ante Olympiades Lacedæmoniis leges poſuit.* Sunt verò à primâ Olympiade, ſi retrò numeres, ad annum Archelai triceſimum, anni centum atque octo. Tatianus, quod ſupererat, quia parum, exprimendum non putavit. Si ad annum Alcamenis regis decimum & quintum referes, habebis annos tantùm quadringentos & ſeptuaginta: ſi ad annum Telecli triceſimum tertium, anni erunt quadringenti atque nonaginta duo. Et hæc de Plutarchi loco: qui præterea illuſtrandus. Nam, quod tempus computat ad Agidem, Archidami filium, id de Agide ſecundo, Archidami item ſecundi filio, intelligendum eſt. Jam Thucydidem audiamus: qui ad finem anni Peloponneſiaci annos tradit paullo plures quadringentis, lib. I. Ἔτη γὰρ ἐγένετο μάλιστα πεντακόσια, καὶ ὀλίγῳ πλείω, ἐς τὸν πόλεμον τόνδε ξὺν πολέμῳ, ἀφ' οὗ Λακεδαιμόνιοι τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ χρῶνται. *Anni ſunt maximè quadringenti, & paullo plures, ex quo Lacedæmonii eâdem reip. adminiſtratione utuntur.* Incidit autem iſte finis in annum quartum Olympiadis tertiæ

& nonageſimæ: ut videre eſt apud Diodorum Siculum, in illius anni hiſtoriâ, lib. XIII. unde tempus ubi computaveris ad regis Telecli annum tertium & triceſimum, cui quidam leges has Lycurgi tribuunt, uti dixi, quem reſpexerit & Thucydides, annos habes quadringentos & octodecim. Sed Pauſania quid futurum eſt? qui longiſſimè progreditur, & has leges à Lycurgo latas dicit ſub Ageſilao rege, Telecli iſtius avo, intervallo circiter annorum centum. ſiquidem ab obitu Ageſilai, ad nepotis Telecli triceſimum & tertium annum, tres & nonaginta anni computantur: uti conſtat ex Euſebio. Ac Pauſaniæ quidem verba, ita habent, in Laconicis. τὰς δὲ ἐφεξῆς βασιλεύσαντας τῆς οἰκίας ταύτης, Δόρυσσον τὸν Λαβώτα, καὶ Ἀγησίλαον Δορύσσου, διὰ ὀλίγου σφᾶς τὸ χρεὼν ἐπέλαβεν ἀμφοτέρους. ἔθηκε δὲ καὶ Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις τοὺς νόμους ὅτι τοῦ Ἀγησιλάου βασιλεία. *Qui verò deinde ex hac familiâ regnârunt, Doryſſum, Labotæ filium, & Doryſſi Ageſilaum, mors utrunque brevi oppreſſit. Poſuit verò etiam Lycurgus Lacedæmoniis leges ſub Ageſilao rege.* Ergo errat; & memoria virum fallit: ſicut etiam in iſtis, quòd Doryſſum, filiumque Ageſilaum, tempore exiguo tantùm tenuiſſe regnum tradit: cùm regnaverit Doryſſus annos novem & viginti, quadraginta quatuor Ageſilaus: uti conſtat ex Euſebio. Certè rege Ageſilao, ſicut tradunt, qui hanc illi ætatem tribuunt, juvenis adhuc Lycurgus fuit, & nec dum de ferendis legibus cogitabat. Clemens, Strom. lib. I. Ἀπολλόδωρος δέ, μετὰ ἔτη ἑκατὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας, Ἀγησιλάου, τοῦ Δορύσσου, Λακεδαιμονίων βασιλεύοντος. ὥστε ἐπιβαλεῖν αὐτῷ Λυκοῦργον τὸν νομοθέτην, ἔτι νέον ὄντα. *Apollodorus autem, centum annis poſt Ionicam coloniam, regnante apud Lacedæmonios Ageſilao, Doryſſi filio: ita ut ad eam pervenerit Lycurgus legiſlator, adhuc juvenis exiſtens.* Nimis verò generaliter Athanaſius eum leges inveniſſe nobis prodit, in Orat. Contra Gentes. Γράμματα μὲν γὰρ ἐφεῦρον Φοίνικες, καὶ νόμους μὲν Λυκοῦργος ὁ Σπαρτιάτης. *Nam literas quidem, Phœnices invenerunt; leges verò, Lycurgus Spartanus.* Ac de legibus quidem, iſta,

ista. Sed quæ reip. ejus forma fuit? Non id adeò facilè pronuntiatu: ut & Plato ipse testis, De Leg. lib. IV. Καὶ μὰ τὸν ξυνοῶν γε, ὦ ξένε, τὴν ἐν Λακεδαίμονι πολιτείαν, ἐκ ἔχω σοι φράζειν ἔτως, ὡς ἵνα προσαγορεύειν αὐτὴν δεῖ. ἢ γὰρ τυραννίδι δοκεῖ μοι προσεοικέναι. τὸ γὰρ ἐφόρων, θαυμασὸν ὡς τυραννικὸν ἐν αὐτῇ γέγονε. καίτοι ἐνίοτέ μοι φαίνεται πασῶν τῶν πόλεων δημοκρατουμένῃ μάλιστα ἐοικέναι. τὸ δ' αὖ μὴ φάναι ἀριστοκρατίαν αὐτὴν εἶναι, παντὶ πάσιν ἄτοπον. ἢ μὲν δὴ βασιλεία γε διὰ βίᾳ Γ ἐστὶν ἐν αὐτῇ, ἢ ἀρχαιοτάτη πασῶν, ἢ παρὰ πάντων ἀνθρώπων, ἢ ἡμῶν αὐτῶν, λεγομένη. ἐγὼ δ', ἅτω νῦν ἐξαίφνης ἐρωτηθεὶς, ὅπερ εἶπον, ἐκ ἔχω διορισάμενος εἰπεῖν, τίς τούτων ἐστὶ τῶν πολιτειῶν. *At ego, hospes, dum Lacedæmoniorum remp. considero, non ita facilè dicere queam, quo oporteat eam nomine appellare. etenim tyrannidi mihi esse similis videtur. nam potestas ephororum mirum in modum ibi tyrannica est. interdum autem videtur mihi, præter cæteras civitates, simillima esse democratiæ. negare autem, aristocratiam esse, maximè absurdum fuerit. quin & regnum item in eâ est perpetuum; idque omnium antiquissimum. cùm ab omnibus hominibus, tum à nobis quoque, dicitur. Ego verò, ita subitò nunc rogatus, reverâ, quod dicebam, haud dicere definitè queo, quænam harum rerumpublicarum existat.* Menander rhetor, ex Platonis isto loco, cap. Πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν. Πολιτεῖαι μὲν, ὅλαι, τρεῖς· βασιλεῖαι, ἀριστοκρατίαι, δημοκρατίαι. ταύταις δ', ὡς ἐγκείμεθα, εἰσὶ κακίαι· βασιλεία μὲν τυραννὶς, ἀριστοκρατία δ' ὀλιγαρχία, ἢ παραδυναστεία λεγομένη, δημοκρατία δ' ὀχλοκρατία. ὡς δὲ πάσας δ' ταύτας, ἡ μικτὴ ἐκ πάντων τούτων· οἵα ἥ τε Ῥωμαϊκὴ, ἢ ἡ Λακωνικὴ, τὸ παλαιόν. εἰ τοίνυν ἐπαινοίης πόλιν· εἰ μὲν τυραννουμένῳ, ὡς βασιλευομένῳ ἐπαινεῖν, ὡς ἐν τοῖς Κυκλείοις ὁ Κρὰτης πεποίηκεν. εἰ δ' ὀχλοκρατουμένῳ, ὡς δημοκρατουμένῳ, ὡς ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ Ἰσοκράτης, ἢ ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ. εἰ δ' ὀλιγαρχουμένῳ, ὡς ἀριστοκρατουμένῳ. εἰ δ' ὡς μικτὴν, ὅλην ἐξ ἁπασῶν εἵλῃφε τὰ κάλλιστα. τοῦτο δ' ὁ Πλάτων περὶ τῆς Λακωνικῆς πολιτείας ἐν τοῖς Νόμοις εἴρηκεν. *Rerumpublicarum tria sunt genera: regnum, aristocratia, & democratia. His verò adsita vitia: regno*

quidem, tyrannis; aristocratiæ verò, paucorum, aut ditiorum, dominatus; democratiæ autem, plebis principatus. Præter istas universas, mixta est ex omnibus formis: qualis pariter Romana, & Laconica, antiquitus. itaque laudare urbem, quando voles, si quidem ea sub tyranni dominatu est, ceu à rege gubernatam prædicabis, ut in Cocleis Crates fecit: si à plebe gubernatam, ceu à populo commendabis; ut Isocrates in Panathenaico suo, atque Epitaphio, fecit. quodsi divites dominentur, regi ab optimatibus dices; aut ut mixtam, quæ ex omnibus optima selegerit quæque, dilaudabis. Atque illud Plato dixit, in libris De Legibus. Sed corruptus ille locus, ac restituendus certè hunc in modum. Εἰ τοίνυν ἐπαινοίης πόλιν, δεῖ μὲν τυραννευμένην, ὡς βασιλευομένην, ἐπαινεῖν· ὡς ἐν τῷ Νικοκλεῖ ὁ Ἰσοκράτης πεποίηκεν. *Itaque laudare urbem quando voles, oportet eam, quæ tyrannicè gubernatur, ceu à rege gubernatam, prædicare: ut in Nicocle Isocrates fecit.* Vide hujus emendationis meæ rationes in Opere De Cypro, lib. II. cap. XIII. Elegans in hanc rem est Archytæ locus, in Opere De lege, & justitiâ: cujus id fragmentum exstat perinsigne, apud Stobæum, Serm. XLI. Δεῖ ὦ τὸν νόμον τὸ καίριόνα, καὶ τὰν πόλιν, ὅκ παισᾶν σύνθετον εἶναι τᾶν ἄλλαν πολιτειᾶν· καὶ ἔχην τὶ δαμοκρατίας, ἔχην δὲ ὀλιγαρχίας, ἔχην δὲ βασιλείας, καὶ ἀριστοκρατίας, ὥσπερ καὶ ἐν τᾷ Λακεδαίμονι. τὸ μὲν γὰρ βασιλέες, τᾶς μοναρχίας· τὸ δὲ γέροντες, τᾶς ἀριστοκρατίας· τὸ δὲ ἔφοροι, τᾶς ὀλιγαρχίας· ἱππαγρέται δὲ, καὶ κόροι, τᾶς δαμοκρατίας. *Oportet sanè, uti, cùm lex melior quæque, tum respublica, aliis ex rebuspublicis universis sit composita; habeatque aliquid status democratici, aliquid item oligarchici, aliquid regii, aliquid aristocratici: sicut etiam Lacedæmone. Etenim reges, monarchiam; senatores, aristocratiam; ephori, oligarchiam; hippagretæ verò, & cori, democratiam repræsentant.*

CAP.

CAP. VI.

Helotes, iidem qui Πενέσται *apud Theſſalos. Ammonius correctus. Medii erant inter ſervos liberoſque. Pollucis locus illuſtratus. Dura ſervitus eorum: & nonnulli,* Ἀγρέοι *dicti; ut* Μονόμοιποι, *præfecti. Heſychii locus emendatus.* Μόθωνες *qui, item* Μόθακες: *ac diſcrimen inter illos indicatum. Heſychius iterum emendatus. Et mothaces quidem, liberi erant; ſed non plenâ civitate fruebantur. Cum filiis locupletiorum ad gymnaſia mittebantur; pariterque diſciplinâ qualicunque imbuebantur: interque iſtos in principio Callicratidas, Gylippus, & Lyſander. Ancillæ,* Χαλκίδες *dictæ.*

DE Lacedæmoniorum ſervis, quos Helotas appellabant, itidem multa Cragius tradit: qui videndus, lib. I. cap. XI. Addo iſta: eoſdem fuiſſe, qui Πενέσται apud Theſſalos dicebantur. Ulpianus, in Orationem Demoſthenis, De rep. ord. Πενέσται ὧδε μὲν Θετταλοῖς καλοῦνται, οἵπερ ὧδε Λακεδαιμονίοις οἱ Εἵλωτες. *Peneſtæ apud Theſſalos vocantur, qui Helotes apud Lacedæmonios.* Idem eſt videre apud Harpocrationem, & Suidam, in Πενέσται. Ac corrigendus eſt Ammonius, De diff. vocab. Πενεσής. Πενεσὴς ὁ ὧδε μὲν Θεσσαλοῖς, ὁ κατὰ πόλεμον ζωγρηθείς, ὡς ὧδε Λάκωσιν οἱ Εἵλωτες. *Peneſtes verò apud Theſſalos, qui in bello captus, ut apud Lacedæmonios Helotes.* Malè hodiè vulgatur: ὁ κατὰ πόλεμον δωρηθείς. *qui in bello donatus.* Erant autem ſervi ſub conditione: uti neque manu mittere eos domini, neque vendere extra regionem poſſent. Strabo, ubi de iis agit, lib. VIII. Καὶ κεῖνται δοῦλοι, ὅπὶ πακτοῖς τισὶν· ὥστε τὸν ἔχοντα, μήτ' ἐλεύθερον ἐξεῖναι, μήτε πωλεῖν ἔξω τῶν ὅρων τούτους. *Et ſervituti damnatos fuiſſe, certis quibuſdam conditionibus: ut nec hero manumittere licitum foret, neque extra fines vendere.* Inde capiendus Pollux, cùm hos medios inter ſervitutem, & libertatem, eſſe dicit, lib. III. cap. VIII. ſect. VI. Μεταξὺ δ' ἐλευθέρων, καὶ δούλων, οἱ Λακεδαιμονίων Εἵλωτες. *Medii verò ſunt inter liberos, & ſervos, Lacedæmonio-*

moniorum Helotes. Ac, quantumvis ita sese res haberet, constat tamen, duram illos servitutem serviisse: idque Theopompus dicit, Hellenicorum lib. VII. Τὸ δὲ τῶν εἰλώτων ἔθνος, παντάπασιν ὠμῶς διάκειται, καὶ πικρῶς. *Helotum verò gens, omninò crudeliter tractatur, & acerbè.* Exstat id fragmentum ejus apud Athenæum, lib. VI. Ac particulatim magis etiam Myron Prienensis, libro Messeniacorum secundo; in insigni hoc fragmento, apud eundem Athenæum, lib. XIV. Τοῖς δὲ εἵλωσι πᾶν ὑβριστικὸν ἔργον ἐπιτάττεσι, πρὸς πᾶσιν ἄγον ἀτιμίαν. κυνῆν τε γὰρ ἕκαστον φορεῖν ἐπάναγκες ὥρισαν, καὶ διφθέραι περιβεβλῆσθαι, πληγάς τε πεπαγμένας λαμβάνειν καθ' ἑνιαυτὸν, ἀδικήματος χωρὶς, ἵνα μή ποτε δουλοῦν ἐπιλάθωσι· πρὸς δὲ τούτοις, εἴ τινες ὑπερακμάζοιεν τὴν οἰκείαν ἡλικίαν φανῆναι, ἐπέθηκαν ζημίαν θανάτου, καὶ τοῖς κεκτημένοις ἀπέλιμον, εἰ μὴ ἐκκόπτοιεν τοὺς ἀδρυμένους. καὶ, ὃ δὲ δοῦντες αὐτοῖς τὴν χώραν, ἔταξαν μοῖραν, ἣν αὐτοῖς ἀνοίσουσιν ἀεί. *Helotibus verò, quicquid est probrosæ operæ, quodque ad omnem ignominiam pertineret, id mandârunt. Galerum è canina pelle gestare, necessarium statuerunt. insuper, vestem è pellibus ferre; ac quotannis, sine delicto, verbera constituta accipere, ne se servos oblivisceretur esse. Ad hæc, si qui, contra servilem conditionem, benè habito corpore forent, ii morte id luebant: quin indicta domini mulcta, nisi pingues macerarent. tum &, agrum his tradentes, certum reditum imperabant, quem afferre semper ipsis tenerentur.* Etiam inebriabant, ad ludibrium filiorum; ut exemplo ab ebrietate eos abstinerent: idque ex Plutarcho, Clemente Alexandrino, & Joanne Tzetze, docet Cragius, lib. III. tab. VII. cap. XI. Addo hunc egregium Demetrii Cydonii locum, libro De contemptu mortis. Φασὶ δὲ, Λακεδαιμονίους τῇ τῶν εἰλώτων μέθῃ πρὸς παισὶν ἐπιδείκνυσθαι τὸ τῆς νήψεως ἀγαθόν. *Aiunt etiam, Lacedæmonios Helotum ebrietate liberis sobrietatis bonum ostendere.* Neque tamen id promiscuè, quovis tempore, faciebant, sed diebus tantùm festis. Est id discere ex Plutarcho: qui disertis verbis dicit, in principio Demetrii. οἱ μὲν ἐν παλαιοῖς Σπαρτιάταις τοὺς εἵλωτας ἐν ταῖς ἑορταῖς

ἑορτῆς πολὺν ἀναγκάζοντες πίνειν ἄκρατον, εἰσῆγον εἰς τὰ συμπόσια, τοῖς νέοις, οἷόν ἐστι τὸ μεθύειν, ἐπιδεικνύντες. *Itaque veteres quidem Spartani, Helotas in festis, merum multum bibere cogentes, in convivia introducebant: ut ostenderent juvenibus, quàm fœdum esset inebriari.* Quidam horum, quibus maximè fidebant, Ἀργεῖοι dicti. Hesychius. Ἀργεῖοι, οἱ Ἕλληνες. καὶ ἐκ τῶν Εἱλώτων οἱ πιστεύομενοι οὕτως ἐλέγοντο. *Argivi, Græci: & ex Helotibus, quibus maximè fidebatur, ita dicebantur.* Habuerunt autem præfectos suos: idque apparet ex Hesychii isto loco, quanquam corrupto. Μονομοιτῶν, Εἱλώτων ἄρχοντας. Censeo rescribendum: Μονόμοιτον, Εἱλώτων ἄρχοντα. *Monomœtum, Helotum præfectum.* Ac videtur Μονόμοιτος ille dictus, seu qui solus inter eos honoratus haberetur: nam Μοῖτος, eidem Hesychio Ἔνλιμος exponitur. Erant etiam alii servi, domi nati, sive vernæ, Μόθωνες dicti. Auctor Etymologici, Μόθων, οὕτω καλοῦσι Λακεδαιμόνιοι τὸν οἰκογενῆ δοῦλον. *Mothon, ita vocant Lacedæmonii servum domi natum.* Et hos cum liberis suis educabant. Hesychius. Μόθωνας, τοὺς συντρεφομένους, τοὺς λεγομένους παιδίσκους, Λάκωνες. *Mothonas, qui unà educabantur, servulos dictos, Lacedæmonii.* Pleniùs verò Scholiastes Aristophanis, ad Plutum. Οἱ δὲ Λάκωνες, τοὺς συντρεφομένους τοῖς ἐλευθέροις παῖδας μόθωνας καλοῦσιν. *Lacedæmonii verò, servos, cum ingenuis educatos, mothonas vocant.* Et hi filios heriles, in publicum prodeuntes, comitabantur. Suidas. Μόθωνας γὰρ ἐκάλουν τοὺς παρεπομένους τοῖς ἐλευθέροις παῖδας οἱ Λάκωνες. *Mothonas enim appellabant Lacedæmonii servos, qui ingenuos sequebantur.* Ac videndus idem iterum est, in Σκίταλοι. Totidemque penè verbis item Scholiastes Comici, ad Equites. Μόθωνας γὰρ ἐκάλουν οἱ Λάκωνες τοὺς παρεπομένους τοῖς ἐλευθέροις. *Mothonas enim Lacedæmonii vocabant, qui ingenuos sequebantur.* Verùm alii, ne quis temerè confundat, erant Μόθακες, quos dicebant. Hesychius. Μόθακες, οἱ ἅμα τρεφόμενοι τοῖς υἱοῖς δοῦλοι παῖδες. *Mothaces, pueri servi, qui unà cum filiis educabantur.* Ita scribo: non, ut editur, ἀνατρεφόμενοι; vel, ut alius, vir magnus,

συντροφόμοι. Plutarchus, Hist. libro vicesimoquinto, apud Athenæum, lib. VI. Εἰσὶ δὲ οἱ μόθακες, σύντροφοι τῶν Λακεδαιμονίων. *Sunt verò mothaces, qui cum Lacedæmoniis sunt educati.* Mittebantur autem unà cum ingenuis à parentibus ad gymnasia, uti sese filii cum illis ipsis exercerent. Discimus ex Ælian o, ubi de his ipsis loquitur, Var. Hist. lib. XII. cap. XLIII. Ὄνομα δὲ ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν ὑπέρων παιδῶν δούλοις, οὓς συνέπεμπον αὐτοῖς οἱ πατέρες, συναγωνισμένους ἐν τοῖς γυμνασίοις. *Id verò nomen erat locupletum filiorum servis, quos cum ipsis mittebant patres, in gymnasiis concertaturos.* Hesychius, in citatis verbis, uti quoque Ælianus, servos dicit; non quòd essent, verùm quod fuissent tales. nam liberti certè erant: sic donati libertate, ut non pleno tamen jure civitatis, velut cæteri Lacedæmonii, fruerentur. Hoc est, quod dicit Athenæus, libro citato. οἱ δὲ μόθακες, καλέμενοι παρὰ Λακεδαιμονίοις, ἐλεύθεροι μέν εἰσιν, οὐ μὴν Λακεδαιμόνιοι. *Qui verò mothaces apud Lacedæmonios dicuntur, sunt illi quidem liberi, sed non tamen Lacedæmonii.* Ac Phylarchus, in fragmento, cujus partem jam produxi. Εἰσὶν οὖν μόθακες ἐλεύθεροι μέν, οὐ μὴν Λακεδαιμόνιοι. μετέχουσι δὲ τῆς παιδείας πάσης. *Sunt itaque mothaces liberi quidem, sed non Lacedæmonii: ac disciplinæ universæ, & institutionis, participes fiunt.* Ubi observa; disciplinâ etiam quâcunque imbutos. quò id pertinet, quòd cum filiis ingenuis ditiorum in gymnasis concertarent, ut ex Æliano docui. Et ex eo genere initio fuerant, Callicratidas, Gylippus, & Lysander; viri posteà in rep. Spartanorum excellentes. Ælianus, loco citato. Καλλικρατίδας γε μὴν, καὶ Γύλιππον, καὶ Λύσανδρον, ἐν Λακεδαιμονίᾳ μόθακες ἐκαλοῦντο. *Callicratidas autem, & Gylippus, & Lysander, Lacedæmone mothaces appellabantur.* Ac de Lysandro, testis etiam Phylarchus, in fragmento, semel iterumque dicto. Τούτων (τῶν μοθάκων) ἕνα φασὶ γενέσθαι καὶ Λύσανδρον, τὸν καταναυμαχήσαντα τοὺς Ἀθηναίους, πολίτην γενόμενον δι' ἀνδραγαθίαν. *Ex his (mothacibus) unum fuisse aiunt Lysandrum, qui navali prælio Athenienses superavit, civem factum ob fortitu-*

fortitudinem. Maxima servorum autem multitudo apud Lacedæmonios erat. Indicatur à Thucydide, lib. VIII. οἱ οἰκέται, τοῖς Χίοις πολλοὶ ὄντες, καὶ μιᾷ γε πόλει, πλὴν Λακεδαιμονίων, πλεῖστοι γενόμενοι. *Cùm multi Chiis servi essent, & quot nusquam in unâ urbe, præterquàm Lacedæmone.* Ad quem locum Scholiastes. πλείονες οἰκέται ἦσαν ἐν Χίῳ, ἢ περ ἐν ἄλλῃ τινὶ πόλει, πλὴν Λακεδαιμονίων. ἡ δὲ Λακεδαίμων, πλείστους εἶχεν οἰκέτας. *Plures servi erant Chii, quàm in ullâ aliâ urbe, exceptâ Lacedæmoniorum. Lacedæmon autem, plurimos habebat servos.* Sed de servis postquam dixi, etiam, ancillas hîc commemorare, est conveniens. Eæ ipsis Χαλκίδες appellabantur. Athenæus, lib. VI. Πρόξενος δέ, ἐν δευτέρῳ Λακωνικῆς πολιτείας, ὀπικαλεῖσθαι φησὶ Χαλκίδας παῤ Λακεδαιμονίοις τὰς θεραπαίνας. *Proxenus verò, libro secundo De rep. Laconicâ, ancillas apud Lacedæmonios cognominari Chalcidas dicit.*

CAP. VII.

Liberti, varii, varieque appellati. Ἐπεύνακτοι. Ἄφετοι. Ἀδέσποτοι. Ἐρυκτῆρες. Δεσποσιναῦται. Νεοδαμώδεις. *Ac de his, sententiæ antiquorum variæ: aliis, eos ex helotis factos esse dictitantibus; aliis, diversos eos ab helotis facientibus. Quare ita appellati.* Δαμώδεις, *qui. Hesychii locus restitutus.*

SEd liberti, ut nonnulli Μόθακες, ita plures illic erant, aliis nominibus dicti. In his, qui Ἐπεύνακτοι appellabantur. Athenæus, lib. VI. Περὶ δὲ τῶν παῤ Λακεδαιμονίοις Ἐπευνάκτων καλουμένων, (δοῦλοι δ' εἰσὶ καὶ οὗτοι,) σαφῶς ἐκτίθεται Θεόπομπος, διὰ τοῦ δευτέρας καὶ τριακοστῆς ἱστορίας. *De iis verò, qui Epeunacti dicebantur, (nam & illi servi sunt,) clare exponit Theopompus, Historiarum libro tricesimo secundo.* Mox fragmentum Operis istius ponit, quod sic habet. Ἀποθανόντων πολλῶν Λακεδαιμονίων, ἐν τῷ πρὸς Μεσσηνίους πολέμῳ, οἱ φειλόφθεντες, ὑλαβηθέντες, μὴ καταφανεῖς γένωνται τοῖς ἐχθροῖς ἐρημωθέντες, ἀνεβίβασαν τῶν εἱλώτων ἐφ' ἑκάστῳ ζυγὰ δὲ τῶν πεπλουτηκότων τινάς. οὓς καὶ πολίτας ὕστερον ποιήσαντες,

πρεσβυτέρων Ἐπουνάκτας. ὅτι κατεπάχθησαν αὐτὶ τῶ πτελωτηκότων εἰς τὰς στιβάδας. *Cùm multi Lacedæmoniorum, in bello contra Meſſenios, cecidiſſent; qui ſupererant, metuentes, ne ſe huc redactos eſſe, hoſtis fortè deprehenderet, quoſdam helotum in interfectorum lectum unumquemque tranſtulerunt; &, donatos poſt id tempus civitate, Epeunactos appellârunt: quòd, interfectorum loco, in lectis collocati eſſent.* Meminitque poſteà ſemel, iterumque, ex eodem Theopompo, & Menæchmo in Sicyoniacis, eodem loco Athenæus. Alii prætereà erant: quorum hi Ἀφέται dicti, illi Ἀδέσποτοι, iſti Ἐρυκτῆρες, alii Δεσποσιοναῦται, quidam denique Νεοδαμώδεις. Inſigne hac de re fragmentum eſt Myronis Prienenſis, ex Meſſeniacorum libro ſecundo. Πολλάκις ἠλευθέρωσαν Λακεδαιμόνιοι δούλους· καὶ οὓς μὲν Ἀφέτας ἐκάλεσαν, οὓς δὲ Ἀδεσπότους, οὓς δὲ Ἐρυκτῆρας, Δεσποσιοναύτας ἄλλους, οὓς εἰς τὰς σόλους κατέπαττον· ἄλλους δὲ Νεοδαμώδεις, ἑτέρους ὄντας τῶν Εἱλώτων. *Sæpè ſervos Lacedæmonii manu miſerunt; & quoſdam Aphetas, nonnullos Adeſpotos, alios Erycteras, alios dixerunt Deſpoſionautas, quos in claſſibus collocâbant: alios verò Neodamodes, qui diverſi ab Helotis.* Euſtathius, ad Iliad. ο. Παρὰ δὲ Λακώσιν, οἱ ποθὲν τὸ ἔλῳ Εἵλωτες, ἐλευθερωθέντες, ἐκαλοῦντο Ἀφέται. Ἄλλοι δὲ, Ἐρυκτῆρες. ἄλλοι, Δεσποσιοναῦται, οὓς εἰς τὰς σόλους κατέπαττον. ἦσαν δὲ καὶ οἱ Νεοδαμώδεις, ἕτεροι τῶν Εἱλώτων. *Apud Lacedæmonios, qui ab Helo dicti Helotæ, poſtquam manumiſſi eſſent, Aphetæ appellabantur; quidam verò, Erycteres; alii, Deſpoſionautæ, quos in navibus collocabant. Erant verò etiam Neodamodes, qui diverſi ab Helotis.* Id hic autem etiam eſt referendum; eam legem, quâ Helotæ ſic damnati ad ſervitutem, ut reſtitui libertati nunquam poſſent, ſicut ex Strabone oſtendi, in principio capitis ſuperioris, non obtinuiſſe ſemper: cùm & poſteà manumitti ipſi cæperint, variiſque tunc nominibus appellari: uti clarum ex Myrone, & Euſtahio, quos citavi: verùm tantùm excipi Neodamodes, quos Helotas aliqui fuiſſe negarent. Eos tamen etiam fuiſſe Helotas, alii apertè dicunt; hique Auctores nullo modo contemnendi. Pollux, lib. III. cap.

cap. VIII. Τὰς μέν τι εἰς ἐλευθερίαν τῶν Εἱλώτων ἀφιεμένας, οἱ Λακεδαιμόνιοι Νεοδαμώδεις καλοῦσιν. *Ex Helotis verò qui donati libertate essent, Lacedæmonii Neodamodes eos dicunt.* Et Hesychius. Νεοδαμώδεις, οἱ κατὰ δόσιν ἐλεύθεροι ἀπὸ τῆς εἱλωτείας. *Neodamodes, qui in libertatem dati ex heloticâ servitute.* Suidas. Νεοδαμώδης, ὁ ἐλεύθερος, ὡσαὐτως τοῖς Λακεδαιμονίοις· ἤτοι ἐκ τῶν Εἱλώτων. *Neodamodes, liber, apud Lacedæmonios: sive qui ex Helotibus excessit.* Et habemus rei exemplum, apud Thucydidem: ubi ait, hos Helotas, qui cum Brasida militaverant, manumissos. Verba ejus ecce ista, lib. v. Οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐψηφίσαντο, τοὺς μὲν μετὰ Βρασίδου Εἵλωτας μαχεσαμένους ἐλευθέρους εἶναι, καὶ οἰκεῖν ὅπου αὐτοὶ βούλοιντο. καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ αὐτοὺς μετὰ τῶν Νεοδαμωδῶν ἐς Λέπρεον κατέσησαν. *Lacedæmonii decreverunt, ut Helotæ, qui cum Brasida pugnaverant, liberi essent, & habitarent ubi vellent: eosque non nullo post cum Neodamodibus in Lepreo collocârunt.* Ubi obiter observandum; alios Neodamodes, alios Helotas dici. Ita quoque lib. VII. Τῶν δ' ἔξω Σικελίας Ἑλλήνων Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἡγεμόνα Σπαρτιάτην παρεχόμενοι. Νεοδαμώδεις δὲ τοὺς ἄλλους, καὶ Εἵλωτας. δύναται δὲ τὸ νεοδαμῶδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι. *Ex Græcis verò, qui extra Siciliam, Lacedæmonii quidem, ducem Spartanum præbuerunt; aliosque, neodamodes, & Helotas. valet verò neodamodes, idem quod liberum esse.* Ac, diversos eos, quosdam tradidisse, à Myrone, & Eustathio, quos citavi, itidem commemoratur. Quid autem sit Νεοδαμώδης, à Thucydide exponitur, in citatis statim verbis. Δύναται δὲ τὸ νεοδαμῶδες, ἐλεύθερον ἤδη εἶναι. *Valet verò neodamodes idem, quod, jam liberum esse.* Itaque simpliciter Νεοδαμώδης dicebatur, quivis recens liber factus. Scholiastes ejus, ad hunc locum. Νεοδαμώδης, ὁ ἐλεύθερος, ὡσαὐτως τοῖς Λακεδαιμονίοις. *Neodamodes, liber, apud Lacedæmonios.* Meminit eorum etiam Xenophon, Hist. Græc. lib. I. Ἐν δὲ τῷ Βυζαντίῳ ἦν Κλέαρχος Λακεδαιμόνιος ἁρμοστὴς, καὶ σὺν αὐτῷ τῶν περιοίκων τινὲς, καὶ τῶν νεοδαμωδῶν πολλοί. *Erat Byzantii Clearchus Lacedæmonius harmosta, & cum ipso nonnulli ex vicinis, ac neodamodum*

haud multi. Et occurrit iterum eorum mentio, lib. III. Ratio nominis autem ista; quòd esset quasi νέος δαμώδης, *novus popularis*, recens populo adscriptus. Etenim cives, qui vectigal persolvebant, Lacedæmoniis Δαμώδεις appellabantur. Hesychius. Δαμώδεις, δημόται, ἢ οἱ ἐπιλεῖς, παρὰ Λάκωσι. *Damodes, populares, sive qui vectigal solvunt, apud Lacedæmonios.* Ita enim eum locum emendandum esse arbitror, perperamque hodiè Δαμώσεις legi.

CAP. VIII.

Pecunia ferrea. Nummus quidam, Πέλανος *dictus: tum & quantum is valuerit. Vati pro mercede datus. Hesychii error indicatus. Quem laudatum cupiebant, virum divinum dicebant.* Σεῖος, & Σιος, *dictiones Laconicæ. Aristoteli, Auctori Etymologici, & Plutarcho, vera lectio restituta. Cui malè vellent, imprecabantur, ut ædificaret domum, equos aleret, aggeres faceret, & mœchum uxor ut haberet. Imprecationis formula. Quid à diis precarentur: ac precatio eorum,* Εὐφημία *ab oraculo appellata. Supplicia, sumebant noctu. Fures quosnam punierint. Jurabant verò, per Dioscuros: quos τὼ σιὼ appellabant. Ipsum jurare,* Ἀπαλοῖξαι *dicebant.*

DE pecunia illorum ferreâ, tradit Cragius, lib. III. tab. X cap. II. Addo locum Pollucis, lib. VII. cap. XXIV. sect. II. Νόμισμα σιδηρᾶν, τὸ Λακεδαιμονίων. *Nummus ferreus, Lacedæmoniorum.* Iterum, lib. IX. cap. VI. Σιδηρῷ δὲ νομίσματι καὶ Λακεδαιμόνιοι χρῶνται, ὀκτὼ μναῖ ὀλίγον δυναμένῳ. *Ferreo nummo etiam Lacedæmonii utuntur, ingenti magnitudine parum valente.* Huc pertinet locus Æschinis Socratici, in Eryxia: qui dialogus in Platonis nothis exstat. Ἐν δὲ Λακεδαίμονι σιδηρῷ σταθμῷ νομίζουσι, καὶ ταῦτα μόλις τῷ ἀχρείῳ δὲ σιδήρῳ· καὶ ὁ πολὺν σταθμὸν σιδήρου δὲ τοιοῦτον κεκτημένος, πλούσιος δοκεῖ εἶναι, ἐπέρασι δ' ὀβολοῦ ἄξιον τὸ κτῆμα. *Lacedæmone verò ferreo pondere pro nummo utuntur, & quidem inutilis ferri: quique multum ejusmodi ferri pondus possidet, dives*

dives esse putatur, cùm alibi nullius pretii possessio hæc sit. Erat autem nummus quidam, qui πέλανορ dicebatur, æreos quatuor valens. Hesychius. πέλανορ, τὸ τετράχαλκον, Λάκωνες. *Pelanor, nummi ærei quatuor, Lacones.* Dicebant autem illi πέλανορ, quod est aliis Græcis πέλανος: & est illis usitatum, σ, in fine dictionum, in ρ vetere. Pelani verò nummi, meminit Nicander etiam, in Alexipharmacis.

Καὶ τότε κεδρινέης πελάνου βάρος ἔμμορε πίσσης.
Ac tum cedrinam picem pelani pondere sumito.

Ubi πελάνου βάρος Scholiastes interpretatur, oboli pondus. Πελάνου βάρος, αἰτὶ ϝ, ὀβολοῦ ὁλκή. οὐ γὰρ μόνον τὸ πέμμα, ἤγουν τὸ ἔψημα, πέλανος λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἡ ϝ ὀβολοῦ ὁλκή. *Pelani pondus, pro eo quod est, oboli pondus. nam pelanus non tantum libum dicitur, aut coctile, sed etiam oboli pondus.* Ubi observa, Scholiasten obolum interpretari, qui pendebat æreos octo; uti scimus ex Polluce, lib. IX. cap. VI: cùm Hesychius dicat fuisse τετράχαλκον, *quatuor æreorum;* id est, semiobolum tantùm. Suidas dicit, hunc mercedis olim loco vati datum, in voce πέλανος. Καὶ ὁ τῷ μάντει διδόμενος μισθὸς, ὀβολός. *Et qui vati merces datur, obolus.* Ecce, & ille obolum facit, ut Nicandri Scholiastes. De mercede, vati datâ, ait idem quoque Hesychius. sed quem puto in mendosum quendam codicem incidisse, in quo malè scriptum πέδανος fuerit. nam sic ille. πεδανὸς, ταπεινὸς, πεδινός. ἢ ὁ τῷ μάντει διδόμενος μισθός. *Pedanus, humilis, campestris; aut quæ vati datur merces.* Proclivis admodum est lapsus: & facilè δ pro λ scribitur. Et hoc obiter.

Quem laudatum cupiebant, hunc *Divinum esse virum* prædicabant. Socrates, apud Platonem, in Menone. Καὶ αἱ γε γυναῖκες δήπου, ὦ Μένων, τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, θείους καλοῦσι. καὶ οἱ Λάκωνες, ὅταν ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῖος ἀνὴρ, φασὶν, ἔστω. *Et mulieres quidem, Meno, bonos viros, divinos appellant: & Lacedæmonii, si quem velint prædicare bonum virum, Divinus, inquiunt, hic vir est.* Et Æschines Socraticus, in dialogo De

vir-

virtute, an doceri ea possit. Λέγεσι γάρ πως καὶ αἱ γυναῖκες, ὅτι, θεῖος ἀνὴρ ἔσ᾽ ἐστι. καὶ Λακεδαιμόνιοι, ὅταν τινὰ μεγαλοψύχως ἐπαινῶσι, θεῖον ἄνδρα φασὶν εἶναι. *Etenim & mulieres dicunt, Divinus iste vir est. & Lacedæmonii, cùm magnificè aliquem laudant, divinum esse virum dicunt.* Verùm, suo idiomate, Lacedæmonii dicebant, Σεῖος ἀνήρ. Aristoteles repræsentat, Ethic. Eudem. lib. VI. cap. I. Σπάνιον καὶ τὸ, θεῖον ἄνδρα εἶναι, καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν. ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρά τινα, Σεῖος ἀνὴρ, φασίν. *Rarum etiam est istud, virum aliquem divinum esse, qualem appellare solent Lacedæmonii. cùm, quem valdè admirantur, Divinus vir, aiunt.* Quæ totidem verbis iterum dicit, Nicomach. lib. VII. cap. I. Ubi Aspasius. Καὶ οἱ Λάκωνες ἄν, ὅταν ἐθαύμασάν τινα, ὡς ὑπὲρ πάντα ἄνθρωπον ὄντα, ἔλεγον, Οὗτος ὁ ἀνὴρ θεός ἐστιν, ἢ που θεῖος. *Et Lacedæmonii itaque, cùm admirarentur quempiam, velut homines planè omnes supergressum, inquiebant: Hic vir deus est, aut divinus.* Sed Lacedæmonii ipsi, Σεῖορ dicebant, non Σεῖος: quod communi dialecto Plato, Aristotelesque, repræsentant. nam, ut dixi, quæ in σ aliis Græcis desinebant, hi ρ literâ terminabant. Sic pro θεὸς, etiam dicebant σιόρ: uti nos Hesychius docet. Σιόρ, θεὸς, Λάκωνες. *Sior, deus, Lacones.* Quamobrem item apud Auctorem Etymologici, in voce Σίσυφος, sic scribendum. Τὸ θεὸς οἱ Λάκωνες σιόρ λέγεσι. *Pro* θεὸς *Lacedæmonii* σιόρ *dicunt.* Non rectè editur, σιὸς: quod Æolicum potiùs est, quàm Laconicum: quanquam sanè eâ terminatione etiam utantur alii, qui communiter sic proferunt. Athenæus, lib. VIII. Τὰς μὲν ἂν θιάσους, ἀπὸ τοῦ θεοῦ προσηγόρευον· καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς θεοὺς οἱ Λάκωνες σιοὺς φασι. *Itaque thiasos quidem, à deo appellabant. etenim ipsos deos Lacones* σιοὺς *dicunt.* Ac corrigendum itidem Plutarchum censeo; qui Spartanum, Laconicâ loquentem linguâ, sic commemorat, in Pyrrho. Εἷς δὲ (τῶν Σπαρτιατῶν) τῶν παρόντων, ὄνομα Μανδρικίδας, εἶπε, τῇ φωνῇ Λακωνίζων. Αἰ μὲν ἐσσὶ τύ γε θεὸς, ἐδὲν μὴ πάθωμεν, ἐ γὰρ ἀδικεῦμεν· αἰ δὲ ἄνθρωπος, ἔσσεται καὶ τοῦ κάρρονος ἄλλος. *Unus verò (Spartano-*

tanorum) qui aderant, nomine Mandricidas, Laconicè loquens; Tu verò, inquit, siquidem deus es, nihil mali patiemur; neque enim aliquid injusti fecimus : sin autem homo, erit & te fortior alius. Omninò itidem scribendum, Αἰ μὲν ἐσσὶ τύγε σιὸϱ. Nam illud, Θεὸς, certè glossa est: &, pro σιὸϱ explicationis loco ad oram libri adnotatum, ipsum textum occupavit. In fine, item malè editur, πολυκαϱπῶν: & legendum est, τὸ κάϱϱων, ut exhibeo. Quod cùm ita censuissem, vidi posteà, ante me venisse in mentem magno viro, Henrico Stephano: cujus merita in Remp. literariam nemo satis prædicaverit. Ut autem Σιὸϱ, ita πέλανοϱ dicebant, ut ostendi, pro πέλανος. Et occurrunt multa talia apud eundem, quem citavi jam, Hesychium: ac mox ipse plus ostendam, cùm de dictionibus Laconicis agam. Quòd autem σ in ϱ mutaverint Lacedæmonii, elegans de eâ re est locus etiam apud Boëtium, De Musicâ, lib. 1. cap. 1. *Consultumque de eo factum est. quod quoniam insigne est, Spartiatarum S literam in R vertentium, ipsum de eo consultum eisdem verbis Græcis apposui.* Quia magni sumptus erat, equos alere; ideò, quibus malè vellent, uti equos alerent, imprecabantur. Scholiastes Aristophanis, ad Nubes. Δοκεῖ δαπανηϱὸν εἶναι, ἵππους τϱέφειν· ὅπεϱ καὶ τῇ Λακωνικῇ συνεύχονται κατάϱᾳ. καὶ γὰϱ καὶ τοῦτο οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐν κατάϱαις ἔθεσαν μέϱει. *Videtur magni sumptus esse, equos alere: quod Laconicæ quoque imprecationi adjunctum. nam sanè etiam hoc Lacedæmonii in imprecationis parte collocabant.* Sed hæc pars duntaxat horum imprecationis erat, ut ex verbis his apparet: quin ædificare item, & aggeres facere, imprecari consueverunt. Suidas, in Ἀμβολάς. Τὸ οἰκοδομεῖν, καὶ ἵππους τϱέφειν, καὶ ἀμβολὰς ποιεῖν, ἐδόκει τοῖς Λάκωσι δαπανηϱὸν εἶναι. *Ædificare, & equos alere, aggeres facere, Lacedæmoniis sumptuosa videbantur.* Itaque hæc inimicis omnia imprecabantur: item quartum, ut haberet uxor mœchum. Ac formula quidem imprecandi, ista erat. οἰκοδομά σε λάβοι, καὶ ἀμβολὰ, ὦ, τὶππος· καὶ ἀ γυνά τοῦ, μοιχὸν ἔχοι. *Ædificatio te capiat, te agger, &*

equus: & uxor tua, mœchum habeat. Exstat apud eundem Suidam, in Δακνόμῳ. Καὶ γὰρ δὴ τῦτο οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐν κατάρας μέρει ἔθεσαν. ἔστι δὲ αὕτη. οἰκοδομά σε λάβοι, καὶ ἀμβολὰς, ὅ, τι ἵππος· καὶ ἀ γυνά τοῦ, μοιχὸν ἔχοι. ὡς τύτων πάντων δαπανηρῶν ὄντων, καὶ ἐπιζημίων. *Etenim hoc sanè Lacedæmonii in imprecationis parte posuerunt. Est autem ista. Ædificatio te capit, & agger, & equus: & uxor tua, mœchum habeat. Tanquam omnia ista sumptuosa sint, & damnosa.* Quæ totidem verbis iterum apud eundem habes, in Ἵππος, & Οἰκοδομή. Et hæc quidem inimicis imprecati: sibi verò quæ à deo, publicè juxtà ac privatim, sint precati, nunc dicendum. Illud erat: *Uti pulcra bonis adderent.* Nec quid aliud innuebant, quàm, se deos hoc rogare; *Ut virtutem fortunarent.* Plutarchus docet, in Laconicis Institutis. Εὐχὴ δ' αὐτῶν, Διδόναι τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ πλέον ἐδέν. *Precatio verò ipsorum erat; Uti pulcra bonis adderent: neque quicquam præter istud.* Plato, in Alcibiade II. Καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ἑκάστοτε πρὸς πλησίον εὐχὴ εὔχονται, Τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοὺς θεοὺς διδόναι κελεύοντες αὖ σφίσιν αὐτοῖς. πλεῖον δὲ ἐδεὶς· αὖ ἐκείνων ὀξαμβάνων ἀκήσφεν. *Et Lacedæmonii, cùm publicè tum privatim, semper, & ubique, simili ferè precatione utuntur, orantes deos, Uti pulcra bonis addant. Nec quid aliud præter hoc precantes eos quisquam audiat.* Et hæc precatio, ab oraculo Ammonis, cùm Athenienſium legati illud scitarentur, cur Lacedæmoniis faveret magis, quàm Græcis aliis universis, in responso, Εὐφημία, seu *Oratio honesta*, appellatur. Idem Plato, hanc legationem referens, in sequentibus mox verbis. Τὰ δὲ λέγε Ἄμμων. φησὶν αὖ, βέλεσθαι αὐτῷ τὼ Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν Ἑλλήνων ἱερά. *Hæc ait Ammon. Lacedæmoniorum honestam orationem sibi acceptiorem esse, quàm omnia Græcorum sacrificia.* Et addit Plato. Τὼ γὲν εὐφημίαν ἐκ ἄλλω μοι δοκεῖ λέγειν ὁ θεὸς, ἢ τὼ εὐχὼ αὐτῶν. ἔστι γὰρ τῷ ὄντι πολὺ διαφέρουσα τῶν ἄλλων. *Nec aliam mihi deus euphemiam, seu honestam orationem, dicere videtur, quàm precationem ipsorum. est enim reverâ aliis præstantior*

tior multo. Supplicium cùm sumere de quoquam vellent, noctu illud faciebant. Docet Cragius, ex Herodoto, & Valerio item Maximo, lib. IV. cap. x. Addo ego & Plutarchi in Agesilao locum, in quo idem observare est. Τῶν δὲ συστάντων ἐκείνων περὶ πεντεκαίδεκα τινὰς συλλαβὼν, νυκτὸς ἀπέκτεινεν. *Ex illis factiosis quindecim quosdam comprehensos, noctu occidit.* Noctu quoque de Agide rege supplicium sumptum, observare datur apud eundem Plutarchum, in ejus Vitâ. Fures minimè puniebant, nisi deprehensi essent. Accuratè id docet Cragius, lib. III. tab. VIII. instit. XII. Addo locum Sexti Empirici, contra Mathem. lib. III. cap. XXIV. Φασὶ δέ τινες, ὅτι καὶ οἱ Λάκωνες τοὺς κλέψαντας ἐκόλαζον, οὐ διὰ τὸ κεκλοφέναι, ἀλλὰ διὰ τὸ πεφωρᾶσθαι. *Aiunt verò quidam, etiam Lacedæmonios punire fures, non quòd furati, sed quòd deprehensi essent.* Cùm jurarent, per Dioscuros jurabant: & dicebant, Ναὶ τὼ σιώ. Aristophanes, in Pace.

——— κἂν εἰ μικρὸν οἱ Λακωνικοὶ
Ὑπερβάλοιντο μικρὸν, ἔλεγον αὖ παλιν·
Ναὶ τὼ σιὼ, νῦν Ἀττικίων δώσει δίκην.
——— *etenim siquidem Lacedæmonii*
Paullùm superiores fiant, ista dixerint:
Per Dioscuros, Atticio pœnas dabit.

Ubi Scholiastes. Τοὺς Διοσκούρους οἱ Λακεδαιμόνιοι σιοὺς ἔλεγον, ὡς Ἀθηναῖοι θεοὺς Δήμητρα, καὶ Περσεφόνην. *Dioscuros Lacedæmonii σιοὺς dicebant, ut Athenienses θεοὺς Cererem, Proserpinamque.* Et mulier Lacæna, apud eundem, in Lysistratâ.

——— ναὶ σιὼ,
Γυμνάσομαί γε. ———
——— *per Dioscuros,*
Exerceor. ———

Plutarchus, in Apophthegmatibus Laconicis. Μεγαλυνομένου τινὸς ἐπὶ τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ, εἶπέ τις Λάκων· Ἀλλὰ, νὴ τὼ σιὼ, τέχνης ἄνευ ἀληθείας ἤφθαι ἔστε ἐσὶν, ἔστε μή ποτε γένηται. *Gloriante quodam*

propter artem oratoriam, ait Laco quidam; Verùm, per Dioscuros, artem sine veritate consequi, neque est, neque erit unquam. Ipsum autem jurare, Ἀπαλοῖξαι dicebant. Hesychius. Ἀπαλοῖξαι, ὀμόσαι, Λάκωνες. *Lacones jurare,* Ἀπαλοίξαι *dicebant.*

CAP. IX.

Antequàm inirent pugnam, plenilunium observabant. Quàm antiqua lex hæc fuerit. Eurotas sprevit, & contemptum infelici pugnâ luit. Quando de hac abolendâ consultatum. Etiam festa observabant. Arabant, occidente Orione. idque Βοωτεῖν *dicebant. Literas non discebant, nisi quantum necessarium: multi, ne discebant quidem. Isocratis locus illustratus. Multi etiam, neque numerare nôrant. Nemini pro concione verba facere licebat, nisi qui esset triginta annorum. Peregrinos urbe arcebant, nisi diebus constitutis. Apsinis locus emendatus. In spectaculis, quemnam locum assignaverint. Liberos suos indurabant aquâ Taygeti. Vibii Sequestri error. Iique paternas semper artes exercebant, ac vilibus prohibebantur: verùm tibiâ canere, omnes discebant. Aurigandi, proprium habebant modum. Sortiebantur per digitos: idque Helenæ inventum.*

IN bellum non exibant ante plenilunium. Vide Cragium, lib. III. tab. XII. cap. II. Alii quoque illud tradunt: in quibus Pausanias, in Atticis. Φασὶν, ὡς πεμφθεὶη Φιλιππίδης ἐς Λακεδαίμονα ἄγγελος, ἀποβεβηκότων Μήδων ἐς τὴν γῆν· ἐπανήκων δ', Λακεδαιμονίοις ὑπερβαλέσθαι φαίη τὴν ἔξοδον· εἶναι γὰρ δὴ νόμον αὐτοῖς, μὴ πρότερον μαχεμοῦντας ἐξιέναι, πρὶν ἢ πλήρη τὸν κύκλον ἡ σελήνης γενέσθαι. *Aiunt, missum ad Lacedæmonios Philippiden, nuntiantem, irrupisse in Atticam Medos: ipsum autem revertentem retulisse, minùs maturè processuros Lacedæmonios: quippe lege prohiberi, ne in pugnam ante plenilunium progrediantur.* Meminit etiàm Scholiastes Aristophanis, Acharnensibus. Et huc pertinet proverbium, Λακωνικαὶ σελῆναι, *Laconicæ lunæ:* de quo Diogenianus, Cent. VI. Proverb. XXX. Fuit autem lex hæc longè vetustissima; tenuitque ante Eurotam, regum antiquissimorum ordine tertium: qui, contemnere eam ausus, crimen illud

illud infelici pugnâ luit. Obſervare eſt apud Plutarchum, De flum. ubi de Eurota agit. Λακεδαιμονίων πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον ἐχόντων, καὶ τῶν πανσέληνον ἑορτὴν ἀγόντων, Εὐρώτας, ὁ τῶν στρατηγὸς, καταφρονήσας πάσης δεισιδαιμονίας, συνέβαλε τῇ τάξιν, καίπερ ὑπὸ βροντῶν τε καὶ κεραυνῶν κωλυόμενος. ἀποβαλὼν δὲ τὸ στράτευμα, καὶ λύπῃ σχεθεὶς, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμὸν τὸν Ἵμερον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Εὐρώτας μετωνομάσθη. *Cùm Lacedæmoniis bellum eſſet adverſus Athenienſes, Eurotas, illorum imperator, ſpretâ omni ſuperſtitione, aciem commiſit, etſi fulgura fulminaque prohiberent. Sed, exercitu amiſſo, magno animi mœrore correptus, in flumen Himerum ſe conjecit: qui ab ipſo pòſt Eurotas nomine mutato dictus.* Poſt pugnam Marathoniam, de abolendâ eâ lege conſultârunt. Hermogenes, De Invent. lib. II. cap. Περὶ νόμων εἰσφορᾶς. Λακεδαιμόνιοι, μετὰ τὰ ἐν Μαραθῶνι, βουλόμενοι λῦσαι τὸν πανσελήνου νόμον. *Lacedæmonii, poſt res ad Marathonem geſtas, de abolendâ plenilunii lege deliberant.* Sicut autem plenilunia obſervabant, ita feſta. Scholiaſtes Thucydidis, lib. I. Αἰνίττεται εἰς τοὺς Λάκωνας, οἵτινες ἐν ἑορτῇ οὐκ ἐστράτευον. *Obſcurè hoc dicit in Lacedæmonios, qui die feſto in militiam non exibant.* Iſtuc pertinet, quòd Carneò menſe toto, quia ille feſtis plenus, à militiâ abſtinebant. Vide infrà, lib. III. cap. VIII. Arabant, occidente Orione; idque Βοιωτεῖν dicebant. Heſychius. Βοιωτεῖν, ἀροτριᾶν, ὅτε ὁ Ὠρίων δύνῃ, Λάκωνες. *Bœotèin, arare, cùm Orion occidit, Lacedæmonii.* Literas non diſcebant, niſi quantum neceſſe. Vide Cragium, lib. III. tab. VIII. cap. I. Plurimi verò, etiam planè non diſcebant. Sic Iſocratis in Panathenaico locum cenſeo intelligendum, ne iniquiorem juſto eum his exiſtimemus. Οὗτοι δὴ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) πόρρω τῶν ἄλλων ἀπολελειμμένοι τῆς κοινῆς παιδείας, καὶ φιλοσοφίας, εἰσὶν, ὥστε ὅτι γράμματα μανθάνουσιν. *Hi verò (Lacedæmonii) ita à communi inſtitutione, & philoſophiâ, ſunt deſtituti, ut ne literas quidem diſcant.* Sic plerique neque numerare nôrant. Teſtis Plato, in Hippiâ majore, ubi de Lacedæmoniis loquitur. οὐδὲ ἀριθμεῖν ἐκείνων

γε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πολλοὶ ἀπέστυπον. *Ne numerare quidem, ut sic dicam, multi illorum nôrunt.* Qui trigesimum ætatis annum nec dum implevissent, verba ad populum facere prohibebantur. Anonymus, in Argumento Libanianæ Declamationis XXIV. Νόμος ἐν Λακεδαίμονι, τὸν εἴσω τριάκοντα ἐτῶν μὴ δημηγορεῖν. *Lex erat Lacedæmone, ne quis, minor triginta annis, apud populum verba faceret.* Peregrinos urbe suâ prohibebant: uti multis docet Cragius, lib. III. tab. III. cap. III. Adde verba Syriani, in Hermogenem. Ἀθήνησι τὰ τῶν Ἀθηναίων, ἐν Λακεδαίμονι τὰ τῶν Λακεδαιμονίων ἁρμόττει γενέσθαι. ὅτε γὰρ ἐν Ἀθήναις ἐπαινησόμεθα τὴν ξενηλασίαν, ὅτε ἐν Λακεδαίμονι τὸ τοὺς ξένους ἐν τῇ πόλει δίδόναι μετοίκιον. *Athenis, quæ Athenienſium ſunt; Lacedæmone, quæ Lacedæmoniorum, fieri convenit. neque enim Athenis, laudabimus peregrinorum ejectionem; neque Lacedæmone, quòd in urbe peregrini dent pecuniam, pro inhabitatione ſolvi ab inquilinis ſolitam.* Eorum in peregrinos inhumanitatem perſtringit etiam Ariſtophanes: à quo Διφρωνόξενοι dicuntur, in Pace.

Καὶ ἔπειθον τὸν Λάκωνων τοὺς μεγίστους χρήμασιν,
Οἱ δ', ἅτ' ὄντες αἰσχροκερδεῖς, καὶ διφρωνόξενοι,
Τὸν δ' ἀποῤῥίψαντες, αἰσχρῶς τὸν πόλεμον ἀνήρπασαν.
Et perſuaſi Lacedæmoniorum maximis pecuniâ.
Hi verò, ut turpis lucri cupidi, & peregrinorum deceptores,
Hanc rejicientes, turpiter bellum arripuerunt.

Ad quem locum Scholiaſtes. Διφρωνόξενοι, ἐξαπατῶντες τοὺς ξένους, καὶ ψευδόμενοι δι' εἰρωνείας, καὶ ὑποκρίσεως. καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν ἐνταῦθα ἐποίουν. παρ' οἷς καὶ ἡ τῶν ξενηλασίας κεῖται νόμος. *Dieironoxeni, qui peregrinos fallunt, & mentientes per ironiam, ac ſimulationem. nec quid miri eâ in re faciebant. apud quos & de pellendis peregrinis lex lata erat.* Quæ totidem penè verbis Suidas, in Διφρωνόξενοι. Libanius, in Apologiâ Archidami, Declam. XXIV. Ἐπῄνουν ὃν τὸν νόμον μεθ' ἑαυτῶν, ὃς οὐκ ἐᾷ τοὺς ἐξ ἑτέρας τοῖς τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιμίγνυσθαι πράγμασι. ὅπως μὴ γνοῖεν, οἷς ἐπιμελές ἐστι τὰ τῶν Σπαρτιατῶν ἐπιτηρεῖν ἁμαρτήματα. *Laudabam verò apud meipſum legem, quæ*

quæ non permittit, ut negotiis Lacedæmoniorum peregrini se immisceant: ne cognoscerent, quibus curæ esset Spartæ peccata observare. Iterum, adversus Aristidem, pro saltatoribus, Orat. XIX. Πολλὰ γὰρ αὖ τ̃ διαφανῶς παρ' ἄλλοις ὑμωμένων, ἐκβεβλῆσθαι τ̃ Σπάρτης ὑπὸ τ̃ νόμων· οἷον αἱ τ̃ ξένων ὑποδοχαὶ, παντα χ̃ καλόν. *Multa enim eorum, quæ palàm alibi honorata, Spartâ ejecta esse: qualis est peregrinorum exceptio, quæ ubique honesta censetur.* Aristides, Oratione Platonicâ II. Καὶ ξενηλασίαν τοιαύτην τ̃ Ἑλλήνων ποιησόμεθα, ὅσην ἀκ' ἐν Λακεδαίμονί πω συμβᾶσαν ἀκούομεν. *Tantâ peregrinorum ejectione Græcos persequamur, quanta nunquam Lacedæmone contigisse est audita.* Eleganter ad amorem transtulit Philostratus, in Epistolarum quâdam. Μὴ Λακώνιζε, ὦ γύναι, μηδὲ μιμ̃ τ̃ Λυκοῦργον· ξενηλασίαν ἔρως ἐκ ἔχει. *Ne Laconicè agas, mulier, nec Lycurgum imiteris: amor peregrinos non ejicit.* Corrigendus est in hujus legis mentione Apsines, lib. De arte Rhet. cap. Περὶ διηγήσεως. Καὶ πάλιν ὁ Λυκοῦργος, θεὶς τ̃ τ̃ ξενηλασίας νόμον, κρίνεται. *Ac rursum Lycurgus, quòd de peregrinis ejiciendis legem tulerit, accusatur.* Admodùm corruptè editur, πάλιν ὁ Λικοῦργος θεὶς. Non tamen omninò peregrinos urbe arcebant, verùm quibusdam diebus admittebant. Scholiastes Aristophanis, ad citatum statim locum. Ἦσαν γὰ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) κ̀ πρὸς τὰς ξένας ἀπάνθρωποι. κ̀ ἐκ ἐξὸν ξένῳ τινὶ ἀεὶ τ̃ Σπάρτης ἐπιβαίνειν, ἀλλ' ὡρισμέναις ἡμέραις. *Erant verò (Lacedæmonii) etiam in peregrinos inhumani: nec cuiquam peregrino quovis tempore Spartam ingredi licebat, sed diebus constitutis.* Quæ ibidem totidem quoque verbis Suidas. Certè festis, minimè prohibebantur: &, spectaculis adhibiti, sub umbrâ collocabantur; cùm Lacedæmonii ipsi locum quemvis, fortè oblatum, occuparent. M. Antoninus Imp. lib. XI. Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν ξένοις, ἐν τοῖς θεωρίαις, ὑπὸ τ̃ σκι̃ τὰ βάθρα ἐπίθεσαν. αὐτοὶ δ', ὃ ἔτυχεν, ἐκαθέζοντο. *Lacedæmonii, peregrinis quidem, in spectaculis, sub umbrâ sedem tribuebant; ipsi verò, quovis loco, & quem fortè nacti essent, considebant.* Cùm verò illic agerent, reip. se negotiis

tiis immiscere minimè permittebantur. Rem, & causam, exponit Libanius, in Apologiâ Archidami, Declam. XXIV. Ἐπῄνεν ὁ τὸν νόμον καθ' ἑαυτὸν, ὃς οὐκ ἐᾷ τοὺς ἐξ ἑτέρας τῆς τῶν Λακεδαιμονίων διαμίγνυσθαι πράγμασιν· ὅπως μὴ γνοῖεν, οἷς διαμελές ἐστι τὰ τῶν Σπαρτῶν διαπηρεῖν ἁμαρτήματα. *Laudabam verò apud meipsum legem, quæ non permittit peregrinis, se negotiis Lacedæmoniorum immiscere: ne cognoscerent, quibus curæ esset observare Spartæ peccata.* Liberos suos indurabant aquâ fluminis Taygeti. Vibius Sequester, De Flum. *Taygeta, Laconices: ubi filios suos moris habent durare frigore aquæ.* Verùm errat vehementer: nam Taygeta mons erat, non fluvius. Sed præterfluebat Eurotas: in quo factum id, quod dicit. Silius, lib. VI.

——— *vellem, hunc, ô tristia nobis,*
Taygeta, hunc unum non durassetis opacis
Eurotæ ripis. ———

Seneca Rhetor. Suas. II. *Hanc (Spartam) Eurotas amnis circumfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam.*

Iidem paternas semper artes exercebant: ita ut præcone præco, tibicine tibicen, coquo coquus, & sic porrò, nasceretur. Herodotus, lib. VI. Συμφέρονται δὲ καὶ τάδε Αἰγυπτίοισι Λακεδαιμόνιοι. οἱ κήρυκες αὐτέων, καὶ αὐληταὶ, καὶ μάγειροι, ἐκδέκονται τὰς πατρῴας τέχνας. καὶ αὐλητὴς τε αὐλητέω γίνεται, καὶ μαγείρῳ μαγείρου, καὶ κῆρυξ κήρυκος. ἐκ δὲ λαμπροφωνίης διαθήμοι ἄλλοι σφέας ἐκβαλέονται, ἀλλὰ καὶ τὰ πάτρια διατελέουσι. *Congruunt verò etiam in his Lacedæmonii cum Ægyptiis; quòd eorum præcones, & tibicines, & coqui, in paterna artificia succedunt: & tibicen è tibicine nascitur, & coquus ex coquo, & præco ex præcone. neque ulli, propter vocis claritatem aliis insidiantes, seipsos ingerunt, sed in paterno opere perseverant.* Quæ quantumvis eo modo se haberent, opificium tamen vile, & manuarium, nemo discere sinebatur. Polyænus, in strategemate septimo Agesilai, lib. II. Λακεδαιμονίων δὲ ἀδεὲς. ἀπείρητον γὰρ αὐτοῖς, τέχνῃ βάναυσον ἐργάζεσθαι. *Lacedæmoniorum verò nullus: siquidem illi artem vilem exercere vetabantur.*

bantur. Plura de re istâ vide apud Cragium, lib. III. tab. VIII. cap. II. Quod ad tibiam verò attinet, omnes canere hâc discebant. Athenæus, lib. IV. Χαμαιλέων γοῦν ὁ Ἡρακλεώτης, ἐν τῷ ὑπογραφομένῳ προτρεπτικῷ, Λακεδαιμονίους, φησὶ, καὶ Θηβαίους, πάντας αὐλεῖν μανθάνειν. *Chamæleon itaque Heracleota, in Protreptico, quem inscripsit, Lacedæmonios, ait, & Thebanos, omnes tibiâ discere.* Habebant verò proprium aurigandi modum. Observare est apud Pollucem, lib. I. cap. X. sect. IX. Καλεῖται δέ τις λιβυκὴ διφρεία· ἡ δὲ, περσικὴ· ἡ δὲ, λακωνική. *Vocatur verò quidam aurigandi modus, Libycus; quidam verò, Persicus; quidam autem, Laconicus.* Sortiebantur per digitos: eamque rem prima inveniisse Helena dicitur. Ptolemæus Hephæstionis F. Nov. Hist. lib. IV. Ἑλένη πρώτη ἐπενόησε τὸ διὰ δακτύλων κλῆρον, καὶ Ἀλεξάνδρῳ λαχεῖσα ἐνίκησε. *Helena prima excogitavit sortitionem per digitos; & cum Alexandro sortiens, vicit.*

CAP. X.

Triplex chorus, per ætates distributus. Viri eruditi error, qui Lycurgum auctorem facit; & Pollucis, qui Tyrtæum. Plutarchi locus restitutus: item Apostolii, Diogeniani, & Zenobii. Chorus puerorum, Γαλκάδας dictus. Σαρσίτης Χορὸς, *ad molam saltans. Laconistarum chori quadrati.*

TRiplex apud ipsos chorus erat, per ætates distinctus; puerorum, virorum, ac senum: quem Tyrtæum memorant instituisse. Pollux, lib. IV. cap. XV. Τριχορίαν δὲ, Τυρταῖος ἔστησε, τρεῖς Λακώνων χορὰς, καθ' ἡλικίαν, ἑκάστῳ, παῖδας, ἄνδρας, γέροντας. *Trichoriam autem, Tyrtæus instituit, tres Laconum choros, juxta ætatem singulos, pueros, viros, senes.* Nam, quod & Lycurgum hîc auctorem nominat vir doctus, ex Plutarcho, valdè fallitur: neque enim id usquam dicit, ubi rei hujus meminit. Ac primùm in ipsius Vitâ, ubi de his tribus choris valdè accuratè agit, ista ecce ejus verba. Τριῶν χορῶν

κ᾽ τὰς ἡλικίας συνισταμένων ἐν τῇς ἑορτῇς, ὁ μὲν γερόντων, ἀρχόμενος, ἤδεν·

Ἄμμες πόκ᾽ ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.

ὁ δὲ τ᾽ ἀκμαζόντων ἀμείβόμενος, ἔλεγεν·

Ἄμμες δέ γ᾽ εἰμέν· αἰ δ᾽ ἐς λῆς, πεῖραν λάβε.

ὁ δὲ τρίτος, ὁ τ᾽ παίδων·

Ἄμμες δέ γ᾽ ἐσόμεθα πολλῷ κάρρονες.

Cùm tres chori in festis juxta ætates constituti essent, qui senum erat, incipiens, canebat;

Nos olim eramus bellicosi juvenes.

Juvenum verò chorus, excipiens, dicebat;

At nos sumus: si vis, fac periculum.

Tertius autem, qui è pueris constabat;

Nos verò erimus multò fortiores.

Iterum, in Institutis Laconicis. Τριῶν δ᾽ ἐν χορῶν ὄντων, κατὰ τὰς τρεῖς ἡλικίας, καὶ συνισταμένων ἐν τῇς ἑορτῇς, ὁ μὲν τ᾽ γερόντων, ἀρχόμενος, ἤδεν· & quæ sequuntur. *Cùm tres itaque chori essent, juxta tres ætates, & in festis constituerentur; qui senum erat, incipiens, canebat;* &c. Rursum, in libro, Quomodò se quis laudare possit citra invidiam.

Τῶν ἐν Λακεδαίμονι χορῶν ἄδουσιν οἱ μὲν τ᾽ γερόντων·

Ἄμμες πό᾽ ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι.

οἱ δὲ τ᾽ παίδων·

Ἄμμες δέ γ᾽ ἐσόμεθα πολλῷ κάρρονες.

οἱ δὲ τ᾽ νεανίσκων·

Ἄμμες δέ γ᾽ εἰμέν. αἰ δ᾽ ἐς λῆς, ἀγωνίσθεο.

Ex choris, qui Lacedæmone sunt, senes quidem canunt;

Nos olim eramus bellicosi juvenes.

pueri verò;

At nos erimus multo fortiores.

juvenes autem;

Sed nos sumus: si vis, videto.

Ubi librarius festinans temerè confudit ordinem; & juvenes postre-

postremo loco collocavit, quos secundo debuisset; pueros, quos ultimo oportuisset, in secundo memoravit: ac restituendum censeo. quippe primus chorus, senum; alter, juvenum; tertius demum, ultimusque, puerorum, juxta honorem ætatis censebatur. Et sic rectè est apud eundem hunc Plutarchum, in duobus aliis locis, quos produxi. Verùm, uti nec Lycurgus horum auctor dici potest, qui hos ante se invenit in rep. Spartanâ, ita nec Tyrtæum rectè Pollux statuit, qui haud paullo ipso etiam Lycurgo junior erat. Sed, quod in Lycurgi Vitâ, in verbis chori juvenilis, πεῖραν λάβε, est, in duobus his postremis locis est, ἀϋγάσδεο: quod omninò, ut pote magis Laconicum: cujus glossa est, πεῖραν λάβε: & in textum, uti sæpè usu venit, pòst irrepsit. Eodem modo factum est in Apostolio: &, πεῖραν λάβε, pro ἀϋγάσδεο, textum occupat: etsi non turbato ordine. Vide eum, Cent. III. Proverb. VI. Nimis corruptè apud Diogenianum exstat: ubi servato verbo ἀϋγάσδεο, quanquam admodum vitiato, glossa insuper etiam in textum irrepsit. Ecce enim, Cent. II. Proverb. XXX. Ἄμμες πο᾽ ἦμεν. Λακωνικὴ παροιμία· αἰνὶ Ξ, Ἠμεῖς πο᾽ ἦμμν. τριῶν γὰρ χορῶν ὄντων, ὁ μὲν τῶν παλαιῶν, τοῦτ᾽ ἔλεγεν· ὁ δὲ τῶν νεωτέρων, οἳ ἀκμαζόντων, Ἄμμες δέ γ᾽ ἦμμν (αἰ δὲ ὄπι ἐαὶ βλέπῃ πόθε λῆις ἀϋγάσδεο.) ὁ δὲ τῶν νηπίων, οἳ ὄπω ἀκμαζόντων, Ἄμμες δέ γ᾽ ἐσόμεθα πολλῶν κάρρονες. Restituo, ad istum modum. Ἄμμες πκ᾽ ἦμες. Λακωνικὴ παροιμία, ἀντὶ Ξ, Ἠμεῖς πο᾽ ἦμεν. Et mox. Ἄμμες δέ γ᾽ ἐμὲν. αἰ δὲ λῆς, ἀϋγάσδεο. οἱ δὲ τῶν νηπίων, οἳ ὄπω ἀκμαζόντων, Ἄμμες δέ γ᾽ ἐσόμεθα πολλῷ κάρρονες. Quæ parenthesi inclusa, sic emendo; & rescribo totum locum. Ἄμμες δέ γ᾽ ἐμέν. αἰ δὲ λῆς, (ὅ ἐστι, ἐαὶ θέλῃς,) ἀϋγάσδεο. (βλέπε πόδε.) Zenobius, non tam corruptè, quàm truncatè, Cent. I. Proverb. LXXXII. Ἄμμες πο᾽ ἦμες. Λακωνικὴ ἡ παροιμία. οἱ γὰρ πρεσβύτεροι ἐν Λακεδαίμονι χορεύοντες, τοῦτο ἔλεγον, Ἄμμες πο᾽ ἦμες. αἰνὶ Ξ, Ἠμεῖς πο᾽ ἦμμν. *Nos quondam fuimus. Laconicum proverbium. Seniores enim, Lacedæmone saltantes, hoc dicebant:* Ἄμμες πο᾽ ἦμες,

pro, Ἡμεῖς ποθ' ἦμεν. *Nos olim eramus.* Quanquam tamen etiam legendum ibi est, πὰκ' ἦμες. nam Lacones, sicut Dorienses cæteri, πὰκα, pro ποτὲ, dicebant. Ad triplicem hanc saltationem respexit Libanius, Pro saltatoribus. Orat. XIX. Ἐν Λακεδαίμονι γὰρ, αἱ μὲν ἄλλαι πράξεις τῆς ἡλικίαις διήρηντο· τὸ δὲ ὀρχεῖσθαι, διὰ πάντων ἤρχετο. καὶ τοῦτο περιέλαβε γέροντάς τε ὁμοῦ καὶ παῖδας, καὶ τοὺς ἐν μέσῳ. *Lacedæmone enim, aliæ quidem actiones, ætatibus distinctæ erant; verùm saltatio, per omnes ibat: atque comprehendit senes, una cum pueris, quique inter istos medii.* Puerorum verò chorus, ut hoc quoque nunc hîc moneam, Ὑάλκαδαι dicebatur. Hesychius. Ὑάλκαδαι, χοροὶ παίδων, Λάκωνες. *Hyalcadæ, chorus puerorum, Lacones.* Denique, præter tres istos, quidam chorus etiam Σαρσίτης dictus, choreas ad molam agitans. Idem Hesychius. Σαρσίτης χοροὶ πρὸς μύλον ποιούμενοι τὴν χορείαν, Λάκωνες. *Sarsitæus chorus, ad molam faciens choream, Lacones.* Illud denique hîc dicendum, quod refertur ab Athenæo, Laconistas quadratis choris cecinisse. Ecce verba, lib. IV. Οἱ δὲ λεγόμενοι Λακωνισταὶ, φησὶν ὁ Τίμαιος, ἐν τετραγώνοις χοροῖς ᾖδον. *Qui verò Laconistæ dicebantur, ait Timæus, quadratis choris canebant.*

CAP. XI.

Carmina Laconum qualia. Ἐμβατήριον, *quod &* Μεσσηνιακὸν, *&* Ἐνόπλιον, *appellatum: constans ex anapæstis, & spondeis: Lesbiis,* Ἀδώνιον *dictum. Quin & tibiæ ad hoc ipsum habitæ peculiares,* Ἐμβατήριοι αὐλοὶ *inde nominatæ. Aliud,* Βακχικὸν *dictum, &* Ἀσσαβικὸν: *ejusque origo.* Λακωνικὸν *denique, quod Alcmani usitatum.*

CArmina eorum erant sic composita, uti animos ad virtutem excitarent. Elegans de iis est Plutarchi locus, in Lycurgo. Ἡ δὲ περὶ τὰς ᾠδὰς, καὶ τὰ μέλη, παίδευσις ἐχόντων ἐστὶ δάζεσθαι ἐν τοῖς λόγοις δύναμίας, καὶ καθαρότητος· ἀλλὰ καὶ τὰ μέλη κέντρον εἶχεν ἐγερτικὸν θυμοῦ, καὶ πρόσφορον ὁρμῆς ἐνθουσιώδους, καὶ πραγματικῆς·

κῆς· καὶ ἡ λέξις ἁπλῶς ἀφελὴς, καὶ ἄθρυπτος, ὅπου πράγμασι σεμνοῖς, καὶ ἠθοποιοῖς. ἔπαινοι γὰρ ἦσαν ὡς τὰ πολλὰ τῶν τεθνηκότων ὑπὲρ τῆς Σπάρτης, καὶ εὐδαιμονιζομένων, καὶ ψόγοι τῶν τρεσάντων, ὡς ἀλγεινὸν, καὶ κακοδαίμονα, βιόντων βίον. ἐπαγγελία τε καὶ μεγαλαυχία πρὸς ἀρετὴν, πρέπουσι τοῖς ἡλικίαις. *Porrò elegantiam cantilenarum, & carminum, non secus atque orationis cultum, & puritatem, affectabant. Sed inerat & carminibus aculeus, qui excitaret animos, atque inflammaret, quasi impetu fanatico, & alacritate. Dictio erat simplex, & minimè mollis, de rebus gravibus, & mores informantibus. quippe laudes ferè erant eorum, qui pro Spartâ obiissent, & beati prædicabantur; ac convitia in trepidos, quique metu aciem deseruissent, ceu viventes vitam tristem, & infaustam: tum professio, & gloriatio ad virtutem, quæ ætatibus conveniret.* Iterumque, & iisdem ferè verbis, in Laconicis Institutis. Ἐσπουδάζετο δὲ καὶ περὶ τὰ μέλη, καὶ τὰς ᾠδὰς, οὐδὲν ἧττον. κέντρον γὰρ εἶχε ταῦτα, ἐγερτικὸν θυμοῦ, καὶ φρονήματος, καὶ ἐνθουσιαστικὸν ὁρμῆς ἐνθουσιώδους, καὶ πρακτικῆς. καὶ ἡ λέξις, ἁπλῶς ἀφελὴς, καὶ ἄθρυπτος. οὐδὲν γὰρ ἕτερον εἶχεν, ἢ ἐπαίνους τῶν γεννικῶς ζησάντων, καὶ ὑπὲρ τῆς Σπάρτης ἀποθανόντων, καὶ εὐδαιμονιζομένων· καὶ ψόγους τῶν τρεσάντων, ὡς ἀλγεινὸν, καὶ κακοδαίμονα, βιόντων βίον. *Modulationibus quoque, & cantilenis, non minus impendebant studii: quæ stimulum haberent, ad excitandum animum, & sapientiam; impetumque, & quasi instinctum quendam divinum, ad agendum ingenerarent. dictio simplex erat, & minimè mollis. nec quid aliud continebant, quàm laudes eorum, qui fortiter vixissent, & pro Spartâ mortui essent, ac beati prædicarentur: tum eorum vituperia, qui in acie trepidassent; ceu qui tristem, & infelicem, vitam degerent.* Inter cætera prædicatur, quod dicebant EMBATHPION: quo ad pugnam inchoandam accendebantur. Meminit ibidem Plutarchus, in sequentibus statim verbis. Καὶ οἱ ἐμβατήριοι δὲ ῥυθμοὶ, παρορμητικοὶ πρὸς ἀνδρείαν, καὶ θαρραλεότητα, καὶ ὑπερφρόνησιν θανάτου· οἷς ἐχρῶντο ἔν τε χοροῖς, καὶ πρὸς αὐλὸν ἐπάγοντες τοῖς πολεμίοις. *Embaterii verò moduli, ad fortitudinem, & audaciam, ac contemptum item mor-*

tis, *animabant: quibus utebantur cùm in choreis, tum ad tibiam ducentes in hostes.* Iterum, in Lycurgi Vitâ. Καὶ τὰς ἐμβατηρίους ῥυθμοὺς ἀναλαβὼν, οἷς ἐχρῶντο πρὸς τὸν αὐλὸν ἐπάγοντες τοῖς πολεμίοις, ὁ κακῶς ἠγήσατο, καὶ τὸ Τέρπανδρον, καὶ τὸ Πίνδαρον, τὴν ἀνδρείαν τῇ μουσικῇ συνάπτειν. *Ac qui embaterios modulos ceperit, quibus utebantur, cùm ad tibiam hostes invaderent, non malè existimaverit, Terpandrum, & Pindarum, fortitudinem musicæ consociare.* Scholiastes Thucydidis, lib. v. Νόμους πολεμικοὺς λέγει τὰ ἄσματα, ἅπερ ᾖδον οἱ Λακεδαιμόνιοι, μέλλοντες μάχεσθαι. ἐκάλουν δὲ ἐμβατήρια. *Leges bellicas dicit carmina, quæ canebant Lacedæmonii, pugnam inituri. vocabant verò embateria.* Meminit strictim Dion Chrysostomus, De regnò, Orat. II. Ἔτι δ' οἶμαι, τὴν φιλακολουθικὴν, οἷα τὰ Λακωνικῶν ἐμβατηρίων, μάλα πρέπουσαν τῇ Λυκούργου πολιτείᾳ. *Insuper etiam puto, adhortatoriam, ut Laconicorum embateriorum, valde reip. Lycurgi congruentem.* Maximus Tyrius, Dissert. VII. Καλὸν μὲν Λακεδαιμονίοις τὸ ἐμβατήριον. *Pulcrum quidem Lacedæmoniis est embaterium.* Designat istud, & si non dicat, Thucydides, lib. v. Καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἐγίγνετο. Ἀργεῖοι μὲν, καὶ οἱ ξύμμαχοι, ἐντόνως, καὶ ὀργῇ χωροῦντες. Λακεδαιμόνιοι δὲ, βραδέως, καὶ πρὸς αὐλητῶν πολλῶν, νόμῳ ἐγκαθεστώτων. οὐ θείου χάριν, ἀλλ' ἵν' ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προέλθοιεν, καὶ μὴ διασπασθείη αὐτοῖς ἡ τάξις. *Atque post hæc fit concursus. Et Argivi quidem, sociique, vehementer, & iratè contendentes; Lacedæmonii verò, lentè, & ad cantum tibicinum, qui ex lege multi ipsis interpositi: non divinæ rei gratiâ, sed ut æquabili gradu cum modulatione incederent; &, ne ordo turbaretur.* Ubi Scholiastes. Νόμους πολεμικοὺς λέγει τὰ ἄσματα, ἅπερ ᾖδον οἱ Λακεδαιμόνιοι, μέλλοντες μάχεσθαι. ἐκάλουν δὲ ἐμβατήρια. *Modulos bellicos vocat carmina, quæ Lacedæmonii pugnaturi canebant. vocabant autem embateria.* Constabat autem embaterium istud carmen anapæstis præcedentibus, & sequentibus spondeis: etiam MESSENIACUM dicebatur. Marius Victorinus, Artis Gramm. lib. II. *Cujus mensuræ est hoc quoque metrum, quod Messeniacum appellatur: & est, ut suprà, trimetrum*

cata-

catalecticum in syllabâ. verùm eo distat, quòd anapæstis præcedentibus, & spondeis sequentibus, habet factas conjugationes, & postremam syllabam brevem. Idem & Embaterium dicitur; quod & proprium carmen Lacedæmoniorum. Id in præliis, ad incentivum virium, per tibias canunt, incedentes ad pedem, ante ipsum pugnæ initium. De anapæstis, eo in carmine usitatis, etiam testatur Cicero, Tusc. Quæst. lib. II. *Militiam verò nostram dico, non Spartiatarum: quorum procedit ad modum, ac tibiam; nec adhibetur ulla sine anapæstis pedibus hortatio.* Et Valerius Maximus, lib. II. cap. VI. *Ejusdem civitatis (Spartanæ) exercitus non antè ad dimicandum descendere solebant, quàm tibiæ concentu, & anapæsti pedis modulo, cohortationis calorem animo traxissent: vegeto, & crebro, ictus sono strenuè hostem invadere admoniti.* Paüsanias, de Tyrtæo, hujus carminis auctore, cùm ad Lacedæmonios accessisset, missus ab Athenienſibus. Καὶ ἐλεγεῖα, ᾗ τὰ ἔπη σφίσι τὰ ἀνάπαιστα ᾖδεν. *Et elegias, & anapæstos ipsis versus canebat.* Hoc ENOPLIUM etiam dictum. Athenæus, lib. XIV. Πολεμικοὶ δ' εἰσὶν οἱ Λάκωνες, ὧν ᾗ ἡ οἱ τὰ ἐμβατήρια μέλη ἀναλαμβάνουσιν, ἅπερ ᾗ Ἐνόπλια καλεῖται. *Bellicosi verò sunt Lacedæmonii, quorum etiam filii addiscunt carmina embateria, quæ Enoplia quoque dicuntur.* Etiam CASTOREUM. Plutarchus, lib. De Musicâ. Οἱ μὲν αὐλοῖς ἐχρῶντο, καθάπερ Λακεδαιμόνιοι, παρ' οἷς τὸ Καστόρειον καλούμενον ηὐλεῖτο μέλος, ὁπότε τοῖς πολεμίοις ἐν κόσμῳ προσιέναι μαχεσόμενοι. *Hi quidem tibiis utebantur, ut Lacedæmonii: apud quos pugnaturis, in hostem compositò ordine euntibus, Castroreum, quod vocabant, carmen tibiâ præcinebatur.* Meminitque ejus iterum, in Lycurgo: & Pollux, lib. I. cap. X. sect. I. Scholiastes Pindari, Pyth. Od. II. Lesbii, ADONIUM appellaverunt. Hesychius. Ἀδώνιον, τὸ ᾠδὸν τοῖς Λάκωσιν αὐληθὲν ἐμβατήριον, ὅπερ ὕστερον ᾠδὸν Λεσβίοις ὠνομάσθη. *Adonium, embaterium, quod, apud Lacones tibiâ cani solitum, posteà à Lesbiis sic nominatum est.* Habitæ autem ad hoc ipsum tibiæ peculiares, Ἐμβατήριοι αὐλοὶ, *Embateriæ tibiæ*, appellatæ. Pollux, de variis tibiæ gene-

generibus agens, lib. IV. cap. X. sect. III. Ἔνιοι δὲ καὶ ἐμβατηρίους αὐλοὺς ὠνόμαζον, τοὺς ἐπὶ τοῖς πολεμίοις. *Nonnulli verò etiam embaterias tibias nominabant, quibus hostem aggressuri utebantur.* Et nimirum sunt hæ ipsæ, quas & incentivum aliquod habuisse existimârunt. Plinius, in Panegyrico. *Non tubæ solùm, sed etiam Spartanæ tibiæ incentivum aliquid feruntur habuisse.* Unde autem mos ad tibiam inchoandæ pugnæ natus, quæque origo carminis embaterii fuerit, discere est ex Polyæno, lib. I. Προκλῆς, καὶ Τήμενος, Ἡρακλεῖδαι, Εὐρυσθείδαις, κατέχουσι τὴν Σπάρτην, ἐπολέμουν. Ἡρακλεῖδαι μὲν δὴ ἔθυον τῇ Ἀθηνᾷ τὰ ὀρείων ὑπερβατήρια. Εὐρυσθεῖδαι δὲ, ἄφνω εἰς μάχην παρεσκευάσθησαν. ἃ μὲν οὖν ἤρων Ἡρακλεῖδαι, ἀλλὰ τοὺς αὐλητὰς, ὡς εἶχον, ἡγεῖσθαι κελεύουσιν. οἱ μὲν, τοῖς αὐλοῖς ἐμπνέοντες, ἡγοῦντο. οἱ δὲ ὁπλῖται, πρὸς τὸ μέλος, καὶ τὸν ῥυθμὸν, ἐμβαίνοντες, ἄῤῥηκτοι τὴν τάξιν ἐγένοντο, καὶ τοὺς πολεμίους ἐνίκησαν. ἡ πεῖρα ἐδίδαξε τοὺς Λακωνας, τὸν αὐλὸν ἀεὶ ἔχειν στρατηγὸν ἐν τοῖς μάχαις. αὐλὸς δὲν ἡγεῖται Λακώνων, εἰς πόλεμον ἰόντων, καὶ τὸ ἐμβατήριον αὐλὸς ἐνδίδωσι τοῖς μαχομένοις. *Procles, & Temenus, Heraclidæ, cum Euryslhidis, Spartam tenentibus, bellum gerebant. Heraclidæ quidem, quòd transgressi montes essent, Minervæ sacra faciebant: Euryslhidæ verò, repentè in pugnam ruebant. Nihil contendebant Heraclidæ; sed tibicines, uti erant, præcedere jubent: milites verò, ad cantum, & modulum, incedentes, integrum servabant ordinem, & hostem vincebant. Docuit experientia Lacedæmonios, tibiam in pugnâ semper ducem habere. itaque in bellum euntes Lacedæmonios præit tibia, & pugnantibus tibia embaterium inflat.* Erat insuper, quod ΒΟΥΚΟΛΙΚΟΝ appellabant, pastorale. De quo, uti & origine, ita Diomedes refert, lib. III. *Bucolica dicuntur poëmata, secundùm carmen pastorale composita. Instituta autem sunt, sicut quidam putant, in Laconiâ; vel, ut alii, in Siciliâ. nam inter Lacedæmonios, & Siculos, varia fuit conditio. Sed, quod ad Laconas pertinet, hæc eorum fuit origo. Quo tempore, adventante Xerxe in Græciam, omnes, desertâ Laconiâ, metu Barbarorum perterriti, in diversas partes fugisse creduntur: &, cùm virgi-*

virgines timore laterent, ex hoc eveniſſe, ut eo die, quo ſolitus erat chorus virginum Dianæ Caryatidi hymnum canere, nemo ad ſolemne ſacrum inveniretur. Tunc itaque paſtores ex rure in urbem convenerunt; &, ne ritus ſacrorum interrumperetur, paſtorali carmine compoſito, deæ honorem celebraverunt: unde etiam Βουκολισμὸς *dictus.* Servius, in Bucolica Virgilii. *Bucolica, ut ferunt, dicta à cuſtodiâ boum, id eſt,* ἀπὸ τῶν βουκόλων. *Hujus autem carminis origo varia eſt. Nam alii dicunt, eo tempore, quo Xerxes, Perſarum rex, invaſit Græciam, cùm omnes intrà muros laterent, nec poſſent, more ſolito, Dianæ ſacra perſolvi, perveniſſe ad montes Laconas ruſticos, & in ejus honorem hymnos dixiſſe. Unde natum carmen Bucolicum ætas poſterior elimavit.* Hoc ipſum quoque ΑΣΤΡΑΒΙΚΟΝ dictum. Valerius Probus, De bucolici carminis ratione. *Bucolicorum omnis origo triplex eſſe fertur. Primùm à Lacedæmoniis. Nam, cùm Xerxes Græciam affectaret, & terribilis eſſet, relictis civitatibus, omnis Græciæ gens in diverſa loca refugerunt. Pòſt, cùm apud Marathonem victus receſſiſſet, Lacedæmoniis reverſis in Peloponneſum, religioſior fuit cura Dianæ Caryatidis colendæ. Nam fortè ipſo die reverterunt in patriam victores, quo fieri ſacra eidem deæ competebat. Sed, quoniam præſentia virginum deeſſet, quæ ea celebrare conſueverant, ne ſacrificium intermitteretur, paſtores ex vicinis agris contraxerunt, & per eos ſacra expedierunt, adhibitis carminibus etiam ruſticis. Ritum autem ſacrorum, Bucolicon appellârunt: non quoniam ſolùm boum paſtores ipſi fuerint, ſed quoniam boves pecora præſtarent magnitudine. Hoc idem carmen, Aſtrabicon dictum eſt; à formâ ſedilis, quo advecti fuerant, qui illa cantaturi erant. Sunt autem aſtraba, vehicula: dicta* παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι. Denique, erat & ΛΑΚΩΝΙΚΟΝ quod vocabant, anapæſticum, Alcmani, poëtæ Laconi uſitatum. Demetrius Triclinius, De metris Sophoclis. τὸ δὲ παρὸν μέτρον, ἀναπαιστικόν ἐστι, Λακωνικὸν καλούμενον, διὰ τὸ τὸν Λάκωνα Ἀλκμᾶνα πολλῷ τούτῳ χρήσασθαι. *Hoc verò præſens metrum, anapæſticum eſt; Laconicum, quòd Lacon Alcman eo plurimùm uteretur.*

V CAP.

CAP. XII.

Saltationes variæ: inter quas excellit pyrricha; quam ab anno ætatis quinto pueri discebant. Hæc à Dioscuris tradita, qui acceperant à Minervâ: vel, ut quidam, à Pyrrhicho Lacedæmonio, aut Cretensi. Pollucis locus restitutus. Veterum Auctorum hîc dissidium conciliatum. Caryatis; quam & ipsam Dioscuri docuere: Caryis agitari solita, in Dianæ Caryatidis honorem, à virginibus, ac quotannis. Viri docti error geminus indicatus. Sigillum Clearchi. Βίβασις, & ea qualis: Aristophanisque locus illustratus. Leonidas, & Callicratidas.

SAltatio quoque aliqua eorum fuit: meminitque Stephanus, in Λακεδαίμων. Ἔστι καὶ ὄρχησις Λακωνικὴ, ὡς ἐν τῷ περὶ Μαντινείας εἰρήσεται. *Est etiam saltatio Laconica; ut dicam, cùm de Mantineâ agam.* Eustathius, ad Iliad. β'. Ἔστι δὲ καὶ κλεὶς Λακωνικὴ, καινοπρεπὴς. καὶ εἶδος δὲ ὑποδήματος, καὶ ὀρχήσεως. *Est verò etiam clavis Laconica, peculiaris quædam. est & genus calcei, ac saltationis.* Philostratus, lib. IV. cap. VII. Εἰ ὡς γὰρ Λακωνικὴ αὕτη ὄρχησις, εὖ γε οἱ στρατιῶται. *Si enim Laconica quidem hæc saltatio est, rectè sanè milites.* Quintilianus, Instit. Orat. lib. I. cap. XI. *Nam Lacedæmonios quidem etiam saltationem quandam, tanquam ad bella quoque utilem, habuisse inter exercitationes accepimus.* Intelligit autem pyrrhicham: quam saltare pueri discebant statim ab ætatis anno quinto. Athenæus id nos docet, lib. XIV. Παρὰ μόνοις δὲ Λακεδαιμονίοις διαμένει προγύμνασμα ὄσα (ἡ πυρρίχη) ἐν πολέμῳ. ἐκμανθάνουσί τε πάντες ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀπὸ πέντε ἐτῶν πυρριχίζειν. *Apud solos verò Lacedæmonios manet (pyrrhicha,) ceu quæ sit præexercitamentum belli. omnesque Spartæ, postquàm nati annos quinque, pyrrhicham saltare discunt.* Et hanc, non minùs quàm Cretenses, propriam sibi vendicabant: ac Minervam memorabant Dioscuros docuisse. Observare est apud Scholiasten Pindari, Pyth. Od. II. ὁ δὲ Ἐπίχαρμος, τὴν Ἀθηνᾶν φησὶ τοὺς Διοσκούρους τὸ ἔνοπλον νόμον ἐπαυλῆσαι. *Epicharmus verò refert, Miner-*

nervam Dioscuris modulum armatum tibiâ accinuisse. Quæ eadem habes apud Athenæum, in ipso fine libri IV. Hinc est, quod Aristides dicit, Oratione in Minervam. Διόσκυροι δ' ὑπ' αὐτῇ (τῇ Ἀθηνᾷ) πυῤῥιχίζουσι. *Dioscuri verò sub ipsâ (Minervâ) pyrrhicham saltant.* Eustathius, solum Castorem nominat, ad Iliad. π'. Ἰστέον ὅτι, ὅτι κατὰ παλαιοὺς τὸν ῥηθεῖσαν Κρητικὸν, ἢ πυῤῥιχικὸν, ὄρχησιν, οἱ πλείους μὲν, εἰς Κρῆτας ἀνάγουσιν. ἕνιοι δὲ, Νεοπτολέμῳ ἀναθέσθαι τὸν αὐτῆς εὕρεσιν· ἕτεροι δὲ, Κάστορι. *Sciendum autem, quòd secundùm veteres, Cureticam, quam dixi, aut pyrrhichicam, saltationem, plerique ad Curetas referunt: quidam verò, Neoptolemo inventionem ejus tribuunt: alii, Castori.* Alii, inventorem tradunt Pyrrhichum quendam Lacedæmoniorum: alii, Lacedæmonios. Athenæus, libro citato. Ἀριστόξενος δέ φησι, τὸν πυῤῥίχιον ἀπὸ Πυῤῥίχου, τοῦ Λάκωνος τὸ γένος, τὸν προσηγορίαν λαβεῖν. Λακωνικὸν δ' εἶναι μέχρι νῦν ὄνομα τὴν Πυῤῥίχιον. ἐμφανίζει δὲ ἡ ὄρχησις, πολεμικὴ οὖσα, ὅτι Λακεδαιμονίων τὸ εὕρημα. *Aristoxenus verò ait, pyrrhicham à Pyrrhicho, genere Lacedæmonio, appellationem suam accepisse: Pyrrhichumque etiam nunc Laconicum nomen esse. Ostendit autem saltatio ipsa, quòd, ut bellica, Lacedæmoniorum sit inventum.* Eustathius, ad Iliad. ν'. Ἦν δὲ πολεμικὴ ὄρχησις καὶ ἡ πυῤῥίχη, ἣν ἔνοπλοι παῖδες ὠρχοῦντο· κληθεῖσα ἀπὸ Πυῤῥίχου, ἀνδρὸς Λάκωνος. *Erat verò bellica saltatio etiam pyrrhicha, quam pueri armati saltabant: dicta à Pyrrhicho, viro Lacedæmonio.* Sed, quod Pyrrhichum, ejus inventorem, attinet, ut hoc obiter hîc moneam, eum alii Cretensem, non Lacedæmonium, esse prodiderunt: uti pluribus ostendo in Orchestrâ, ubi pyrrhicham plenè tracto. Atque emendandus Pollux, cujus locus hactenus corruptus editur, lib. IV. cap. XIV. Ἔνοπλοι ὀρχήσεις, πυῤῥίχη τε καὶ τελεσίαι, ἐπώνυμοι δύο κριτῶν ὀρχηστῶν, Πυῤῥίχου τε καὶ Τελεσίου. *Armatæ saltationes, pyrrhichaque & telesias, dictæ à duobus saltatorum judicibus, Pyrrhichoque, & Telesia.* Planè corrigendum censeo: Ἐπώνυμοι δύο Κρητῶν ὀρχηστῶν, Πυῤῥίχου τε καὶ Τελεσίου. *dictæ à duobus Cretensibus saltatoribus, Pyrrhichoque,*

& *Teleſia*. Sed diſſidium hoc Auctorum ſic concilio. Fuerit Cretenſis Pyrrhichus ſine dubio natione, ſed Lacedæmonius genere. Hoc diſertè Athenæus, in citatis antè verbis. Ἀριστόξενος φησὶ, τὴν πυρρίχιν ἀπὸ Πυρρίχου, τοῦ Λάκωνος τὸ γένος, τὴν προσηγορίαν λαβεῖν. *Ariſtoxenus verò ait, pyrrhicham à Pyrrhicho, qui Lacedæmonius genere, appellationem ſuam accepiſſe.* Dioſcuri verò, uti pyrrhicham, quod jam dixi, Lacedæmonios docuerunt, ita quoque Caryatidem, appellatam ab urbe Caryis, in quâ illa docebatur. Lucianus, De Salt. Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἄριστοι Ἑλλήνων εἶναι δοκοῦντες, ἀφ' οὗ Πολυδεύκους, καὶ Κάστορος, καρυατίζειν μαθόντες, (ὀρχήσεως δὲ καὶ τοῦτο εἶδος, ἐν Καρύαις δὲ Λακωνικῆς διδασκόμενον,) ἅπαντα μετὰ μέτρων ποιοῦσιν. *Lacedæmonii quidem, qui Græcorum præſtantiſſimi cenſebantur, cùm à Polluce, & Caſtore, caryatidem ſaltare didiciſſent, (eſt autem ſaltationis iſtud genus, quod Caryis Laconicæ docebatur, omnia cum carminibus faciunt.* Erat autem ea virginum; quæ Dianæ, cognomento Caryatidis, in honorem annis ſingulis hanc ſaltabant. Pauſanias, in Laconicis. Τὸ γὰρ χωρίον Ἀρτέμιδος, καὶ Νυμφῶν, ἔστιν αἱ Καρύαι. καὶ ἄλσος ἔστηκεν Ἀρτέμιδος ἐν ὑπαίθρῳ Καρυάτιδος. χορεύουσι δὲ ἐντεῦθεν αἱ Λακεδαιμονίων παρθένοι καθ' ἕτος ἱσταῖσι, καὶ ἐπιχώριος αὐταῖς καθέστηκεν ὄρχησις. *Etenim Caryæ, locus eſt, Dianæ, atque Nymphis, ſacer. ac choreas Lacedæmoniorum virgines hîc inſtituunt quotannis, & ſaltationem peragunt ritu patrio.* Ac Dianæ quidem ſacram hanc ſaltationem eſſe, etiam nobis Pollux tradit, lib. IV. cap. XV. Ἦν δέ τινα καὶ Λακωνικὰ ὀρχήματα θέαμα δεινά. Σειληνοὶ δ' ἦσαν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς Σάτυροι, ἐμμελῶς ὀρχούμενοι. καὶ ἴθυμβοι, ἐπὶ Διονύσῳ· καὶ Καρυάτιδες, ἐπὶ Ἀρτέμιδι. *Erant verò quædam item Laconicæ ſaltationes formidabiles. Erant autem Sileni, & poſt hos Satyri, in circum ſaltantes. & ithymbi, in honorem Bacchi; & Caryatides, in Dianæ.* Cave autem, aliquam ſaltationem exſtitiſſe arbitreris, cui nomi Θέαμα: ut vir doctus opinatur, ex Pollucis iſto loco, non ſat benè intellecto. Idem & de hormo errat: quæ Laconica non erat, verùm Attica;

tica; instituta, cùm è labyrintho Theseus rediisset: sicut in Orchestrâ meâ, ante hos viginti annos, sat ostendi. Saltationis caryatidis, à virginibus, uti dixi, institutæ, idque in Dianæ honorem, cognomento Caryatidis, meminit etiam Diomedes, lib. III. *Ex hoc eveniſſe, ut eo die, quo ſolitus erat chorus virginum Dianæ Caryatidi hymnum canere, nemo ad ſolemne ſacrum inveniretur.* Huc pertinet sigillum Clearchi, cui virgines insculptæ Caryatides saltantes. Plutarchus, in Artoxerxe. Δεηθῆναι φησὶν αὐτὸν τὸ Κλέαρχον ὁ Κτησίας, ὅπως κτενὸς ἀπορήσῃ. τυχόντα δὲ, καὶ τημελήσαντα τῆς κεφαλῆς, ἡδέως τε τῇ χρείᾳ, καὶ τὸ δακτύλιον αὐτῷ δῶναι, σύμβολον φιλίας πρὸς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι συγγενεῖς, καὶ οἰκείους. εἶναι δὲ γλυφὴν ἐν τῷ σφραγίδι, Καρυατίδας ὀρχουμένας. *Tradit Cteſias, ſe rogatum à Clearcho, uti pectinis copiam faceret. quo accepto, & curaſſe eum caput, atque uſu oblectatum, ac donaſſe ipſi annulum, teſſeram amicitiæ apud cognatos, & familiares, Lacedæmone degentes. ſculpturam verò palæ fuiſſe, Caryatides ſaltantes.* Præter verò pyrrhicham, & caryatidem, quas jam dixi, erant aliæ complures: & in istis, quædam Βίβασις: de quâ Pollux, loco anteà citato. Καὶ βίβασις δέ τι ἰδίως Λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς καὶ τὰ ἆθλα προὐτίθετο, οὐ τοῖς παισὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κόραις. ἔδει δὲ ἅλλεσθαι, καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πυγάς. καὶ ἀριθμεῖτο τὰ πηδήματα. *Et verò bibaſis aliquod ſaltationis Laconicæ genus erat: cujus etiam præmia proponebantur, non duntaxat pueris, ſed & virginibus. oportebat verò ſaltare, & pedibus nates contingere. numerabantur autem ſaltus.* Ac de hâc saltatione Lampito intelligenda, mulier Lacæna quædam: ita loquens apud Comi: cum, in Lysistratâ.

——— μάλα γὰρ οἰῶ, ναὶ σιὼ,
Γυμνάδδομαί γε, καὶ κατ' πυγὰν ἅλλομαι.

Quæ sic pridem eleganter vir insignis, Florens Christianus, vertit.

——— *pol me labor*
Exercet uſque, & podici adjulitant pedes.

Erant insuper plures aliæ; Βυλλίχαι, Βρυδάλιχα, Γυμνοπαιδία, Διπολία, Διπόλια, Ἴθυμβος, Καλαβίς, Ποδίκρα, Σάτυρος, & Σφλιώς. De his vide Orchestram meam, suis locis. Vide & quæ Cragius docet, lib. III. tab. IX. cap. III. Sed & aliæ in usu, præter istas: à Leonida, & Callicratida, denominatæ. Harum meminit Plutarchus, in citato paullo antè Artoxerxe, ubi de Antalcida Lacedæmonio illi sermo. ὀρχησάμενον ἐν Πέρσαις τὴν Λεωνίδαν, καὶ Καλλικρατίδαν. *Qui saltasset inter Persas Leonidam, & Callicratidam.*

CAP. XIII.

Certamina varia. Unum epheborum, in Platanista; in quo partes Herculis, & Lycurgi, nominibus distinguebantur: cujusque finis, cùm in aquam altera alteram deturbasset. Aliud, ad Pausaniæ, & Leonidæ, sepulcra. Tertium, Pitanæ: gymnicum, & Πιτανάτης ἀγὼν dictum. Quartum, thymelicum, Cereri sacrum, Εἰλήθυια appellatum. Quintum, virginum, numero undecim, festo Bacchi; unde eæ Διονυσιάδες dictæ: ejusque rei quæ origo. Cursus virginum, Ἐνδρομώνας nominatus. Sextum, iterum gymnicum, Ἔφηβος dictum. Septimum, in Dianæ honorem, Καλαοίδια. Octavum, festo Carneorum: quo Terpander primus vicit. Scholiastes Aristophanis emendatus. Nonum, Συρμαία: atque unde ita dictum. Διαμαξίγωσις. Lydorum pompa.

CErtamina, illis varia erant: & in istis epheborum unum memorat Pausanias, in Platanista, loco aquâ circumcluso peragi solitum. Verba ejus ita habent, in Laconicis. Ἐς ἣν τὴν ἑσπέραν, ὀλίγον περὶ μεσάσης ἡμέρας, εἰσίασι κατὰ τὰς γεφύρας εἰς τὸ εἰρημένον χωρίον. τὴν μὲν δὴ ἔσοδον, καθ' ἣν ἐσελθεῖν δεῦρό ἐστιν ἑκατέραν τάξιν, προεδήλωσε κλῆρος σφίσιν ἐν τῇ νυκτί. μάχονται ἢν μὲν ἐν χερσὶ, καὶ ἐμπηδῶντες λακτίζουσί τε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀντορύσσουσιν. ἀνὴρ μὲν δὴ ἀνδρὶ τὸν εἰρημένον τρόπον μάχεται. ἀθρόοι ἢν ἐμπίπτωσι βιαίως, καὶ ἐς τὸ ὕδωρ ὠθοῦσιν ἀλλήλους. *Postero verò die, paullo ante meridiem, transeunt per pontem, in locum, quem dixi.*

Nocte

Nocte præcedente, quâ aditûs parte ingredi alterum agmen debeat, inter se sortiti discunt. Pugnant verò cùm manibus, tum calcibus in se insultantes: quin & mordent, oculosque hi illis eruunt. ita bini inter se pugnant: ac conferti impetum vi magnâ faciunt, & in aquam sese mutuò deturbant. Et hoc ipsum sine dubio est certamen, cujus mentionem facit Cicero, Tuscul. Quæst. lib. v. *Adolescentium greges Lacedæmone vidimus ipsi, incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique: ut exanimarentur priùs, quàm se victos faterentur.* Finis autem pugnæ erat, cùm in aquam victi essent à victoribus deturbati: neque ultrà intentare quicquam licitum. Vides in Pausaniæ verbis, quæ produxi: ac testatur Lucianus, De gymnasiis. Μέμνησο, ἤν ποτε καὶ ἐς Λακεδαίμονα ἔλθῃς, μὴ καταγελάσῃς μηδὲ ἐκείνων, μηδὲ οἴεσθαι, μάτην πονεῖν αὐτὺς, ὁπόταν, ἢ σφαίρας πέρι ἐν τῷ θεάτρῳ συμπεσόντες, παίωσιν ἀλλήλους, ἢ, ἐς χωρίον ἐλθόντες, ὕδατι περιῃρεμμένον, ἐς φάλαγγα διαστάντες, τὰ πολεμίων ἀλλήλους ἐρχάζωνται, γυμνοὶ καὶ αὐτοὶ, ἄχρις αὖ ἐκβάλωσι ἔξω περιῃρέμματος τὸ ἕτερον σύνταγμα οἱ ἕτεροι, τὺς καθ' Λυκοῦργον οἱ καθ' Ἡρακλέα, ἢ ἔμπαλιν, συνωθοῦντες ἐς τὸ ὕδωρ. τὸ γὰρ ἀπὸ τούτου, εἰρήνη λοιπὸν, καὶ ἀδεὲς αὖ ἔτι παίσαι. *Memineris, si quando Lacedæmona veneris, ne illos irrideas; neque putes, frustrà eos laborare, cùm de pilâ in theatro, alter alterum invadentes, feriunt sese; aut, in locum aquâ circumseptum ingressi, in phalangem segregati, mutuò se ut hostes tractant, nudi & ipsi: donec partem adversariam pars alterutra loco circumsepto ejiciat; & Lycurgi sectatores Heraclidæ, aut è contrario, in aquam impellant. Nam post istud, pax deinceps: nec quis ultrà verberaverit.* Ubi illud quoque observa; harum partium unam Herculis, alteram Lycurgi dictam. Aliud quoddam certamen erat, è theatri regione, ad Leonidæ, & Pausaniæ, monumenta: ad quæ non admittebatur, nisi qui Spartanus esset. Pausanias, in Laconicis, jam citatis. Τὸ θέατρον ἢ ἀπαντικρὺ, Παυσανίᾳ, καὶ Πλαταιᾶσιν ἡγησαμένῳ, μνῆμά ἐστι. τὸ ἢ ἕτερον, Λεωνίδᾳ. καὶ λόγους καθ' ἕτερον ἕκαστον ἐπ' αὐτοῖς λέγουσι, καὶ ἀθλήσεσιν ἀγῶνα, ἐν ᾧ

Σπαρ-

Σπαρτιατῶν ἄλλῳ γε οὐκ ἐστιν ἀγωνίζεσθαι. *Ex adverso autem theatri, Pausaniæ, ejus qui Platæensi prælio dux fuit, monumentum est: alterum verò, Lycurgi. & eorum in honorem quotannis orationem dicunt, ac constituunt certamen: in quo, præterquàm Spartanis, nemini certare licet.* Et Pitanæ aliud certamen erat, idque gymnicum: quod ex loco Πιτανάτης ἀγὼν dictum. Hesychius. Πιτανάτῃ ἀγῶνι, γυμνικῷ, ἐν Πιτάνῃ ἀγομένῳ. *Pitanatæ certamini, gymnico, quod Pitanæ agebatur.* Erat quoddam & thymelicum, datum Cereris honori, Εἰλήθυια appellatum. Idem Hesychius. Εἰλήθυια, ἀγὼν θυμελικὸς, ἀγόμενος Δήμητρι, παρὰ Λάκωσιν. *Ilithyia, certamen thymelicum, in honorem Cereris actum, apud Lacedæmonios.* Sed & virginum certamen quoddam erat, festo Bacchi: qui ut Græcis Διόνυσος appellatur, ita illæ Διονυσιάδες dictæ. Hesychius rursum. Διονυσιάδες, ἐν Σπάρτῃ παρθένοι, αἱ ἐν τοῖς Διονυσίοις δρόμον ἀγωνιζόμεναι. *Dionysiades, virgines Spartæ, quæ in Bacchi festo cursu certabant.* Erant autem numero undecim: ac certabant Delphici oraculi jussu. Pausanias, in Laconicis. Τὰς δὲ ἄλλας ἑνδεκα, ἃς καὶ αὐτὰς Διονυσιάδας ὀνομάζουσι, πρώτας δρόμου προθέσιν ἀγῶνα. δρᾶν δὲ ἔτω, σφίσιν ἦλθεν ἐκ Δελφῶν. *Aliis verò undecim, quæ & ipsæ Dionysiades appellatæ, cursus certamen proponunt: quod ut faciant, Delphicum oraculum jussit.* Atque ipse virginum cursus, Ἐνδριώνας dicebatur. Hesychius. Ἐνδριώνας, δρόμος παρθένων, ἐν Λακεδαίμονι. *Endrionas, cursus virginum, Lacedæmone.* Denique & gymnicum aliud, Ἔφιπτος quod dicebatur. Hesychius. Ἔφιπτος, ἀγὼν γυμνασικὸς, παρὰ Λάκωσιν. *Ephiptus, certamen gymnasticum, apud Lacedæmonios.* Tum ignotum item quoddam, in Dianæ peragi honorem solitum, Καλαοίδια appellatum. Idem rursus Hesychius. Καλαοίδια, ἀγὼν, ὑπὲρ τελούμενος Ἀρτέμιδι, παρὰ Λάκωσι. *Calaœdia, certamen, quod Dianæ peragebatur, apud Lacedæmonios.* Videntur fœminæ certasse, quænam cantu antecelleret. Aliud, festo Carneorum celebratum. Plutarchus, in Instit. Τιμοθέα δὲ ἀγωνιζομένου τὰ Κάρνεια, εἰς τὸ ἐφόρων, μάχαιραν λαβὼν, ἠρώτησεν αὐτὸν,

τὸν, ἐκ ποτέρας τῶν μερῶν ἀποτέμοι τὰς πλείονας τῶν ἑπτὰ χορδῶν. *Timotheo autem in festo Carneorum certante, unus ephororum, arrepto cultro, interrogavit, utrâ ex parte abscindi nervos, qui plures quàm septem essent, cuperet.* Apparet fuisse certamen musicum. Emendandus Scholiastes Aristophanis, ad Aves. Νικᾷ δὲ καὶ τὰ Καρνείων ἀγῶνα, ἃ ἐν Λακεδαίμονι. *Vincit verò etiam Carneorum certamen, quod Lacedæmone est.* Primusque in eo vicit Terpander. Athenæus, lib. XIV. Τὰ Κάρνεια πρῶτος πάντων ὁ Τέρπανδρος νικᾷ, ὡς Ἑλλάνικος ἱστορεῖ. *Carneorum certamine primus omnium vincit Terpander, sicut auctor est Hellanicus.* Erat aliud, quod Συρμαία dicebatur; quia præmium victori edule erat, ex adipe, & melle, factum; quod Συρμαία dicebatur. Hesychius. Συρμαία, ἀγών τις ἐν Λακεδαίμονι, ἔπαθλον ἔχων συρμαίαν. ἔστι δὲ βρωμάλιον, διὰ στέατος, καὶ μέλιτος. *Syrmæa, certamen quoddam Lacedæmone, præmium syrmæam habens. Ea verò est edule, ex adipe, & melle.* Erat denique etiam Διαμαστίγωσις, quam vocabant: de quâ vide Græciam nostram Feriatam. Huic adjuncta, Lydorum pompa: de quâ Plutarchus, in Aristide. Καὶ τὴν μετὰ ταῦτα Λυδῶν πομπὴν συνεπλήσατο. *Ac post hæc Lydorum pompam celebrari.*

CAP. XIV.

Marti, hominem immolabant: &, apud se natum esse eum, credi cupiebant. Etiam virginem quandoque, incerto deo, sive deæ, ut à peste liberarentur: idque sacrum quando omiserint, & per quam occasionem. Ephebo rum nocturna sacra. Qui ephebis excessissent, Herculi in Dromo sacra faciebant. Sacrificia incerta: Ἄψιαι, & Καρυατία, *sive potiùs,* Καρυάτια. *Hesychii locus emendatus. Bryseis occulta fœminæ sacra Baccho faciebant.* Ἐκατόμβαια *Soli, in Taygeti vertice, præter alia etiam equi, immolati. Sacra incerta,* Σῆνα, & Σιάδες. *Achilli, ephebi, in Platanistâ certaturi, rem divinam faciebant. Facta etiam Dioscuris; & Dianæ Corythalliæ, in Tithenidiis. Apollini, in Hyacinthiis: idque ab hederâ coronatis, & nocturno item tempore. Hyacintho inferiæ missæ. Minervæ Chalciœcæ pompa, ab armatâ juventute ducta: item sacra,*

ab ephoris facta. Alia, pro frugibus. Προλογία. *Sacrum denecale,* Θεσσαλῶπις. *Principium sacrificiorum,* Ἀμφιτερή. *Festa varia.*

MArti hominem, ceu qui bellicosi essent, immolabant: ut propitium sibi facerent belli deum. Porphyrius, ex Apollodoro, De Abst. lib. II. Καὶ Λακεδαιμονίους φησὶν ὁ Ἀπολλόδωρος τῷ Ἄρει θύειν ἄνθρωπον. *Et Lacedæmonios ait Apollodorus Marti hominem immolare.* Et ex eo Theodoretus, Therap. lib. VII. Καὶ Λακεδαιμονίους ἦ φησὶν (ὁ Πορφύριος) τῷ Ἄρει θύειν ἄνθρωπον. *Et verò Lacedæmonios tradit* (*Porphyrius*) *hominem Marti immolare.* Idem refert & Cyrillus, adversus Julianum, lib. IV. Quin & civem eum suum, & apud se natum esse, credi volebant. Arnobius, lib. IV. *Quis ex reliquiis Pelopis compactum esse Palladium prodidit? non vos? Quis Spartanum fuisse Martem? nonne Epicharmus, auctor vester?* Ante belli Troiani tempora, oraculi jussu, ut à peste liberarentur, virginem nobilem annis singulis immolabant: idque sacrum, quando desitum, & quo modo etiam finitum fuerit, memoratur à Plutarcho, in minoribus Parallelis. Λοιμῷ κατασχόντος Λακεδαίμονα, ἔχρησεν ὁ θεὸς παύσεσθαι, ἐὰν παρθένον εὐγενῆ κατ' ἔτος θύσωσιν. Ἑλένης δέ ποτε κληρωθείσης, καὶ προαχθείσης κεκοσμημένης, ἀετὸς καταπτὰς ἥρπασε τὸ ξίφος, καὶ, εἰς τὰ βουκόλια κομίσας, ὑπὸ δάμαλιν κατέθηκεν· ὅθεν ἀπέσχοντο τῆς παρθενοκτονίας. *Peste Lacedæmonem infestante, dei oraculo moniti sunt cessaturam, si quotannis virginem nobilem immolarent. Helena verò cùm quandoque sorte ducta esset, & ornata produceretur, aquila advolans abripuit gladium, atque, in armentum deferens, buculæ imposuit: unde factum, ut deinceps cæde virginis abstinerent.* Ephebi, nocturna quædam sacra faciebant. Pausanias, in Laconicis. Νυκτερινοὶ ἦ καί τι Κολοφωνίων θυσίαι, καὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἐφήβων, καθεσήκασιν. *Nocturna verò sacra fiunt à Colophoniis; & Lacedæmone, ab ephebis.* Qui ex ephebis excessissent, & Σφαιρεῖς appellabantur, sacra Herculi in Dromo faciebant. Idem Pausanias, ibidem. Ἔστι ἦ (ἐν τῷ Δρόμῳ) ἄγαλ-

μα

μα ἀρχαῖον Ἡρακλέους, ᾧ θύουσιν οἱ Σφαιρεῖς. οἱ δέ εἰσιν, οἱ ἐκ τῶν ἐφήβων ἀρχόμενοι συντελεῖν. *Est verò (in Dromo) Herculis antiquum signum, cui Sphærenses sacra faciunt: ii autem sunt, qui, ex ephebis egressi, viris accenseri cæperunt.* Quoddam sacrificium, Ἀψίαν dictum. Hesychius. Ἀψίαν, θυσία, Λάκωνες. *Hapsiæ, sacrificium, Lacones.* Etiam, Καρυατία. Idem Hesychius. Καρυατία, θυσία, Λάκωνες. *Caryatoa, sacrificium, Lacones.* Sed legendum esse puto, Καρυάτια. *Caryatia*: derivato nomine ab urbe Caryis, à quâ & Diana dicta Caryatis, uti suprà à me dictum: fueritque sacrificium, quod Dianæ Caryatidi institutum. Bryseis, quod oppidum Laconiæ erat, Baccho fœminæ sacra occulta faciebant. Pausanias, Laconicis. Ἐντεῦθέν ἐστιν ἀπιοῦσιν ἐκ τοῦ Ταϋγέτου χωρίον, ἔνθα πόλις ποτὲ ὠκεῖτο Βρυσέαι· καὶ Διονύσου ναὸς ἐνταῦθα ἔτι λείπεται, καὶ ἀγάλματα ἐν ὑπαίθρῳ· τὸ δὲ ἐν τῷ ναῷ, μόναις γυναιξίν ἐστιν ὁρᾶν. γυναῖκες γὰρ δὴ μόναι καὶ παῖδες τὰς θυσίας δρῶσιν ἐν ἀπορρήτῳ. *Inde verò à Taygeto discedentibus locus est, ubi olim urbs Bryseæ incolebatur. Exstat ibi Bacchi templum, & sub dio signa quædam: nam quod intus, solis licet mulieribus intueri. sanè & mulieres solæ sacra in arcano faciunt.* Etiam Ἑκατόμβαια erant, quæ fiebant centum bobus, propter centum ejus regionis urbes. Eustathius, ad Iliad. β'. Ἡ Λακωνικὴ τὸ παλαιὸν ἑκατόμπολις ἦν, καὶ τὰ ἑκατόμβαια διὰ τοῦτο ἐθύετο ἐκεῖ καθ' ἕτος. *Laconica olim centum urbes habebat, ideoque & quotannis sacra illic hecatombæa fiebant.* Iterum, ad Iliad. δ'. Ἐκ δὲ ἑκατόμβη, Δωρικῇ τροπῇ, καὶ παρεμπλήσει τοῦ ἰῶτα, τὰ ἑκατόμβαια. *Ex vocabulo ἑκατόμβη, Doricâ mutatione, & assumptione literæ iota, fit* Ἑκατόμβαια. Item ad Dionysium Periegeten. Ἑκατόμπολις δὲ τὸ παλαιὸν ἡ Λακωνικὴ, καθὰ καὶ ἡ Κρήτη, λέγεται. διὸ καὶ τὰ Ἑκατόμβαια ἐκεῖ ἐθύετο, ὑπὲρ σωτηρίας τῶν τοσούτων πόλεων. *Olim Laconica, ut & Creta, centum urbes habuisse memoratur: quâ de causâ etiam sacra illic facta hecatombæa, pro tot urbium salute.* Et multo ante eum Strabo, ubi de Laconicâ agit, lib. VIII. Τὸ δὲ παλαιὸν, ἑκατόμπολιν αὐτὴν φασὶν καλεῖσθαι. καὶ τὰ ἑκατόμβαια διὰ τοῦτο θύε-

θυ παρ' αὐτοῖς καλ' ἕτος. *Antiquitus verò, aiunt, eam hecatompolin esse dictam: ideoqae singulis annis sacra hecatombæa facta.* Soli, in Taygeti vertice, quem Taletum appellabant, præter alia, etiam equos immolabant. Pausanias, in citatis Laconicis. Ἄκρα δὲ Ταϋγέτε Ταλετὸν ὑπὲρ Βρυσεῶν ἀνέχει. ταύτην Ἡλίε καλέσιν ἱερὴν· καὶ ἄλλά τε αὐτόθι Ἡλίῳ θύσι, καὶ ἵππες. *Summus Taygeti vertex, Taletum, supra Bryseas eminet. hunc sacratum Soli dicunt: ac cùm alia illic Soli sacra faciunt, tum & equos illi immolant.* Aliud quoddam sacrificium, sed incertum, Σῆνα dictum. Hesychius. Σῆνα, θυσία, Λάκωνες. *Sena, sacrificium, Lacones.* Aliud rursum, Σιάδες. Idem alibi. Σιάδες, θυσία, παρὰ Λάκωσιν. *Siades, sacrificium, apud Lacedæmonios.* Achilli, ephebi sacra sua faciebant, in Plataniſtâ certaturi. Pausanias in Laconicis. Μετὰ δὲ αὐτὸ, ἱερόν ἐστιν Ἀχιλλέως. ἀνοίγειν δὲ αὐτὸ νομίζουσιν. ὁπόσοι δὲ αὖ τῶν ἐφήβων ἀγωνιεῖσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ Πλατανισῷ, καθέζηκεν αὐτοῖς πρὸ τῆς μάχης θύειν. *Deinde, fanum est Achillis: verùm, aperire illud, nefas putant. & ephebis, quotquot sunt in Plataniſtâ certaturi, sacra illic priùs facere est solemne.* Cultum verò à Lacedæmoniis Achillem, licet quoque observare apud Scholiasten Apollonii, lib. IV. Ἀναξαγόρας φησὶν ὅλα τὰς ἀληθείας Ἀχιλλέα λιμῶσι, τοῖς περὶ Λακωνικὸν τοῦτα πέπλασθαι. *Anaxagoras ait, hæc ficta esse ab iis, qui in Laconicâ Achillem colebant.* Dioscuris, sacrum populus universus peragebat. Polyænus, in tertio Aristomenis strategemate, lib. II. Ἀριστομένης ὁ Μεσσήνιος, Λακεδαιμονίων τοῖς Διοσκόροις πάνδημον θυσίαν ἐπιτελόντων, μετ' ἑνὸς φίλου, λευκῶν ἵππων ἐπέβησαν ἄμφω. *Aristomenes Messenius, Lacedæmoniis publicum Dioscuris sacrificium peragentibus, cum amico uno, equos albos ambo conscenderunt.* Dianæ, Corythalliæ cognominatæ, festo Tithenidiorum, pro salute puerorum porcellos lactentes immolabant. Athenæus, ubi de festo eo agit, lib. IV. Θύσι δὲ καὶ (Ἀρτέμιδι τῇ Κορυθαλλίᾳ οἱ Σπαρτιᾶται) τὰς γαλαθηνὰς ὀρθραγορίσκους. *Immolant verò etiam (Dianæ Corythalliæ Spartani) porcellos lactentes.*

Apol-

Apollini, etiam sacra facta festo Hyacinthiorum, illi proprio. Pausanias, in Laconicis. Καὶ Υακινθίοις, πρὸ τοῦ Ἀπόλλωνος θυσίας, ἐς τὸν Υακίνθῳ τὸ βωμὸν διὰ θύρας χαλκῆς ἐναγίζουσιν. *Et Hyacynthiis, antè quàm Apollini sacrificarent, Hyacintho in arâ istâ per æneum ostium inferias mittunt.* Ubi illud quoque observa, Hyacintho inferias mississe. Et Apollini quidem, sacra coronati hederâ peragebant. Macrobius, Saturn. lib. I. cap. XVIII. *Apud Lacedæmonios etiam, in sacris, quæ Apollini celebrant, Hyacinthia vocantes, hederâ coronantur.* Et quidem noctu. Indicat Hieronymus, adversus Jovinianum, lib. I. *Victis Lacedæmoniis, & quodam tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ vocabantur Hyacinthia.* Minervæ Chalcioecæ sacra ephori faciebant, pompam ad illius fanum ducente juventute armatâ. Polybius, lib. IV. Κατά τινα θυσίαν πάτριον ἔθος τὸν μὲν ἐν ταῖς ἡλικίαις πᾶν τὸ ὅπλων πομπεύειν ἐπὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς χαλκιοίκου νεών, τοὺς δ' ἐφόρους συντηρεῖν τὰ περὶ τὴν θυσίαν, αὐτοῦ περὶ τὸ τέμενος διατρίβοντας. *Erat moris, per solemne quoddam, à majoribus traditum, ut universa pubes cum armis ad Minervæ Chalciæcæ fanum pompam duceret: ephoris, ad peragenda sacra, circa delubrum remanentibus.* Denique sacrum etiam quoddam mortuis peragebatur, Θεσσαλῶπις appellatum. Idem Hesychius. Θεσσαλῶπις, ἐναγισμός τις, παρὰ Λάκωσι. *Thessalopis, sacrum quoddam denecale, apud Lacones.* Ut id autem etiam hoc loco moneam, sacrificiorum initium Ἀμφιστερῆ dicebant. Hesychius rursum. Ἀμφιστερῆ, καταρχὴ τῶν θυσιῶν, Λάκωνες. *Amphistere, principium sacrificiorum, Lacedæmonii.* Sacrificiis, meritò adjungerem festa: sed de his abundè mihi in Græciâ feriatâ dictum, suis locis. Vide eam, in Ἀχίλλεια, Διαμασιγώσεις, Διοσκόρεια, Ἑλένια, Ἐπικρῆναι, Ἐπισκήνια, Ἑρκάτια, Εὐρύκλεια, Θεραπναλίδια, Θεσμοφόρεια, Ἱνῶα, Κάρνεια, Καρύα, Λακεδαιμονίων ἑορτὴ, Λεωνίδεια, Λυκόργια, Μενελάεια, Παυσανίεια, Ταιναρεια, Τιθωνίδια, Υακίνθια.

CAP. XV.

Dionysiades, & Leucippides, sacra Baccho Colonatæ faciebant. Dionysiades, aliæ à superiùs commemoratis, duæ tantùm. Leucippides, & deæ dictæ; & earum sacerdotes, atque templum. Deæ, filiæ Leucippi; & à Dioscuris raptæ, à Messenâ, aut Aphidnâ; & in matrimonium ab his acceptæ. Propertii locus restitutus: & ejusdem item error indicatus. Emendatus & Hyginus. Sacerdotes verò earum, sicut ipsæ deæ, duæ. Lyciades, sive Lycaides, virgines, triginta numero: quæ aquam in Lyceum. Venus, sicut dii omnes, atque deæ, armata colebatur: cujus templo aliud quoque superstructum, eidem deæ, Μοιρφὼ cognomento dictæ, dedicatum. Viri docti error istic indicatus. Ea etiam Julio Cæsari pro sigillo usitata. Dioscuri, ubi sepulti; & quando in deos relati. Sepulcra eorum, Δόκανα dicta.

DIxi suprà, virgines Διονυσιάδας cursu in Dromo se exercuisse, ac fuisse numero undecim. Aliæ fuere, duæ: quæ simul cum Leucippidibus, sacra Baccho, cognomento Colonatæ, & heroi, qui hunc Spartam adduxisset, sacra faciebant. Pausanias, in Laconicis. Ἀπαντικρὺ δέ, ἤ τι ὀνομαζομένη Κολώνα, καὶ Διονύσου Κολωνάτα ναός. πρὸς αὐτὸ δέ, τέμενός ἐστιν ἥρωος, ὃν δὲ ὁδὸν δὲ εἰς Σπάρτην Διονύσῳ φησὶ γενέσθαι ἡγεμόνα. τῷ δὲ ἥρωϊ τούτῳ, πρὶν ἢ τῷ θεῷ, θύουσιν αἱ Διονυσιάδες, καὶ αἱ Λευκιππίδες. *Ex adverso, est Colona quæ vocatur, & Bacchi Colonatæ fanum. Juxta illud, lucus est heroi ejus, quem fuisse viæ ducem contendenti Spartam Baccho prodiderunt. At verò heroi illi antèà, quàm ipsi deo, sacra faciunt, quæ Dionysiades, & Leucippides, appellantur.* Ac Leucippides quidem istæ, sacerdotes erant Apollinis filiarum, Phœbes nempe, & Hilairæ: quæ & ipsæ eo nomine dicebantur. Idem Pausanias, in Laconicis iisdem, alio loco, mox sequente. πλησίον δέ, Ἱλαείρας, καὶ Φοίβης, ἐστὶν ἱερόν. ὁ ποιήσας τὰ ἔπη τὰ Κύπρια, θυγατέρας αὐτὰς Ἀπόλλωνος φησὶν εἶναι. κόραι δὲ ἱερῶνται σφίσι παρθένοι, καλούμεναι, κατὰ ταὐτὰ τῇς θεαῖς, καὶ αὗται Λευκιππίδες. *In propinquo, Hilairæ & Phœbes, fanum est. Qui car-*

carmina Cypria fecit, filias Apollinis esse ipsas dicit. Sacerdotes earum, virgines sunt: quæ, eodem quo deæ nomine, Leucippides vocantur. Alii, non Apollinis filias, sed Leucippi, eas faciunt. Apollodorus, lib. III. Λευκίππου δὲ, καὶ Φιλοδίκης, τῆς Ἰνάχου, θυγατέρες ἐγένοντο, Ἱλάειρα, καὶ Φοίβη. ταύτας ἁρπάσαντες, ἔγημαν Διόσκουροι. *Leucippi verò, & Philodices, Inachi filiæ, Hilaira, atque Phœbe: quas Dioscuri cùm rapuissent, uxores duxerunt.* Ubi illud quoque observa; raptas esse à Dioscuris, & eorum uxores factas: quod mox repetit, atque eas è Messenâ abductas dicit: ac Polluci nuptam Phœben, Castori verò Hilairam. Ecce verba, libro citato. Βουλόμενοι (οἱ Διόσκουροι) γῆμαι, τὰς Λευκίππου θυγατέρας, ἐκ Μεσσήνης ἁρπάσαντες, ἔγημαν. καὶ γίνεται μὲν Πολυδεύκους, καὶ Φοίβης, Μνησίλεως· Κάστορος δὲ, καὶ Ἱλαείρας, Ἀνώγων. *Cupientes verò (Dioscuri) matrimonium contrahere, Leucippi filias, è Messena raptas, uxores duxere. nascunturque è Polluce quidem, & Phœbe, Mnesileus; at ex Castore, & Hilairâ, Anogon.* Eadem refert etiam Isaacius Tzetzes, ad Lycophronem, Scholiastes Homeri, ad Iliad. γ', Pindari, ad Nem. Od x, Joannes Tzetzes, Var. Hist. Chil. II. cap. XLVIII. Stephanus, eas ex Aphidnis raptas innuit, in Ἀφίδνα. Ἔστι καὶ πόλις, Ἀφίδναι. ἔστι καὶ τῆς Λακωνικῆς. ὅθεν αἱ Λευκιππίδες, Φοίβη, καὶ Ἱλάειρα. *Est etiam urbs, Aphidnæ. Est & in Laconicâ. unde erant Leucippides, Phœbe, & Hilaira.* Meminit raptarum Theocritus, in Dioscuris, Idyll. XXII.

Τὼ μὲν ἀναρπάξαντε δύω φερέτην Διὸς υἱὼ
Δοιὰς Λευκίπποιο κόρας. ——
Raptas abducebant duo Jovis filii
Duas Leucippi filias. ——

Propertius, lib. I. eleg. II.

Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe,
Pollucem cultu non Hilaira soror.

Ita enim locum hunc restituendum esse censeo, ex Pausania, Stephano, Apollodoro: quorum verba jam citavi. Malè enim hodie editur, Pol-

Pollucem cultu non Thelaira soror.

Verùm etiam hoc notandum est, quòd confundat matrimonia; & Polluci Hilairam, Castori assignet Phœben: cùm res contrà sese habeat; & uxorem Phœben Pollux, Castor Hilairam habuerit: ut historicâ nobis fide memorat Apollodorus, illis verbis, quæ citavi. Propertius, poëticâ licentiâ, mutat: aut, memoriâ lapsus, errat. Emendandus autem etiam est Hyginus, Fab. LXXX. *Idas, & Lynceus, Apharei filii, ex Messeniis habuerunt sponsas, Phœben, & Hilairam, Leucippi filias. Hæ autem formosissimæ virgines cùm essent, & esset Phœbe sacerdos Minervæ, Hilaira Dianæ, Castor, & Pollux, amore incensi, eas rapuerunt.* Hodie truncatè editur, *Lairam*, & *Laira*. Porrò, quod ad raptum attinet, ejus meminit & Ovidius, in Epistolâ Paridis ad Helenam.

Te rapuit Theseus, geminas Leucippidas illi.

Iterumque, extremo Fast. lib. v.

Abstulerant raptas, Phœben, Phœbesque sororem,
Tyndaridæ fratres.

Tatianus, Contra Græcos. Καλὸι ἢ κ᾽ οἱ ἐπρομήμεροι Διόσκυροι, τ᾽ Λευκιππίδων οἱ ἁρπαγαί. *Egregii verò etiam sunt Dioscuri, alternis diebus viventes, Leucippidum raptores.* Quòd uxores fuerint Dioscurorum, etiam Pausanias meminit, in Laconicis, quæ citavi. Παρὰ ἢ τὸ Ἑλλήνιον, Ἀρσινόης ἱερὸν, Λευκίππυ τε θυγατρὸς, κ᾽ γυναικῶν τ᾽ Πολυδεύκες κ᾽ Κάστορ@ ἀδελφῶν. *Juxta Hellenium verò, est fanum Arsinoæ, Leucippi, & uxorum Pollucis ac Castoris, sororis.* Postquàm mortem obiere, inter deas sunt relatæ, ut mariti Dioscuri inter deos: atque templum sibi proprium habuere; juxta quod heroum Vlyssis. Plutarchus, in Quæst. Græc. Ἐν Λακεδαίμονι ἐστὶ τὸ τ᾽ Λευκιππίδων ἱερὸν ἵδρυτ@ ἢ Ὀδυσσέως ἡρῶον. *Lacedæmone juxta templum Leucippidum positum fuit Vlyssis heroum.* Ut autem deæ ejus nominis duæ erant, ita quoque sacerdotes, nomine earum dictæ. Hesychius in Πωλία. Φέρε ἢ ἐπὶ τ᾽ ὤμων τὰς τ᾽ Λευκιππίδων πώλες. δύο ἢ εἶναι παρθένες φασί.

φασί. *Fert verò humeris duos Leucippidum pullos: eosque duas esse virgines dicunt.* Erant etiam virgines, triginta numero, Λυκιάδες appellatæ, quæ aquam in Lyceum ferebant. Hesychius. Λυκιάδες, κόραι, τὸ ἀριθμὸν τριάκοντα, αἱ τὸ ὕδωρ κομίζουσαι εἰς τὸ Λύκειον, Λακεδαιμόνιοι. *Lyciades, virgines, numero triginta, aquam ferentes in Lycêum, Lacedæmonii.* Eædem sunt, quæ, unâ literâ transpositâ, Λυκαΐδες, *Lycaides*, memorantur. Idem Hesychius, haud multo antè. Λυκαΐδες, παρθένοι τινές. *Lycaides, virgines quædam.* Venus illis, sicut dii, deæque omnes, armata colebatur. Vide Cragium, lib. III. tab. I. cap. I. Addo ego Leonidæ in illam carmen, Anthol. lib. IV. cap. XII.

Ἄρεος ἔντεα ταῦτα τίνος χάριν, ὦ Κυθέρεια,
Ἐνδέδυσαι, κενεὸν τοῦτο φέρουσα βάρος;
Αὐτὸν Ἄρη γυμνὴ γὰρ ἀφώπλισας· εἰ δ' ὃ λέλεκται
Καὶ θεὸς, ἀνθρώποις ὅπλα μάτην ἐπάγεις.

Martis arma hæc cujus gratiâ, Venus,
Induisti, frustrà hoc ferens pondus?
Ipsum Martem nuda exarmâsti: si verò victus est
Etiam deus, hominibus frustrà arma inducis.

Exstant illic etiam plura: quo remittere Lectorem studiosum satis habeo. Ausonius, Epigramm. XLI.

Armatam vidit Venerem Lacedæmone Pallas:
Nunc certemus, ait, judice vel Paride.
Cui Venus: Armatam tu me temeraria temnis;
Quæ, quo te vici tempore, nuda fui?

Iterum, Epigramm. XLII.

Armatam Pallas Venerem Lacedæmone visens,
Visne, ut judicium sic ineamus? ait.
Cui Venus arridens; Quid me galeata lacessis?
Vincere si possum nuda, quid arma gerens?

Quintilianus, Instit. Orat. lib. II. cap. IV. *Solebant præceptores mei, neque inutili, & nobis etiam jucundo, genere exercitationis,*

præparare nos conjecturalibus cauſis: cùm quærere, atque exequi, juberent, cur armata apud Lacedæmonios Venus. Lactantius, lib. I. cap. XX. *Ædem Veneri armatæ, ſimulacrumque, (Lacedæmonii) poſuere.* Erat autem ejus ſignum in templo, quod in colle quodam: & exſtructum ſupra illud tabulatum, Veneri Μορφοῖ dedicatum. Pauſanias, in Laconicis. Προελθοῦσι δὲ πολύ, λόφος ἐστὶν μέγας· ἐπὶ δὲ αὐτῷ ναὸς ἀρχαῖος, καὶ Ἀφροδίτης ξόανον ὡπλισμένης. ναῶν δὲ, ὧν οἶδα, μόνῳ τούτῳ καὶ ὑπερῷον ἄλλο ἐπῳκοδόμηται, Μορφοῦς ἱερόν. *Non longè progreſſis, collis eſt haud magnus: in eo verò fanum vetus, & Veneris armatæ ſignum. Unum hoc, ex omnibus, quæ vidi, templis, ædem habet ſuperſtructam, velut tabulatum quoddam, Morphus ſacrum.* Non rectè vir eruditus Venerem Μορφὼ cum armatâ hîc eandem dici tradit. Quare autem Veneri armatæ ædem dedicaverint, pluribus Lactantius dicit, loco citato. Et, ab his edoctus certè, Julius Cæſar in ſigillo Venerem armatam habuit. Dion Caſſius, de eo loquens, lib. XLIII. Τό, τε ὅλον τῆγε Ἀφροδίτη πᾶς ἀνέκειτο. καὶ πείθειν πάντας ἤθελεν, ὅτι καὶ αὐτὸς τὸ ὥρας ἀπ' αὐτῆς ἔχοι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ γλύμμα αὐτῆς ἐνόπλιον ἐφόρει· καὶ σύνθημα αὐτῷ ἐν τοῖς πλείστοις, καὶ μεγίστοις, ἐποιεῖτο. *Omnino autem Venerem colebat totus: & perſuadere omnibus volebat, aliquem ſe formæ florem ab illâ habere. ideoque etiam inſculptam ipſam annulo armatam geſtabat: eâque teſſerâ in rebus plurimis, maximiſque, utebatur.* Dioſcuri, ut hîc quoque illud dicam, Lacedæmone ſepulti memorantur. Cicero, De Nat. deorum, lib. II. *Tyndaridas Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit, ſepultos eſſe dicit Lacedæmone.* Arnobius, de illis loquens, lib. IV. *In Spartanis, & Lacedæmoniis, finibus nos dicimus conditos in cunis coalitos fratres.* Poſt mortem, inter deos ſunt relati, poſt Herculem, & Æſculapium, anno quinquageſimo tertio: quo tempore bellum Trojanum erat: ut docemur à Clemente, Strom. I. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἐν Ἄργει βασιλείας, ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους αὖτις, καὶ Ἀσκληπιοῦ, ἀποθέωσιν, ἔτη συνάγοντα τριάκοντα ὀκτὼ, καὶ τὸ χρονογράφον Ἀπολλόδωρον· ἐντεῦθεν δὲ,

ἢ, ἀπὸ τοῦ Κάστορος, καὶ Πολυδεύκους, ἀποθέωσιν, ἔτη πεντήκοντα τρία. ἐνταῦθα δὲ πάλιν καὶ ἡ Ἰλίου κατάληψις. *A regno autem Herculis, quod fuit Argis, usque ad ipsius Herculis, & Æsculapii, inter deos relationem, anni sunt triginta octo, secundum Apollodorum chronographum: inde autem, usque ad Castoris, & Pollucis, in deos relationem, anni tres & quinquaginta. quo circiter tempore capta etiam Troia fuit.* Quod sepulti autem fuerint in Laconicâ, uti statim à me dictum, illud etiam evincit, quòd sepulcra quoque eorum Δόκανα appellata fuerint. Vide Suidam, in eâ voce: & infrà, lib. III. cap. VI. ubi de eâdem ago. Et affirmat Julius Firmicus, De err. prof. relig. *Castores sepelit Sparta, ardet apud Oetam Hercules.*

CAP. XVI.

Antiquissimum Laconiæ nomen, Lelegia. Vindicianus emendatus. Laconica, medicamentorum ferax. Ultimum ejusdem nomen, Τζακωνία: *& Lacones,* Τζάκωνες *dicti. Martianus Capella, & Isacius Tzetzes, emendantur. Peste anteà sæpenumerò conflictata, propter æstum à Taygeto monte nimium, sacris monitu Abaridis factis, nunquàm posteà laboravit. Jamblichi locus restitutus. Seditio, à Terpandro composita. Terræ motu conflictata: & inprimis sub Archidamo, quo urbs tota est eversa Is quâ causâ ortus fuerit: & prædictus, ab Anaximandro Physico.* Σῆσμα πίας. *Furor mulierum, à Bacide curatus.*

LAcedæmoniorum regio, antiquissimâ appellatione dicta fuit Lelegia, à primo nempe rege Lelege: uti rectè ex Pausania docet Cragius, lib. I. cap. I. Ac restituendum illud censeo Vindiciano, ubi regiones refert medicamentorum feraces.

Denique repperies istic, quod lucis in ortu,
Indus, Arabs, Seres, Persis, diversque Sabæus,
Vicino sub sole legunt: quod præbet Orontes:
Eximium ignoto Nilus quod mittit ab ortu,

Decerptum foliis, ramo, cute, cortice, virgâ:
Quodque ab Idumæis vectum Seplasta vendit:
Et quicquid confert medicis Lelegéa cataplus.

Malè in postremo versu hactenus, *Lalagéa* editur. Jam, Laconicam olim medicamentorum feracem fuisse, etiam Theophrastus testatur, Hist. Plant. lib. VI. cap. IV. Πολλὰ δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀρκαδίᾳ, καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ. φαρμακώδεις γὰρ αὗται. *Multa etiam in Arcadiâ, & Laconicâ: nam eæ medicamenta multa ferunt.* Iterum, lib. IX. cap. XV. Ἔτι δὲ ἡ Ἀρκαδία, καὶ ἡ Λακωνική. καὶ γὰρ αὗται φαρμακώδεις ἀμφότεραι. *Item Arcadia, & Laconica. nam ea utraque medicamentorum fertilis est.* Et mox, in fine ejusdem capitis. Γίνεται δὲ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ τὰ πολλὰ τούτων. καὶ γὰρ αὕτη πολυφάρμακος. *Nascuntur verò etiam multa in Laconicâ: nam & ea medicamenta multa profert.* Plinius, lib. XXV. cap. VIII. *Herbiferum esse & Pelium montem, in Thessaliâ, & Telethrium in Eubœâ, & totam Arcadiam, ac Laconiam, tradunt:* Uti verò primum ejus nomen dixi, ita ultimum memorabo, quod est, Τζακωνία: ac Lacones, Τζάκωνες sunt appellati. Nicephorus Gregoras, lib. IV. Συνῆν δὲ τούτοις καὶ στρατὸς ἐκ τῆς ὀψλοις ψιλάττι, Λάκωνες, ἄρτι προσελθόντες ἐκ Πελοποννήσου τῷ βασιλεῖ· ὃς ἡ κοινὴ παραφθείραντες γλῶσσα Τζάκωνας μετωνόμασεν. *Cum his autem erat exercitus navalis, Lacones, qui recens è Peloponneso ad Imperatorem accesserant: quos vulgaris lingua corrupto nomine* Τζάκωνας *vocat.* Et occurit id eorum nomen bis terve apud Codinum, De Off. Constantinop. Vide, si tanti putas, Glossarium meum, in voce Τζάκωνες. Commune verò ejus nomen, quod duravit diutissimè, nempe *Laconia*, est corruptum apud Martianum Capellam, ubi de tertio sinu Europæ illi sermo, lib. VI. *Achaia, Messenia, Lycaonia, Argolis, Megaris, Attica, Bœotia.* Nam quid, quæso, loci esse Lycaoniæ illic potest, inter Messeniam, & Argolidem, quæ Peloponnesi provinciæ, cùm in Asiâ minore illa fuerit? Omninò emendandum aio: *Messenia, Laconia, Argolis.* Neque dubitare aliquis quicquam potest,

quin

quin veriſſima ſit correctio. Confirmat Plinius, de eodem ſinu ſcribens, in procœmio libri IV. unde tranſcripſit Martianus. *Phocis, Locris, Achaia, Meſſenia, Laconia, Argolis, Megaris, Attica, Bœotia.* Eodem modo corruptus eſt Iſacius Tzetzes, in Commentario in Lycophronem, ubi de Lacedæmoniorum rege Oebalo agit. οἰβάλου γὰρ τέκνα, τὰς Λακεδαιμονίας ἔφη. οἰβάλου γὰρ, φησὶν, Τυνδάρεως, καὶ λοιποὶ, οἵπερ προεῖχον τῶν Λυκαόνων. *Oebali liberos, Lacedæmonios dixit. Oebali enim, ut quidam tradunt, filius Tyndarus, cæterique, qui præerant Lycaonibus.* Omnino itidem ſcribendum: οἳ προεῖχον τῶν Λακώνων. *qui præerant Laconibus.* Nulla autem Lacedæmone exſtitiſſe peſtis fertur, ex quo ſacra illic Abaris pro averruncandis malis facienda monuiſſet. Apollonius, Hiſt. Mirab. cap. IV. Λέγεται δὲ, τὸν, (τὸν Ἄβαριν,) εἰς Λακεδαίμονα παραγενόμενον, εἰρηκέναι τοῖς Λάκωσι, καθυτήρια θύσαι τοῖς θεοῖς. καὶ ἐκ τότε ὕστερον ἐν Λακεδαίμονι λοιμὸς οὐκ ἐγένετο. *Fertur verò, hunc, (Abarin,) cùm veniſſet Lacedæmonem, monuiſſe Lacedæmonios, uti ſacra, ad averruncanda mala, diis facerent: nec ex eo peſtem unquam Lacedæmone fuiſſe.* Idem quoque dicit Jamblichus, in Vitâ Pythagoræ, lib. I. cap. XXVIII. Λέγεται δὲ καὶ (ὁ Ἄβαρις) ἐν Λακεδαιμονίοις θῦσαι τὰ καθυτήρια, καὶ διὰ τοῦτο οὐδένα πώποτε ὕστερον ἐν Λακεδαίμονι λοιμὸν γενέσθαι. *Fertur etiam (Abaris) apud Lacedæmonios ſacra pro averruncandis malis feciſſe: ideoque nunquam poſteà peſtem ullam Lacedæmone exſtitiſſe.* Anteà tamen obnoxia erat: ut teſtatur idem Jamblichus, eodem libro, cap. XIX. Λακεδαίμονα γὰρ παραλαβόντα, μετὰ τὸ ἐκείνης γενέσθαι καθαρὸν, μηκέτι λοιμῶξαι, πολλάκις πρότερον τούτῳ τῷ παθήματι περιπεσόντων, διὰ τὴν δυσαπελίαν τοῦ τόπου, καθ' ὃν ᾤκισται, τοῦ Ταϋγέτου ὄρους πύγην ἀξιόλογον αὐτῇ παρεχόντος. *Sanè Lacedæmonem accepimus, poſt ejus luſtrationem, ab illo factam, nunquam peſte laboraſſe; cùm anteà ſæpè in id malum incideret, ob malignitatem loci, in quo condita eſt; Taygeto monte æſtum inſignem exhibente.* Ita corrigo eum locum, hodiè corruptum valdè. Ac commemoratur etiam peſtis quædam, quam

Thaletas musicâ sedaverit : ut refert Plutarchus, extremo libro De Musicâ. Καὶ Θαλήταν τὸν Κρῆτα· ὃν φασι κατὰ τι χρηστήριον Λακεδαιμονίοις σωθῆναι νόσημα διὰ μουσικῆς ἰάσασθαι, ἀπαλλάξαι τε τῆς παραχρημα λοιμώδους τότε Σπάρτῃ, καθάπερ φησὶ Πρατίνας. *Et Thaletam Cretensem : quem aiunt, Pythiæ oraculo quodam accitum, Lacedæmonios curasse Musicâ ; & peste, quæ tunc Spartæ grassabatur, liberasse, sicut auctor est Pratinas.* Meminit Pausanias in Atticis. Θαλῆς δὲ, ὁ Λακεδαιμονίοις τὸν νόσον παύσας, ἔτι ἄλλως συγγενὴς ὢν, ἔτι πόλεως τῆς αὐτῆς· ἀλλ' ὁ μὲν Κνώσιος· Θάλητα δὲ εἶναί φησι Γορτύνιον Πολύμνας Κολοφώνιος, ἔπη Λακεδαιμονίοις ἐς αὐτὸν ποιήσας. *Thales verò, qui Lacedæmoniis pestem sedavit, neque aliàs generis propinquitate Epimenidem contingebat, neque ex eâdem urbe natus erat : verùm ille quidem Cnossius : at Gortynium Thaletem Polymnastus Colophonius, qui Lacedæmoniis in eum carmina scripsit, tradit.* Alia item illa fuit, pro quâ, ex oraculi jussu, Xerxi sese occidendos obtulere Sparthes, & Butis : ut est videre in fragmento quodam Thesei, apud Stobæum, Serm. VII. Herodotum, lib. VII. & Plutarchum, in Apophthegm. Lac. Alia rursum ista fuit, cui sedandæ missus Troiam Menelaus ; ut sacra faceret ad sepulcra Lyci, & Chimærei. Isacius Tzetzes, ad Lycophronem. Λύκα τε καὶ Χιμαιρέως. Οὗτοι παῖδες ἦσαν τῆς Ἄτλαντος θυγατρὸς, Κελενοῦς, καὶ Προμηθέως. ἔκειντο δὲ ἐν τῇ Τροίᾳ. λοιμῶδες δὲ καταχόντος Λακεδαιμονίους, καὶ μαντευομένων αὐτῶν, ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων θεὸς, μὴ παυθῆναι τὸν λοιμὸν, εἰ μὴ εὐγενὴς Λακεδαιμονίων, ἀπελθὼν ἐν τῇ Τροίᾳ, θύσει τοῖς τάφοις αὐτῶν. οἱ δὲ ἀπέστειλαν Μενέλαον, ἐκτελέσαι τὰ τοῦ χρησμοῦ. *Lycique, & Chimærei. Hi erant filii Celenus, Atlantis filiæ, & Promethei : ac sepulti jacebant Troiæ. Cùm verò pestis Lacedæmonios vexaret, iique oraculum consulerent, responsum ab Apolline referunt, minimè eam cessaturam, nisi nobilis aliquis è Lacedæmoniis, Trojam abiens, eorum sepulcris sacra faceret. illi verò Menelaum miserunt, qui oraculi jussa perficeret.* Alia denique fuerat etiam ista, pro quâ Helena immolanda erat ; sed, gladio abrepto ab aquilâ, & in buculam impositio, ea libe-

liberata fuit. Plutarchus, in Parallelis. Λοιμῷ καταχόντῳ Λακεδαίμονα, ἔχρησεν ὁ θεὸς, παύσασθαι, ἐὰν παρθένον λύγενῆ τῶν ἐτῶν θύσωσιν. Ἑλένης δέ ποτε κληρωθείσης, καὶ προαχθείσης κεκοσμημένης, ἀετὸς καταπτὰς ἥρπασε τὸ ξίφος, καὶ, εἰς τὰ βουκόλια κομίσας, ἐπὶ δάμαλιν κατέθηκεν. ὅθεν ἀπέσχοντο τῆς παρθενοκτονίας. *Cùm peſtis Lacedæmonem invaſiſſet, juſſit oraculum, uti virginem quotannis nobilem immolarent. Helena verò aliquando ſorte ducta, cùm ornata produceretur, advolans aquila abripuit gladium, &, in armentum deferens, impoſuit buculæ. quo factum eſt, ut cæde virginis abſtineretur.* Et hinc eſt, quòd πόρτιν vocet Lycophron, in Caſſandrâ.

Καὶ τὴν ἄνυμφον πόρτιν ἁρπάσας λύκος.

Et multiviram juvencam rapiens lupus.

Sicut verò peſte civitas aliquoties conflictata eſt, ita ſua etiam reſpublica peſte, ſcilicet ſeditione, aliquando laboravit: quæ compoſita à Terpandro. Ariſtides, in Platonicâ II. Ἐμοί γε δοκεῖ, τὸν Τερπάνδρου μᾶλλον αὖ εἶναι μουσικῆς εἰκάσαι, πλεῖόν γ' ὅτι καὶ παρελήλυθεν. ὁ μὲν γὰρ, μίαν πόλιν τὴν Λακεδαιμονίων εἰς ταὐτὸν κατήγαγεν· ὁ δὲ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἥρμοσε, καὶ συνέζευξε. *Videtur mihi, Terpandri potiùs muſicæ conferenda, vel etiam præferenda. Nam ille quidem, unam civitatem Spartanam in concordiam reduxit: hic autem, totam Græciam conciliavit, & compoſuit.* Ac poſteà iterum. Καὶ, ὃ μικρῷ πρόσθεν ἔφην, ἐντεῦθεν καλῶς ἀναφαίνεται, ὅσῳ ὁ Τερπάνδρου κρείττων ἀνὴρ τῆς μουσικῆς. ὁ μὲν γὰρ, ἐφ' ἑαυτῶν τοὺς Λακεδαιμονίους ὁμονοεῖν ἐποίησεν· ὁ δ', Ἀθηναίους, καὶ Λακεδαιμονίους, τότε τοῦτον ἔπεισε φρονῆσαι, μᾶλλον δ' ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας μιᾶς γενέσθαι γνώμης. ἔστως εὖ καὶ καλῶς τὴν Ἑλλάδα ἥρμοσατο. *Ac, quod paulo antè dixi, hîc rectè apparet, quanto præſtantior Terpandro muſicus hic fuerit. nam ille quidem, Lacedæmonios inter ſe concordes fecit; hic verò, Athenienſes, & Lacedæmonios, atque etiam Græcos omnes, in concordiam tum redegit. ita bene, & pulcrè, Græciam conciliavit.* Uti autem peſte olim maximè divexabatur, ita etiam terræmotibus. Hinc Maximus Tyrius, Diſſert. XXV. Λιμώττουσιν Ἀθηναῖοι, σείονται Λακεδαιμόνιοι. *Fame affliguntur Athenien-*

nienſes, terræ motu Lacedæmonii. Et mox. Πότε Λακεδαιμονίοις ὑπώ ἐσχετο γλῶ ἄσεισιν; *Quando Lacedæmoniis promiſit terram à motu immunem?* Meminitque rurſum, Diſſert. XXX. Euſtathius, exponens, quare Homero Lacedæmon καιετάεσσα appelletur, ad Iliad. β'. ὅτι εὔστ⟨ος⟩ ἡ Λακωνική. *Quòd Laconica facilè moveatur.* Idque repetit etiam alibi, ad Odyſſ. δ'. Ac deſumpſit ex Strabone, lib. VIII. cujus verba mox producam. Maximus verò omnium fuit, qui Archidamo rege contigit, anno regni ejus quarto. Plutarchus, in Cimone. Ἀρχιδάμε δ' Ζευξιδάμε τέταρτον ἔτ⟨ος⟩ ἐν Σπάρτῃ βασιλεύοντ⟨ος⟩, ὑπὸ σεισμε, μεγίστε δὴ τ μνημονευομένων πότερον, ἥ τε χώρα τ Λακεδαιμονίων χάσμασιν ἐνώλισθε πολλοῖς, καὶ τ Ταϋγέτων τινα ἀχθέντων κορυφαὶ ἔνιες ἀπερράγησαν. αὐτὴ δ' ἡ πόλις ὅλη συνεχύθη, πλὴν οἰκιῶν πέντε. τὰς δ' ἄλλας ἤρεψεν ὁ σεισμός. *Archidamo, Zeuxidami filio, quartum jam annum regnante Spartæ, terræ motu, eorum, qui anteà commemorantur, longè maximo, & regio Lacedæmoniorum hiatibus deſedit multis, ac concuſſi vertices Taygeti quidam ſunt abrupti, & urbs ipſa univerſa eſt collapſa, præter quinque ædificia: cætera, terræ motus evertit.* Ubi obſerva, ſolas quinque reliquas fuiſſe domos. Et hoc Polyænus dicit, in Archidami ſtrategemate tertio, lib. I. Λακεδαιμονίων ἡ πόλις ἐσείσθη· καὶ πέντε μόναι διεσώθησαν οἰκίαι. *Lacedæmoniorum urbs terræ motu concutiebatur: & quinque tantùm ædes ſervatæ.* Idem dicit Ælianus, Var. Hiſt. lib. VI. cap. VII. Diodorus Siculus, non habendam harum quinque, ut videtur, rationem arbitratus, totam urbem concidiſſe, & periiſſe hominum ſuprà viginti millia refert, lib. XI, in rebus geſtis Olymp. LXXVII. anno IV. Ἐπὶ δὲ τούτων, μεγάλη τις, καὶ παράδοξ⟨ος⟩, ἐγένετο συμφορὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις. ἐν γὰρ τῇ Σπάρτῃ γενομένων σεισμῶν μεγάλων, συνέβη πεσεῖν τὰς οἰκίας ὅπ πλείους τ δισμυρίων φθαρῆναι· *Inter iſta, magna quædam, & inuſitata, Lacedæmoniis calamitas accidit. Ingens enim terræ motus Spartæ exortus, funditus evertit domos, & Lacedæmoniorum plures viginti millibus peſſum dedit.* Meminitque ejus iterum, lib.

lib. XV. ὁ δὲ ὕστατος ἐγένετο πόλεμος αὐτοῖς, σεισμῷ μεγάλῳ γενομένῳ, καὶ ἡ Σπάρτης ὅλης συγχυθείσης. *Ultimum verò bellum ipsis fuit, quo tempore magnus terræmotus exstitit, & Sparta penè tota eversa est.* Dicæopolis, apud Aristophanem in Acharnensibus, quæ comœdia acta fuit Olympiadis quintæ & octogesimæ anno quarto, seu secundo & tricesimo post hunc ipsum terræmotum, quasi nec dum accidisset, Lacedæmoniis imprecatur: & quidem, ut ædes simul universæ evertantur.

Ἐγὼ δ' μισῶ μὲν Λακεδαιμονίους σφόδρα.
Καὶτὸς ὁ Ποσειδῶν, ὑπὸ Ταινάρῳ θεὸς,
Σείσας, ἅπασιν ἐμβάλοι τὰς οἰκίας.
Equidem valdè odi Lacedæmonios.
Atque utinam Neptunus, qui deus in Tænaro colitur,
Quatiens terram, omnibus evertat domos.

Ac Pausanias, domum nullam reliquam fuisse tradit: & causam addit, quòd supplices, qui Tænarum, in Neptuni illic templum, confugerant, interfeciissent. Vide eum, in Achaïcis, & Messenicis: ac Thucydidem, lib. I. Sanè, scelere pollutos, ob hoc ipsum, dicit etiam Scholiastes Aristophanis, loco illo, quem citavi. Idem etiam Ælianus, in citato antè loco. Ac Taygeti pars montis quædam avulsa. Strabo, lib. VIII. Εὔσεισος δ' ἡ Λακωνική. καὶ δή φασι Ταϋγέτου κορυφήν τινα ἀποῤῥαγῆναι, ἔνιοι μνημονεύουσιν. *Est autem Laconica terræmotibus obnoxia. ac sanè Taygeti cacumen quoddam avulsum esse, nonnulli tradunt.* Et Anaximander quoque hunc philosophus prædixerat. Cicero, De divin. lib. I. *Nullam eorum divinationem voco: ne illam quidem, quâ ab Anaximandro physico moniti Lacedæmonii sunt, ut urbem, & tecta, linquerent, armatique in agro excubarent, quòd terræmotus instaret, tum, cùm & urbs tota corruit, & ex monte Taygeto extrema montis quasi puppis avulsa est.* Ubi vides, etiam collapsam urbem Ciceronem totam dicere. Planè atque Diodorus. Idem quoque tradit Plinius: qui prædictum item ab Anaximandro, & Taygeti abruptam partem quandam, instar

puppis, pariter refert, lib. II. cap. LXXIX. Strabo, in citatis verbis, verticem simpliciter abruptum memorat. In mediâ porticu juvenes aliquot ruinâ oppressi. qui deinde tumulo communi conditi: isque Σίσματίας dictus, usque ad Plutarchi tempora. Ecce ejus ista verba, in Cimone. Τοῖς δ' ἐφήβοις (ἐν τῇ μέσῃ στοᾷ) ὑπολφθεῖσιν ὑπιπεσεῖν (λέγεται) τὸ γυμνάσιον, καὶ πάντας ὁμοῦ τελευτῆσαι. τὸ δὲ πάφον αὐτῶν, ἕως νῦν, σίσμαλίαν προσαγορεύουσιν. *Adolescentes verò, qui (in mediâ porticu) remansérant, gymnasii ruinâ oppressos, cunctos (ferunt) periisse. Tumulum verò ipsorum, etiam nunc, Sismatiam appellant.* Causa autem magni hujus terræmotus à Plutarcho memoratur, in ultimâ Narratione Amatoriâ. Ad hæc verò duo mala, quæ incubuerunt publicè, tertium commemoratur, istud quoque admodum grave: cùm uxores, in furorem passim actæ, sic mansere, dum curaret eas Bacis, beneficio Apollinis. Suidas, in Βάκις. Θεόπομπος δ', ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν Φιλιππικῶν, ἄλλά τε πολλὰ περὶ τοῦ Βάκιδος τούτου ἱστορεῖ παράδοξα, καὶ ὅτι ποτὲ τὰς Λακεδαιμονίων τὰς γυναῖκας μανείσας ἐκάθηρεν, Ἀπόλλωνος τούτοις τὸν καθαίρτην δόντος. *Theopompus verò, libro nono Philippicorum, de hoc Bacide cùm alia multa mirabilia tradit, tum quòd olim Lacedæmoniorum uxores, furore correptas, lustraverit, Apolline ipsis lustratorem hunc exhibente.*

CAP. XVII.

Res Laconicæ nonnullæ: & in istis, Nepeta, Resina, Ceruſſa, Tithymallus, Cosmosandalum, ipsorum inventum: Cicuta. Charisium; ejusque inter fæminas usus, ad virorum mutuum amorem sibi obstringendum. Aristoteles emendatus. Helenium quoque. & Arundo: quâ coronabantur in Promachiorum festo. Baculus item, & is incurvus: cum quo etiam prodire in concionem usitatum; donec posteà sub Lycurgo is mos desiit, & quamobrem. Claves Laconicæ: quæ occultæ: &, intrinsecus januam aperientes, ac foris claudentes, tres dentes habebant. Januæ quoque bifores.

Nunc

NUnc res quasdam regionis memorabo. Multa illic erat *Nepeta*. Eustathius, exponens, cur Homero Κητώεσσα appelletur Lacedæmonia, ad Iliad. β'. Καλαμινθώδης, φασί. πολὺ γὰρ ἐν Σπάρτῃ τὸ τοιοῦτον φυτόν. *Nepetosa, aïunt. frequens autem in Spartâ est hæc planta.* *Resina.* Galenus, De comp. med. sec. loca, lib. II. Λέγειν αὐτὸν ἡγοῦμαι τὸν τε καλουμένου ἀυτοῤῥυτον ῥητίνην, ἐν Λακεδαίμονι πλείστην γιγνομένην. *Arbitror, ipsum dicere eam, quæ sponte profluens vocatur resina, quæ Lacedæmone plurima provenit.* *Cerussa.* Dioscorides, lib. v. cap. CIII. Κάλλιστον δὲ (τὸ ψιμμύθιον) ἡγητέον, τὸ ἐν Ῥόδῳ σκυασθὲν, ἢ ἐν Κορίνθῳ, ἢ ἐν Λακεδαίμονι. *Optima verò (cerussa) existimanda est, quæ fit Rhodi, aut Corinthi, aut Lacedæmone.* Oribasius, Collect. Med. lib. XIII. *Laudatissimam (cerussam) fieri putant Rhodi, aut Corinthi, aut Lacedæmone.* *Tithymallus.* Suidas, in Γλάμων. Διαβόητος δὲ ὁ Λακωνικὸς Τιθύμαλλος. ἔστι δὲ εἶδος βοτάνης ὀριμυτάτης, ὃν δὴ Λάκωσιν ὀξυσκόμβρον. *Celebratus autem erat tithymallus Laconicus. Est verò herbæ genus acutissimæ, quæ apud Lacones reperitur.* Vide iterum eundum, in Τιθύμαλλος. Aristophanes, in Concion.

Τιθύμαλον ἐμβαλόντα τὸ Λακωνικόν.
Tithymallum cùm injecerit Laconicum.

Ad quem locum Scholiastes etiam videndus. *Cosmosandalum*; ipsorum inventum. Athenæus, lib. XV. Κλέαρχος δ', ἐν δευτέρῳ Βίων, Ὅρα, φησὶ, τοὺς κοσμοσάνδαλον ἀνευρόντας Λακεδαιμονίους· οἳ, τὸ παλαιότατον τοῦ πολιτικοῦ κόσμου συμπατήσαντες, ἐξετραχηλίσθησαν. *Clearchus, libro secundo Vitarum, Vide, ait, Lacedæmonios: qui, postquam cosmosandalum invenerunt, antiquissimo reip. administrandæ ornatu conculcato, cervicibus fractis perierunt.* *Cicuta.* Theophrastus, Hist. Plant. lib. IX. cap. XV. Τὸ δὲ κώνειον, ἄριστον περὶ Σοῦσα, καὶ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις τόποις. γίγνεται δὲ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ. *Cicuta verò, optima circa Susam, & in locis frigidissimis. Nascitur autem & in agro Laconico.* *Charisium.* Ea herba in Taygeto monte nascebatur: &, ex collo fœminarum vere ineunte appensa,

pensa, id efficere credebatur, ut amore mutuo uxores viri ardentiùs complecterentur. Plutarchus, lib. De flum. ubi de Eurota agit, affitoque huic Taygeto. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (τῷ Ταϋγέτῳ) βοτάνη, καλαμένη χαρίσιον· ᾧ γυναῖκες, ἔαρος ἐρχομένου, τοῖς τραχήλοις περιάπτουσι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν συμπαθέστερον ἀγαπῶνται. *Nascitur verò in ipso (Taygeto) herba, charisium dicta: quam mulieres, vere ineunte, collo alligant, & ardentiùs à maritis mutuo adfectu amantur.* Quæ descripsit verbo tenus ex Aristotele, περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων: ubi tamen corruptè legitur τῷ Ἡ ψέτῳ, pro Ταϋγέτῳ; & ἔρωτος, pro ἔαρος. Quod in partem etiam Mausacus vidit, magnum Galliæ suæ decus. *Helenium.* Id Helenam sevisse, dictum, ad serpentes occidendos. Hesychius. Ἑλένιον, βοτάνη τις· ᾧ φασὶν Ἑλένῃ σπεῖραι, πρὸς τοὺς ὄφεις, ὅπως βοσκόμενοι ἀναιρεθῶσιν. *Helenium, herba quædam: quam aiunt sevisse Helenam, adversus serpentes, ut edentes occiderentur.* *Arundo.* (Κάλαμος.) Theophrastus, de variis ejus generibus agens, Hist. Plant. lib. IV. cap. XII. Ποικίλος γὰρ ὁ Λακωνικὸς καλούμενος. *Varia est enim, quæ Laconica vocatur.* Plinius, de eâdem, lib. XVI. cap. XXXVI. *Varia Laconicis, & ab aliâ parte densiora.* Optimam Eurotas fluvius exhibebat: unde & Καλλιδόναξ ille, *pulcram arundinem habens*, dicitur ab Euripide, in Helenâ.

——— ἵν' αἱ ῥοαὶ
Τᾶς καλλιδόνακός εἰσιν Εὐρώτα μόνον;
——— *ubi fluenta*
Sunt Eurotæ, pulcram arundinem habentis, tantùm?

Et hac coronari solebant in Promachiorum festo. Athenæus, lib. XV. Καὶ γὰρ καὶ Λακεδαιμόνιοι καλάμῳ στεφανοῦνται ἐν τῇ τῶν Προμαχίων ἑορτῇ. *Etenim Lacedæmonii arundine coronantur in Promachiorum festo.* Memoratur & Laconicus *Baculus*, isque incurvus. Theophrastus, in Charact. Eth. cap. Περὶ ἀρεσκείας. Καὶ βακτηρίας τὰς σκολιὰς, ἐκ Λακεδαίμονος. *Et baculos incurvos, Lacedæmone advectos.* Erantque graves. Scholiastes Aristophanis,

nis, ad Aves. Ἐφόρουν γὰρ βαρείας βακτηρίας οἱ Λάκωνες. *Graves enim baculos gestabant Lacedæmonii.* Sic Alcander Lacedæmonius, baculo, quem gestabat, Lycurgo respicienti oculum excutiebat. Plutarchus, in Lycurgi Vitâ. Εἷς δέ τις νεανίσκος, ἄλλως μὲν οὐκ ἀφυὴς, ὀξὺς ἦν, καὶ θυμοειδὴς, Ἄλκανδρος, ἐπικείμενος, καὶ διώκων, ἐπιτραφέντος αὐτῷ, τῇ βακτηρίᾳ παίσας, τὸ ὀφθαλμὸν ἐξέκοψεν. *Unus verò quidam adolescens, non malo alioqui ingenio, verùm acer, & iræ præceps, Alcander, inhærens, insequensque, respicientis oculum, percutiens baculo, excussit.* Et ex hoc facto institutum, ne cum baculo deinde in concionem prodirent. Docet idem mox Plutarchus. Τὸ μέντοι φέρειν βακτηρίαν ἐκκλησιάζοντας, οἱ Σπαρτιᾶται, μετὰ τὴν συμφορὰν ἐκείνην, ἀπέμαθον. *Ac cum baculo prodire in concionem, Spartani, post calamitatem illam, destitere.* Meminit Laconici baculi iterum, in Vitâ Niciæ. Τῶν δὲ στρατιωτῶν τινες καταγελῶντες, ἠρώτων, εἰ, διὰ παρουσίαν ἑνὸς τρίβωνος, καὶ βακτηρίας Λακωνικῆς, οὕτως ἰσχυρὰ τὰ Συρακουσίων ἐξαίφνης γέγονε. *Militum verò quidam irridentes, interrogabant, an, propter præsentiam unius lacernæ, & Laconici item baculi, adeò validæ res Syracusanorum repentè factæ essent.* Et paullo pòst. Ἐν γὰρ τῇ βακτηρίᾳ, καὶ τῷ τρίβωνι, τὸ σύμβολον, καὶ τὸ ἀξίωμα, τῆς Σπάρτης καθορῶντες συνίσαντο. *Quippe in lacernâ, & baculo, insigne Spartæ, & dignitatem, aspicientes consistebant.* Aristophanes, in Concion.

Λακωνικὰς γὰρ ἔχετε, καὶ βακτηρίας.
Laconicos enim calceos habetis, & baculos.

Etiam *Clavis* memoratur. Suidas. Λακωνικαὶ κλεῖδες. περιβόητοι δέ εἰσιν αὗται. *Laconicæ claves. Hæ verò sunt celebratæ.* Menander, Μισουμένοις.

Λακωνικὴ κλεὶς ἐστιν, ὡς ἔοικέ μοι.
Laconica clavis est, ut mihi videtur.

Erant occultæ, & habebant tres dentes. Aristophanes, Thesmoph.

——— οἱ γὰρ ἄνδρες ἤδη κλοιδία

Αὐτὶ φορῶσι κρυπτὰ, κακοηθέσατα,
Λακωνικὰ ἄτρα, τρεῖς ἔχοντα γομφίους.
——— *viri enim jam claviculas*
Ipsi gestant occultas, maximè malignas,
Laconicas quasdam, tres habentes dentes.

Ac claudebant iis januas ædium foris, & intus aperiebant. Et clausisse quidem foris, testis locuples est Plautus, Mostellariâ.

——— *Clavem mihi haruncce ædium Laconicam*
Jam jube efferri intus: hasce ego ædes occludam hinc foris.

Intus verò aperire consueviſſe, ex Theone est observare, in Commentario ad Aratum. οὐ γὰρ, ὡς νῦν, ἐκτὸς ἦσαν αἱ κλεῖδες, ἀλλ' ἔνδον, τὸ παλαιὸν, ὡς καὶ Αἰγυπτίοις, καὶ Λάκωσι. *Non enim, ut nunc, foris olim claves erant, sed intus, apud Ægyptios & Lacedæmonios.* Meminit Laconicæ clavis etiam Stephanus, in Λακεδαίμων. Ἔστι δὲ καὶ εἶδος κλειδὸς Λακωνικῆς. *Est autem etiam genus clavis Laconicæ.* Et Eustathius, ad Iliad. β. Ἔστι δέ καὶ κλεὶς Λακωνικὴ, καινοτέρα τις. *Est verò etiam clavis Laconica, peculiaris quædam.* Quin ut clavis his peculiaris erat, ita *Janua*, quæ biforis. Theo, in citato statim Commentario, ubi de Cassiopéæ stellis agit. Ὧν ὁ βορεώτατος, ἐπὶ τῆ καθέδρας ἐστίν. ὁ δὲ νοτιώτατος, ἐπὶ τῆ κεφαλῆς. οἱ δὲ τρεῖς μεταξὺ δύο, τὸ τῆ Λακωνικῆς δικλίδος σχῆμα ποιοῦντες. *Quarum quæ est maximè septentrionalis, in sede exiſlit; quæ verò maximè meridionalis, in capite: duæ autem, quæ in medio, januæ biforis Laconicæ figuram faciunt.* Et clavem, & januam, designat Aratus, in Phænomenis.

οἷλον δὲ κληῖδι θύρλον ἔντοθι ἀρραρυῖαν
Δικλίδ' ἐπισταλάοντες ἀνακρούσιν ὀχῆες,
Τοῖόν τι μυχὰξ ὑποκείμενοι ἰνδάλλονται
Ἀστέρες. ———
Qualem vero clave januam intus munitam
Bifori concurrentes reverberant vectes,
Tales singulatim subjectæ figurant
Stellæ. ———

CAP.

CAP. XVIII.

Balneum Laconicum, ſiccum, & duntaxat ad ſudandum inſtitutum: quale Romæ & Agrippa ædificavit. Ferrum: ejuſque temperandi quænam ratio, & ad quas res utile fuerit. Flagella. Marmor. Juvenalis Interpres vetus emendatus. Lapis alius: & lapicidinæ, in Tænaro promontorio Laconiæ; cujus lapis duplex erat. Cotes denique, & ſmaragdi, ex Taygeto monte.

BAlneo quoque, ſibi proprio, utebantur. Ejus meminit Plutarchus, in Agide, & Cleomene. Καὶ δεῖπνα, καὶ λουτρὰ, καὶ διαίτας Λακωνικὰς ζητεῖν. *Et cænas, & balnea, & victum Laconicum quærere.* Erat autem ſiccum, & ſudando, non lavando, inſtitutum. Martialis, lib. VI. epigr. XLII.

Ritus ſi placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Crudâ Virgine, Martiâque, mergi.

Columella, in Præfatione Operis De re ruſticâ. *Quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus*; &, *exacto ſudore, ſitim quærimus.* Celſus, lib. II. cap. XVII. *Siccus calor eſt arenæ calidæ, & Laconici.* Meminit etiam Vitruvius, lib. V. cap. X. & XI. ac lib. VII. cap. X. Inſtituebantur autem ex lapidibus ignitis. Strabo, lib. III. Ἔνιοι δὴ τῶν περοικούντων τῷ Δουρίᾳ ποταμῷ Λακωνικῶς διάγειν φασὶν, ἀλιφηρίοις χρωμένους δὶς, καὶ πυρίαις ἐκ λίθων διαπύρων. *Quoſdam eorum, qui ad Durium amnem habitant, Laconicâ ferunt vitæ ratione uti; bis unguento utentes, & ſiccis ſudationibus per lapides ignitos.* Nec aliud balneum intelligit Paulus Ægineta, cùm inquit, lib. III. cap. XLIII. Καὶ πυριᾶσθαι κελεύειν ἐν τοῖσι διαπύροις τοίχοις. *Jubere, ut ſiccâ ſudatione utantur intra ignitos parietes.* Agrippa tale Romæ ſtruxit, annò Urbis conditæ DCCXXIX. Dio Caſſius, in ejus anni rebus geſtis, lib. LIII. Ἀγρίππας δὲ ἐν τούτῳ τὸ ἄφυκτον τοῖς ἰδίοις τέλεσιν ἐπεκόσμησε. τοῦτο μὲν γὰρ, τὸν ἐπὶ Ποσειδῶνι ὀνομασμένον, καὶ ἐξωκοδόμησεν ὑπὲρ τοῦς

ταῖς ναυκρατίαις, καὶ τῇ τῶν Ἀργοναυτῶν γραφῇ ἐπελάμπρυνε· τοῦτο δὲ, τὸ πυρατήριον τὸ Λακωνικὸν κατεσκεύασεν. *Agrippa autem eo tempore urbem suis sumptibus exornavit. nam & porticum Neptuni, ob victorias navales, ædificavit, & picturâ Argonautarum exornavit: & Laconicum sudatorium exstruxit.* Et id ipsum est, quod intelligit Martialis, lib. III. epigr. XX.

Stertitur? thermis an lavatur Agrippæ?

Laudatur & Laconicum *Ferrum.* Stephanus, in Λακεδαίμων. Ἔστι δὲ καὶ τὸ Λακωνικὸν σιδήριον. *Est verò etiam Laconicum ferramentum.* Eustathius, ad Iliad. β'. Καὶ μάστιγες Λακωνικαὶ, καὶ σιδήριον Λακωνικόν. *Et flagella Laconica, & ferramentum Laconicum.* Ac peculiari modo chalybe id temperabant: & fiebant inde limæ, terebræ ferrariæ, cæla, & instrumenta lapicidarum. Daimachus, in Poliorceticis, lib. XXXV. Σπωμάτων τὸ μὲν Χαλυβδικὸν, τὸ δὲ Σινωπικὸν, τὸ δὲ Λύδιον, τὸ δὲ Λακωνικόν. καὶ τὸ Σινωπικὸν, καὶ Χαλυβδικὸν, εἰς τὰ τεκτονικά. τὸ δὲ Λακωνικὸν, εἰς ῥίνας, καὶ σιδηροτρύπανα, καὶ χαρακτῆρας, καὶ τὰ λιθουργικά. *Ferri quidem temperandi ratio erat quædam Chalybdica, alia Sinopensis, alia Lydia, alia Laconica. Ac Sinopensis quidem, & Chalybdica, ad fabrilia instrumenta facienda idonea erat; Laconica verò, ad limas, terebras ferrarias, cæla, & lapicidarum instrumenta.* Quæ totidem verbis hinc transcripta ab Eustathio, loco citato. *Flagella.* Vides in citatis Eustathii verbis: Καὶ μάστιγες Λακωνικαὶ, καὶ σιδήριον Λακωνικόν. *Et flagella Laconica, & ferramentum Laconicum.* Stephanus, loco itidem citato. Εἰσὶ δὲ καὶ μάστιγες Λακωνικαί. *Sunt autem etiam flagella Laconica.* *Marmor.* Juvenalis, Sat. XI.

Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.

Ad quem locum Interpres vetus. *Qui exspuit supra marmor Lacedæmonium, quo stratum est pavimentum, ut sit læve.* Ita enim hîc scribendum; non, ut editur, *ut lene sit.* Lampridius, in Alexandro Severo. *Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus, hoc est, porphyretico, & Lacedæmonio, primus instituit.* Alii *Lapidem* simpliciter dicunt. Pollux, lib. VII. cap. XXIV.

Πολλὰ

Πολλὰ δὲ εἴδη λίθων· Φρυγία, Λάκαινα, Λίβυστα, Εὐβοϊς, Θεσσαλή, Αἰγυπτία. *Multa autem lapidum sunt genera: Phrygius, Laconicus, Libycus, Euboicus, Thessalicus, Ægyptius.* Eustathius, De Am. Ism. lib. I. Τὸ κύκλοθεν ἐκόσμει ὃ φρέαρ, λίθος χῖος, ὁ ἐκ Λακαίνης, ἡ Θεσσαλὸς ἐπέρωθεν. *Ambitum putei ornabat lapis Chius, & Laconicus, & ab alterâ parte Thessalus.* Lucianus, in Hippia. Καὶ μέσος οἶκος, ὕψει τε ὑψηλότατος, καὶ φωτὶ φαιδρότατος, ψυχρὸν ὕδατος ἔχων τρεῖς κολυμβήθρας, Λακαίνῃ λίθῳ κεκοσμημένος. *Ac media domus, cùm fastigio excelsissima, tum lumine splendidissima, tres aquæ frigidæ piscinas habens, Laconico lapide exornata.* Lampridius, in Antonino Heliogabalo. *Stravit & saxis Lacedæmoniis, & porphyreticis, plateas in palatio, quas Antoninianas vocavit.* Meminit etiam Themistius, Orat. VI. & Plutarchus, Symp. lib. I. cap. II. Ac maximo quidem in pretio habebatur marmor viride. Plinius, de marmoribus agens, lib. XXXVI. cap. VI. *Pretiosissimi quidem generis Lacedæmonium viride, cunctisque hilarius.* Et de eo loquitur Statius, in Epithalamio Stellæ, & Violantillæ, lib. I.

Hîc Libycus Phrygiusque silex, hîc dura Laconum
Saxa virent. ———

Celebrabatur verò etiam illic lapis Tænarius, nigri coloris. Plinius, lib. XXXVI. cap. VIII. *Sunt & nigri lapides, quorum auctoritas venit in marmora, sicut Tænarius.* Partes ejus, si lævigarentur, albas visas; integrum verò, flavum; tradit Sextus Empiricus, Pyrrh. Hypotyp. lib. I. cap. XIV. Καὶ ὁ Ταινάρεως λίθος τὰ μὲν μέρη λευκὰ ὁρᾶται, ὅταν λειανθῇ· σὺν ᾗ τῇ ὁλοχερεῖ, ξανθὸς φαίνεται. *Et Tænerei quidem lapidis partes, si lævigentur, albæ videntur; cum toto verò, flava apparent.* Ex eo columnas celebrat Propertius, lib. III. eleg. II.

Quòd non Tænariis domus est mihi fulta columnis.

Et Tibullus, lib. III. eleg. III.

Quidve domus prodest, Phrygiis innixa columnis,
Tænare sive tuis, sive Caryste tuis?

Facit autem genera ejusdem duo idem Plinius, quem citavi, libri ejusdem XXXVI. cap. XXII. *Tænarium verò lapidem, & Pænicum, & hæmatiten, iis medicamentis prodesse tradunt, quæ ex croco componantur: ex alio Tænario, qui niger est. & ex Pario lapide, non æquè medicis utilem.* Nec è Tænaro tantùm lapis Lacedæmoniorum probus, sed & Croceis, qui Laconicæ vicus quidam. Paulanias in Laconicis. Ἐπὶ θαλάσσαν τε ἐς Γύθιον καταβαίνοντι, ἔστι Λακεδαιμονίοις ἡ κώμη καλεμένη Κροκέαι. ἧς ἡ λιθοτομία, μία μὲν πέτρα συνεχὴς, ἐξ ἀϊδίου. λίθοι δὲ ὀρύσσονται, σχῆμα τοῖς ποταμίοις ἐοικότες, ἄλλως μὲν δυσεργεῖς ἢν δὲ ἐπεργάζωνται, ἐπικοσμήσαι ἀὶ τὰ θεῶν ἱερὰ κολυμβήθραις ἢ, τὰ ὕδατι, συμπλέξαι μᾶλιστα ἐς κάλλος. θεῶν δὲ ἀγάλματα, τὸ μὲν τῆς κώμης, Διὸς Κροκεάτου λίθου πεποιημένον ἄγαλμα ἔστηκεν. Διόσκουροι δὲ, ὅπλα τε λιθοτομία χαλκοῦ. *Quà verò Gythium ad mare descenditur, vicus est Lacedæmoniis, cui nomen Croceæ. in eo lapicidinæ, saxo perpetuo, ac nusquam interrupto. Cæduntur inde lapides, fluvialibus similes, aliàs quidem laboratu difficiles: si elaborantur tamen, etiam deorum fana exornaverint. Deorum verò illic, ante vicum quidem, Jovis signum est, ex lapide Croceate factum: ad lapicidinam verò, Dioscuri stant ex ære.* Iterum, in Corinthiacis. Τοῦτο δὲ Εὐρυκλῆς ἐποίησεν, ἀνὴρ Σπαρτιάτης, λίθοις κοσμήσας καὶ ἄλλοις, καὶ ὃν ἐν Κροκέαις, χώρα τῆς Λακωνικῆς, ὀρύσσουσιν. *Hoc autem fecit Eurycles, vir Spartanus, lapidibus ornatum cùm aliis, tum & iis, quos effodiunt Croceis, Laconicæ vico.* Quod Tænarium lapidem attinet, de quo dixi, eum Strabo admodum pretiosum memorat, lib. VIII. Εἰσὶ δὲ λατομίαι λίθου πολυτελοῦς, ἥ μὲν Ταινάρῳ, ἐν Ταινάρῳ, παλαιαί. *Sunt verò lapicidinæ lapidis pretiosi, Tænarii quidem, in Tænaro, antiquæ.* Post lapides Laconicos, etiam *Cotes* memorantur, maximè ex monte Taygeto. Plinius, lib. XXXVI. cap. XXII. *Creticæ (cotes) diu maximam laudem habuere: secundam Laconicæ, ex Taygeto monte.* Prædicantur & *Smaragdi.* Idem Plinius, de his agens, lib. XXXVII. cap. V. *Complures verò è proximis Laconicos in Taygeto monte erui, Medicis similes.*

CAP.

CAP. XIX.

Metallum, in Taygeto monte. Purpura, & ex eâ chlamys: in quâ & inibant prælia, & , post fortitudinis exempla edita illustrissima, mortui sepeliebantur; cùm cæteri coronis tantùm oleaginis ornarentur. Plutarchi error, & confusio; indicata. Currus, ex suberi-quercu, quia ilice carebant. Mensuræ, hîc peculiares: & quartarius in his nominatim dictus. Gnomon item illic primus: ab Anaximandro positus, aut discipulo Anaximene. Cycni quoque insigniores, maximè in Eurota flumine: & interioribus eorum plumis lecti à Romanis farti.

HAbuit verò Laconica etiam *Metallum* suum; idque in Taygeto monte. Strabo, in descriptione, lib. VIII. Νεωστὶ δ' ἐν τῷ Ταϋγέτῳ μέταλλον ἀνέῳξάν τινες μεμεγεθες, χορηγὸν ἔχοντες τὴν τῶν Ῥωμαίων πολυτέλειαν. *Recens verò etiam in Taygeto metallum aperuerunt quidam satis magnum, Romanorum magnificentiâ sumptus suppeditante.* Martialis, lib. VI. epigr. XLII.

Illic Taygeti virent metalla.

Memoratur etiam *Purpura.* Plinius, lib. XXI. cap. VIII. *Nihil gratius adspectu: trahitur in purpuras Tyrias, dibaphasque, ac Laconicas.* Videndus idem, lib. IX. cap. XXXVI. & lib. XXXV. cap. VI. Pausanias, in Laconicis. Κόχλους δ' ἐς βαφὴν πορφύρας παρέχεται τὰ θαλάσσια τὰ Λακωνικῆς, μετά γε τὴν Φοινίκων θάλασσαν. *Ferunt autem maritima Laconicæ conchylia, ex quibus ad tingendas vestes purpura fit, nobilitate solùs iis, quæ in Phœnicum mari capiuntur, inferiora.* Valerius Flaccus, Argonaut. lib. I.

Illis Tænareo pariter tremit ignea fuco
Purpura. ——

Horatius, lib. II. Od. XVIII.

Nec Laconicas mihi
Trahunt honestæ purpuras clientæ.

Meminit etiam Ælianus, Hist. Anim. lib. XV. cap. X. Martialis,

lis, lib. VIII. epigr. XXVIII. & Statius, in Epithalamio Stellæ, & Violantillæ, Silv. lib. I. aliique. Inde *Spartana chlamys* apud Juvenalem dicitur, quæ ex purpurâ Spartanâ, Sat. VIII.

——— *Spartana chlamys, conchylia Coa.*

Itaque puniceis in bello tunicis utebantur, ut accuratè docet Cragius, lib. III. tab. VI. cap. VI. Addo ego Philostrati insignem locum, in quo duas ejus facti causas reddit, in Epistolarum quâdam. οἱ Λακεδαιμόνιοι φοινικοβαφεῖς ἐνεδύοντο θώρακας, ἢ ἵνα ἐκπλήττωσι τοὺς πολεμίους τῷ φοβερῷ τῆς χροίας, ἢ ἵνα ἀγνοῶσι τὸ αἷμα τῇ κοινωνίᾳ τῆς βαφῆς. *Lacedæmonii puniceis induebantur thoracibus, ut aut hostibus metum incuterent terribilitate coloris, aut ut sanguinem non agnoscerent tincturæ communione.* Quin & mortui, in puniceo amiculo, & foliis oleaginis, involvebantur, ex Lycurgi instituto. Plutarchus, in ejus Vitâ. Συνθάπτειν δὲν εἴασεν, ἀλλ' ἐν φοινικίδι, καὶ φύλλοις ἐλαίας, θέντας τὸ σῶμα, περιέστελλον. *Nihil consepelire permisit, verùm in amiculo puniceo, & foliis oleaginis, cadaver collocantes, involvebant.* Iterum, in Instit. Laconicis. Συνθάπτειν δὲ δὲν ἐπέτρεψεν (ὁ Λυκοῦργος,) ἀλλ' ἐν φοινικίδι, καὶ φύλλοις ἐλαίας, θέντας τὸ σῶμα, περιστέλλειν καὶ ἴσον ἅπαντας. *Nihil verò permisit (Lycurgus) consepelire, sed puniceo in amiculo, foliisque in oleaginis, posito cadavere, omnes æqualiter involvere.* Sed Plutarchus sepulturas hîc confundit: nam discrimen in sepeliendo erat, ratioque personarum habebatur. Etenim puniceum amiculum duntaxat his imponebatur, qui perfectæ fortitudinis specimen exhibuissent. Hoc nos docet Ælianus, Var. Hist. lib. VI. cap. VI. Οὐκ ἐξὸν ἀνδρὶ Λάκωνι δὲ σκυλεῦσαι τὸ πολέμιον. οἱ δὲ καλῶς ἀγωνισάμενοι, καὶ ἀποθανόντες, θαλλοῖς ἀνεδοῦντο, καὶ κλάδοις ἑτέροις, καὶ δι' ἐπαίνων ἤγοντο· οἱ δὲ τελέως ἀρρενευσάμενοι, καὶ φοινικίδος αὐτοῖς ἐμπεβλημένοις, ἐνδόξως ἐθάπτοντο. *Viro Lacedæmonio ne manubias quidem hosti detrahere licebat. Qui verò se strenuos præstitissent, & occubuissent, ii ramis oleaginis, aliisque, redimiti, cum laudibus deducebantur: at, qui se perfectè fortes præ-*

præbuissent, puniceâ injectâ veste, glorioſè ſepelichantur. Parabantur ipſis *currus*, quia ilice carebant, ex phellodry, quaſi ſuberi-quercum dicas. Theophraſtus, Hiſt. Plant. lib. III. cap. XVII. Ὃ δὴ καλέσιν οἱ Ἀρκάδες φελλόδρυν, τοιάδε ἔχει τὴν φύσιν. ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀνὰ μέσον πρίνου καὶ δρυός ἐστιν. καὶ ἔνιοι ὑπολαμβάνουσιν, εἶναι θῆλυν πρίνον. διὸ καὶ, ὅπου μὴ φύεται πρίνος, τούτῳ χρῶνται πρὸς τὰς ἁμάξας, καὶ τὰ τοιαῦτα· καθάπερ οἱ περὶ Λακεδαίμονα, καὶ Ἠλείαν. *Quod verò Arcades phellodryn vocant, ejuſmodi naturam habet. ut ſimpliciter quidem dicam, inter ilicem eſt, & quercum. & nonnulli, fœminam ilicem opinantur. ideoque, ubi ilex non naſcitur, ad currus faciendos adhibent, & quæ talia: ſicuti Lacedæmonii, & Eléi.* Menſurâ quoque ſingulari utebantur: & quartarii mentionem Herodotus facit, lib. VI. Καὶ μέδιμνον ἀλφίτου, καὶ οἶνου τετάρτην Λακωνικήν. *Et farinæ medimnum, & quartarium Laconicum.* Gnomonem à philoſopho Anaximandro accepere. Diogenes Laërtius, in ejus Vita, lib. II. Εὗρε δὲ καὶ γνώμονα πρῶτος, καὶ ἔστησεν ὅπου τὰ σκιοθήρων ἐν Λακεδαίμονι. *Gnomonem verò etiam primus invenit, ſtatuitque in horologiis Lacedæmone.* Alii, diſcipulo id ejus tribuunt, Anaximeni. Plinius, lib. II. cap. LXXVI. *Umbrarum hanc rationem, quam vocant gnomonicen, invenit Anaximenes Mileſius, Anaximandri, de quo diximus, diſcipulus: primuſque horologium, quod appellant ſciothericon, Lacedæmone oſtendit.* *Cycni* etiam Laconici ab antiquis celebrati. Martialis, lib. VIII. epigr. XXVIII.

Spartanus tibi cedet olor, Paphiæque columbæ.

Et maximè in Eurota flumine, quem propterea *Oloriferum* dicit Statius, Theb. lib. IV.

Taygetique phalanx, & oloriferi Eurotæ
Dura manus. ———

Ac poëtæ, currum Veneris à Laconicis cycnis trahi, fabulati. Idem Statius, in Epithalamio Stellæ, & Violantillæ, ubi de Venere agit, lib. I.

——— *ſic fata, levavit*

Sidereos artus, thalamique egressa superbum
Limen, Amyclæos ad frena citavit olores.

Quin Romani, uti molliùs cubarent, plumis horum interioribus lectos suos farciebant. Observare apud Martialem licet, lib. XIV. epigr. CLXI.

Lassus Amyclæâ poteris requiescere plumâ,
Interior cycni quam tibi lana dabit.

JOANNIS MEURSI

MISCELLANEORUM LACONICORUM LIBER III.

CAP. I.

Canes Laconici, maximoperè celebrati: & in illis, sexus quoque differentia prædicata. Masculi, pastoribus grati, & custodiendo pecori usitati: ac veloces, & laboris patientes. Fœminæ, generosæ habitæ; ac præstabant odoratu: itaque ad venationem exhibebantur, ut investigarent feras. Eorum autem tria genera: & hi, è Laconico utroque erant; illi verò, ex Laconico, & Molosso; isti autem, ex cane, & vulpe: & Ἀλωπεκίδες inde dicebantur; sicut, à Laconicæ loco Cynosuride, Κυνοσουρίδες. Hæ veloces quanquam essent, tamen in non magno pretio habebantur. Themistii locus restitutus. Aristides illustratus. Castoriæ, à Castore denominatæ, qui accepit ab Apolline, atque vulpi primus miscuit. Generare incipiebant mense octavo: ac coibant meliùs cùm laborassent. Ferebant uterum duobus plus minùs mensibus: & lac accipiebant tricesimo post coitum die. Vivaciores fœminæ, quàm mares, erant: ac vivebant, illi quidem, annos decem; hæ, duodecim. Adeò verò æstimati, ut & muneri peregrinis mitterentur: quin inducti & in Samum à Polycrate tyranno.

Canes

CAnes ejus regionis maximoperè celebrati. Varro, De re ruſt. lib. II. cap. IX. *A regionibus (canes) appellantur, Laconnes, Epirotici, Sallentini.* Plautus, Epidico, Act. II. Sc. II.

P E. Cani quoque etiam ademptum eſt nomen. E P. qui? P E. vocant Laconicum.

Anacharſis, in Epiſtolâ ad Solonem. Εἰ δέ τις σοι κύνα Σπαρτιάτην ἐδωρεῖτο, ἦ κἂν πρεσβεύσαιτες ἐκείνῳ αὐδρὶ, κύνα τὸν εἰς Σπάρτην ἀνάγοντα δῶναί σοι; *Quodſi tibi canem Spartanum aliquis donaſſet, an mandares illi viro, uti canem eum Spartam reduceret, atque illic tibi daret?* Gratius, in Cynegetico, de canibus loquens.

Ad veſtram non vile genus, non patria vulgo:
Sparta ſuos, & Creta ſuos promittit alummos.

Nonnus, Dionyſiac. lib. XVI.

Ἄξομαι ἐκ Σπάρτης ἑτέρους κύνας. ——
Ducam è Spartâ alios canes. ——

Et in ſexu differentia. Maſculi, paſtoribus grati, & cuſtodiendo pecori uſitati: maximeque æſtimati, qui colore fulvo eſſent. Horatius, Epod. VI.

Nam qualis aut Moloſſus, aut fulvus Lacon,
Amica vis paſtoribus.

Virgilius, Georg. lib. III.

—— *omnia ſecum*
Armentarius Afer agit, tectumque, laremque,
Armaque, Amyclæumque canem.

Ac veloces erant curſu. Idem Virgilius, eodem libro.

Veloces Spartæ catulos, acremque Moloſſum,
Paſce ſero pingui. ——

Silius, lib. III.

Ceu pernix cùm denſa vagis latratibus implet
Venator dumeta Lacon, aut exigit Umber,
Nare ſagax, è calle feras. ——

Nemeſianus, in Cynegetico.

Elige tunc curſu facilem, facilemque recurſu,

Seu

Seu Lacedæmonio natum, seu rure Molosso.

Hinc est illud apud Columellam, ubi de nominibus canum, lib. VII. cap. XII. *Nominibus autem non longissimis appellandi sunt, quo celeriùs quisque vocatus exaudiat. nec tamen brevioribus, quàm quæ duabus syllabis enuntientur: sicut Græcum est,* Σκύλαξ; *Latinum, Ferox; Græcum,* Λάκων; *Latinum, Celer.* Erant & laborioſi. Plinius, lib. X. cap. LXIII. *Propria in eo genere maribus laboris alacritas.* Loquitur de canibus Laconicis. Fæminæ, generoſæ habitæ. Pollux, lib. V. cap. V. Γενναῖαι κύνες Λακωνικαί. *Generoſæ canes Laconicæ.* Et induſtriæ item magis. Ariſtoteles, Hiſt. Anim. lib. IX. cap. I. Αἱ Λάκαιναι κύνες αἱ θήλειαι, ἢ φύσεται τὴν ἀῤῥένων εἰσί. *Laconicæ canes fæminæ, maſculos induſtriâ ſuperant.* Ac corpore erant gracili: unde *Tenues* dicuntur Claudiano, De laud. Stil. lib. III.

Hirſutæque fremunt Creſſæ, tenueſque Lacænæ.

De diverſis canibus agit eo loco. Etiam odoratu præſtabant. Ariſtoteles, De gen. anim. lib. V. cap. II. Ὅσων οἱ μυκτῆρες μακροὶ, οἷον τῶν Λακωνικῶν κυνιδίων, ὀσφραντικά. *Quæcunque longas nares habent, ut Laconicæ caniculæ, ea odoratu valent.* Inde Εὔῤῥινι, quaſi bonis naribus prædita, ſive ſagax, Sophocli dicitur, in principio Ajacis.

Κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔῤῥινος βάσις.

Veluti quidam canis Lacænæ ſagacis greſſus.

Quem locum reſpexit Manuel Palæologus, Orat. VI. Ὥσπερ αἱ τὰ θηρία ῥινηλατοῦσαι Λάκαιναι κύνες. εὔῤῥινας αὖ τούτας εἶπεν Σοφοκλῆς. *Quemadmodum Laconicæ canes, naribus feras indagantes. Bonis naribus præditas has dixit Sophocles.* Seneca tragicus, in principio Hippolyti, ubi varios canes nominat.

At Spartanos (genus eſt audax,
Avidumque feræ) nodo cautus
Propiore liga. veniet tempus,
Cùm latratu cava ſaxa ſonent:
Nunc demiſſi nare ſagaci

Captent

Captent auras, luſtraque preſſo
Quærant roſtro. ———

Et hinc eſt Platonis illud in Parmenide. Ὥσπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες, εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα. *Veluti canes Lacænæ, facilè tranſcurris, & inveſtigas, quæ ſunt dicta.* Quæ tranſcribit Ariſtænetus, lib. I. epiſt. XVIII. Ὥσπερ αὖ αἱ Λάκαιναι κύνες, μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις, ὅπη δ' αὖ αἴσθοιό τινος τῆς ἀμέλει θήρας ἀξίας. *Sicuti Lacænæ canes, facilè tranſcurris, & inveſtigas, ſicubi aliquem dignum, quem venêris, ſentias.* Euſtathius, De Am. Iſm. lib. IX. Ἀναπτύξας τὸ γράμμα, καὶ Λάκαιναν κύνα, καὶ νῦν, καὶ λέξιν, ἀνώρυττον, καὶ ὅλον καλιχνηλάτουν τὸ ἐπιστόλιον. *Poſtquam literas reſignaſſem, veluti Lacæna canis, mentem, & verba, effodiebam, & totum epiſtolium inveſtigabam.* Meminit etiam Nicetas Choniates, lib. I, De Andronici Comneni Imperio. Itaque ad venationem adhibebantur, ut inveſtigarent feras. Xenophon, De Venat. Πρὸς δὴ τὸ οὖν τὸ ἄγριον, κεκτῆσθαι κύνας Ἰνδικὰς, Κρητικὰς, Λοκρίδας, Λακαίνας. *At in aprum ſilveſtrem, canes comparare Indicas, Cretenſes, Locrenſes, Laconicas.* Themiſtocles, Epiſt. X. quæ eſt ad Habronychum. Καὶ διαφθαρησόμεθα τοὺς τε οἴκοθεν ὄντας τῶν θήρων ἡμῶν ὠρμημένους κυνηγέτας, καὶ τοὺς Λακωνικοὺς κύνας. *Et effugiemus domeſticos venatores, ad noſtram egreſſos venationem, & canes Laconicos.* Nonnus Monachus, Collect. Hiſt. lib. I. cap. LXXIV. Πᾶσα πόλις, καὶ χώρα, ἔχει τι ἐξαίρετον ἰδίωμα. οἷον ἡ Θεσσαλῶν χώρα, ἔχει τοὺς ἵππους· ἡ Ἀθηναίων, τὰ μέταλλα τοῦ ἀργύρου· ἡ Ἰνδία, τὴν χρυσίλιθα ψάμμον· ὁμοίως καὶ ἡ Λακεδαιμονίων, κύνας θηρευτικάς. *Unaquæque urbs, & regio, aliquid excellens habet, ſibi proprium. uti Theſſalorum regio, equos habebat; Athenienſium, argentifodinas; India, arenam aureolam; ſic & Lacedæmoniorum, canes venaticos.* Gloſſæ veteres Græcolatinæ. Λάκων, ὁ θηρευτὴς, *Umber.* *Lacon, venator, Umber.* Ubi hic Gloſſarii Auctor Silii reſpexit locum, quem citavi paullo antè. Inde quoque Heſychius Presbyter, Ἀνηρρήτων Cent. I. cap. XCVI. Ἡ δὴ (ἕξις,) ὡς φύσις, λοιπὴν κρατεῖ· καὶ ἐν παιδίσκῃ παιδὶ τὴ

ὁ νῦς γενόμῳ, ζητεῖ τὰς πολεμίας, ὥσπερ κύων Λακωνικὸς λαγωὸν ἐν λόχμαις. *Hic verò (habitus,) veluti natura, cætera obtinet: & in tali statu collocatus animus, quærit hostes, ut in silvis leporem Laconicus canis.* Meminit Laconicorum quoque canum Oppianus, Cyneg. lib. I. Invenio autem genera illorum tria. nam hi, ex Laconico utroque nati, qui & plurimùm habebantur; illi verò, ex Laconico, & Molosso: isti rursum, ex cane, & vulpe. De prioribus, nil omninò dicere attinet: de his verò, qui ex Laconico, & Molosso, discimus ex Aristotele; qui &, fortes, & laboriosos, dicit, præter cæteros. Verba ejus ecce ista, Hist. Anim. lib. IX. cap. I. Διαφέρουσι δὲ οἱ ἐξ ἀμφοῖν ἀνδρίᾳ, καὶ φιλοπονίᾳ, οἵ τε ἐκ τοῦ ἑνὸς τε Μολοσσίας γιγνομένων κυνῶν, καὶ ἐκ τοῦ Λακωνικῶν. *Præstant verò fortitudine, & laboris item studio, qui ex genere utroque, Molossorum, & Laconicorum, procreantur.* De natis ex cane, & vulpe, est ejusdem Aristotelis, in eodem Opere, locus, lib. VIII. cap. XXVIII. Καὶ ἐν Κυρήνῃ μίσγονται οἱ λύκοι τοῖς κυσὶ, καὶ γεννῶσι. καὶ ἐξ ἀλώπεκος, καὶ κυνὸς, Λακωνικοί. *In Cyrenaicâ miscentur lupi canibus, & generant: & ex vulpe, ac cane, sunt Laconici.* Hesychius, in Κυναλώπηξ. Τὰς ἐξ ἀλώπεκος, καὶ κυνὸς, Λακωνικὰς κύνας Φασὶ γίνεσθαι. *Ex vulpe, & cane, Laconicos canes nasci aiunt.* Pollux, lib. V. cap. V. Λέγουσι δὲ, τὰς μὲν Λακαίνας, ἐξ ἀλωπέκων τὸ ἀρχαῖον, καὶ κυνῶν, γενομένας, κληθῆναι ἀλωπεκίδας. *Aiunt autem, Laconicas quidem canes, ex vulpibus olim, canibusque, generatas, alopecidas appellatas.* Et earum duplex nomen. nam, Ἀλωπεκίδες dictæ, quòd ex cane, & vulpe, essent procreatæ; Κυνοσουρίδες, quòd in Cynosuride, Laconicæ loco: ubi potissimùm, ut apparet, nascebantur. De alopecidibus, Xenophon, lib. De Venat. Αἱ δὲ ἀλωπεκίδες, ἔχουσι τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, διότι ἐκ κυνῶν τε καὶ ἀλωπέκων ἐγένοντο. *Alopecides verò, cognomentum istud habent, quòd ex canibus, vulpibusque, sint prognatæ.* Videmus etiam in Pollucis istis verbis, quæ citavi. Hesychius meminit, sed brevissimè. Ἀλωπεκίδες, εἶδος κυνῶν. *Alopecides, genus canum.* Nullam planè nominis ratio-

rationem reddit. De Cynosuridibus verò, Scholiastes Callimachi, Hymno in Dianam. Κυνοσουρίδας, ταὶς ἐκ τῶν κυνῶν, καὶ ἀλωπέκων, γινομένας κύνας· ἢ ταὶς Λακωνικάς. Κυνοσουρὶς γὰρ, τόπος Λακωνικῆς. *Cynosuridas canes, quæ ex canibus, & vulpibus, natæ: sive Laconicas. Cynosuris enim, locus Laconicæ.* Callimachus, citato Hymno, gloriam velocitatis illis tribuit.

——— ἑπτὰ δ' ἔδωκε
Θάσσονας ἀωρήων κυνοσουρίδας, αἵ ῥα διῶξαι
Ὠκίστας νεβρούς τε, καὶ ἐ μύοντα λαγωὸν,
Καὶ κοίτην ἐλάφοιο, καὶ ὕστριχος ἔνθα καλιαὶ,
Σημῆναι, καὶ ζορκὸς ἐπ' ἴχνιον ἡγήσασθαι.
——— *septem autem dedit*
Velociores ventis cynosuridas, quæ ad persequendum
Celerrimæ hinnulosque, & non conniventem leporem,
Et cubile cervi, & hystricis ubi nidi,
Ostendendum, & ad damæ ad vestigium perducendum.

Tamen illis pretium non magnum erat. Observare est ex Themistio, Orat. I. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὑμᾶς ὁρῶ τόν τε ἵππον ἐξετάζοντας τὸ βησσάρφον, εἰ γαῦρός τε, καὶ ὑψαύχην, καὶ ἐλευθέριος· τὼ τε κύνα, ἐξ ἧς μέλλετε σκυλακεύεσθαι, εἰ λάκαινα ὄντως, γενναία, καὶ μὴ πονηρὸν κυνίδιον, ἀλωπεκίς ποθεν, ἢ Μελιταία. *Nam ego vos & equum admissarium video explorare, ferox ne sit, & elatâ cervice, ac liber: & canem, de quâ catulos educere vultis, num Laconica sit revera, generosa, & non mala quæpiam canicula, puta ex cane & vulpe nata, aut Melitæa.* Sed corruptus ille locus: & in fine Μολοσσία, pro Μελιταία, est legendum. nam Melitæi catelli, in delitiis erant, atque magni item pretii; Themistius verò, canem illic dicere voluit, quem non magni æstimarent, ut Molossicum. ita autem dicit eum, qui Molosso, & Laconico, natus esset. Etenim, cùm tria canum Laconicorum genera essent, ut jam dixi, maximum istorum pretium, qui Laconico utroque nati essent, censebatur; qui ex vulpe, aut Molosso, ii, ut non verè Laconici, sicut loquitur Themistius, minoris fiebant. Sine

dubio Themistius tria hæc Laconicorum canum genera eo loco nominavit: sed postremum, ut ostendi, est corruptum; &, quo modo indicavi, corrigendum. Videmus itaque, eos canes magni æstimatos fuisse, qui verè Laconici essent; cæteros, non tanti habitos. Ac respexit illud ipsum Aristides; cùm non omnes canes Laconicos bonos diceret, Oratione Platonicâ II. Οὐδὲ τὰς ἵππους τὰς Θετταλὰς ἐφεξῆς ἅπαντας ἀγαθὰς εὑρήσεις, οὐδὲ τοὺς κύνας τοὺς Λακαίνας. *Nec equos Thessalicos omnes bonos reperies, nec canes Laconicas.* Inter verè Laconicos autem, erant etiam, quæ Castoriæ dicebantur. Xenophon, libro citato. Τῶν δὲ γένη τῶν κυνῶν ἐστι διττά. αἱ μὲν, Κασόριαι· αἱ δὲ, ἀλωπεκίδες. Ἔχουσι δ' αἱ μὲν Κασόριαι τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, ὅτι Κάστωρ, ἡδόμενος τῷ ἔργῳ, μάλιστα αὐτὰς διεφύλαξε. *Canum verò genera, duo sunt: quædam, Castoriæ dictæ; quædam autem, alopecides. Ac Castoriæ, inde cognomentum habent, quòd Castor, qui labore venationis gaudebat, maximè illas custodiebat.* Et Themistius, ex hoc Xenophontis loco, Orat. XIX. Καὶ ἕτερον μὲν κάλλος Κασορίδων κυνῶν, ἕτερον δὲ ἀλωπεκίδων. καὶ διακρινεῖ σοι, καθ' ἕκαστον γένος, τὴν εὐμορφίαν ὁ πάντα σοφὸς Ξενοφῶν. *Et alia quidem Castoridum canum pulcritudo est, alia verò alopecidum: ac formæ præstantiam, in suo quoque genere, discernet tibi rerum omnium doctus Xenophon.* Hesychius. Κασόριοι· εἶδός τι κυνῶν. *Castorii: genus quoddam canum.* Eos canes Castor, à quo nomen habent, ab Apolline dono acceperat. Pollux, lib. V. cap. V. Αἱ δὲ Κασορίδες, Κάστορος θρέμματα, Ἀπόλλωνός τε δῶρον. *Castorides verò, à Castore educatæ, & donatæ ab Apolline.* Nicander Colophonius, easdem alopecides dixit, ac primum vulpi Castorem adhibuisse, uti genus misceretur. Pollux, in sequentibus verbis. Ταύτας δὲ (τὰς Κασορίδας) ὁ αὐτὸς ποιητὴς (Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος) τὰς ἀλωπεκίδας λέγει, μιξαμένης τὸ γένος ἀλώπεκι Κάστορος. *Has verò (Castoridas) idem poëta (Nicander Colophonius) alopecides dicit, & id genus vulpi miscuisse Castorem.* In hoc porrò differebant Laconici canes, quòd, cùm cæteri sexto ferè mense generent,

rent, ipsi octavo demum incipiant. Plinius, lib. x. cap. LXIII. *Canum plura genera. Laconicæ octavo mense utrinque generant: cæteræ canes, & semestres coitum patiuntur.* Aristoteles, quem transscripsit, Hist. Anim. lib. VI. cap. XX. Τῶν δὲ κυνῶν ἔστι μὲν γένη πλείω. ὀχεύει δὲ κύων, ἡ Λακωνικὴ μὲν, ὀκτάμηνον, καὶ ὀχεύεται. *Canum autem genera sunt quidem plura: Laconici verò, mares pariter ac fœminæ, coëunt octavo mense.* Et coibant meliùs, cùm laborassent. Aristoteles, ibidem. Ἴδιον δὲ ἐπὶ τῶν Λακωνικῶν συμβαίνει πάθος. πονήσαντες γὰρ μᾶλλον δύνανται ὀχεύειν, ἢ ἀργοῦντες. *Peculiare verò accidit Laconicis, ut, cùm laboraverint, plus valeant ad coëundum, quàm otium agentes.* Et Antigonus Carystius, ex eo, cap. CXII. Τοὺς δὲ Λακωνικοὺς κύνας, πονήσαντας μᾶλλον ὀχεύειν. *Laconicos verò canes, cùm laboraverint, magis coire.* Ferebant verò, duobus plùs minùs mensibus. Aristoteles, ibidem. Κύει δὲ, ἡ μὲν Λακωνικὴ, ἕκτον μέρος ἔτους τὸ ἐνιαυτοῦ. τοῦτο δέ ἐστιν ἡμέραι ἑξήκοντα· καὶν ἅμα μιᾷ, ἢ δυσὶν, ἢ τρισὶ πλείονας ἡμέρας, ἢ ἐλάττους μιᾷ. *Gerit uterum, Laconica quidem, sextam anni partem: id est, dies sexaginta. quanquam etiam uno alterove die, aut tertio plures, aut uno pauciores.* Plinius, loco citato. *Ferunt (Laconicæ canes) sexaginta diebus, & plurimùm tribus.* Lac verò accipiebant, tricesimo post coitum die. Aristoteles. Τὸ δὲ γάλα αἱ κύνες ἔχουσι περὶ ἓξ τεκεῖν, ὡς ἐπιπολύ, ἡμέρας πέντε. ἐ μέν ἀλλ' ἐνίαις καὶ ἑπτὰ γίνεται πρότερον, καὶ τέτταρσι. ἡ δὲ Λακωνικὴ, μέχρι τινὸς ὀχείαν τριάκοντ' ἡμέραις ὕστερον. *Canes, antequàm pariant, dies quinque lac habent. quanquam quibusdam proveniat & septimo, & quarto. Laconicæ verò, tricesimo die post coitum.* Pariebant catulos octo. Aristoteles. Τίκτει δὲ κόων σκυλάκια δώδεκα, τὰ πλεῖστα. ὡς δ' ἐπιπολύ, πέντε, ἢ ἓξ. ἤδη δὲ καὶ ἓν ἔτεκέ τις. αἱ δὲ Λακωνικαὶ, ὡς ἐπιπολὺ καὶ ὀκτώ. *Parit canis, cùm plurimos, catulos duodecim: plerunque verò, quinque, aut sex. jam verò quædam & unum peperit. Laconicæ verò, plerunque octo.* Plinius. *Octonos Laconicæ pariunt.* Vivaciores porrò fœminæ maribus erant. Rem, & causam, tradit Aristoteles. Ἐπὶ μὲν τῶν Λακωνικῶν, διὰ τὸ πονεῖν τὰς

ἄρρενας μᾶλλον, μακροβιώτεραι αἱ θήλειαι τ ἀρρένων. *In Laconicis quidem canibus, quia plus laborant mares, fœminæ diutiùs vivunt quàm mares.* Ac vivebant, mares quidem, ad annum decimum; fœminæ, ad duodecimum. Aristoteles. Ζῇ δὲ τ Λακωνικῶν κυνῶν, ὁ μὲν ἄρρην, ἔτη δέκα· ἡ δὲ θήλεια, ὡσεὶ ἔτη δώδεκα. *Inter Laconicos verò canes, vivit mas ad annos decem; fœmina, circiter duodecim.* Plinius. *Vivunt Laconici annis denis, fœminæ duodenis.* Erant verò canes hi in magno pretio extra Laconicam: quam ob causam quidam eos & amicis dono mittebant, velut singulare munus. Itáque legitur apud Theophrastum, in Eth. Charact. cap. Περὶ ἀρεσκείας. Ἀγοράζει αὐτῷ μὲν μηδὲν, ξένοις δὲ, εἰς Βυζάντιον ἀποστέλματα, καὶ Λακωνικὰς κύνας εἰς Κύζικον. *Emit sibi quidem nihil, sed amicis, quæ mittat Byzantium, & canes Laconicas, quas Cyzicum.* Et Polycrates item, Samiorum tyrannus, exornare Samum cupiens, inter cætera, canes etiam Laconicas intulisse memoratur. Athenæus, lib. XII. Ἄλεξις δ' ἐν τρίτῳ Σαμίων ὅρων, ἐκ πολλῶν πόλεών φησι κεκοσμηθῆναι τὴν Σάμον ὑπὸ δὲ Πολυκράτους· κύνας μὲν Μολοσσικὰς, καὶ Λακαίνας, εἰσαγαγόντος· αἶγας δ' ἐκ Σκύρου, καὶ Νάξου· πρόβατα δ' ἐκ Μιλήτου, καὶ Ἀττικῆς. *Alexis verò, libro tertio De finibus Samiis, Samum ait à Polycrate ex multis urbibus ornatam fuisse; inductis canibus Molossicis, & Laconicis; capris autem è Scyro, & Naxo; ovibusque è Mileto, Atticâque.*

CAP. II.

Vitia eorum quædam, & convitia propter ista. Domi leones, Ephesi vulpes. Callidi, contumelioſi, avari: & in eam rem oraculum, quod interitum prædiceret. Pherecydis admonitio. Etiam anguivori dicti; ab oraculo: atque illud quâ de causâ. Aristotelis locus quidam restitutus. Quin à Comicis itidem exagitati, integris comœdiis. Eubuli Λάκωνες, *ἢ* Λήδα. *Platonis quoque Comici* Λάκωνες, *ut Cratini, & Nicocharis. Mulieribus cauponantibus comparati à Theopompo, item Comico: idque ipsum quamobrem. In mulieres etiam, quia libidinosæ erant, tragœdia*

incerti

incerti Auctoris, Λάκαιναι inscripta. Proverbia denique quædam item de Laconibus. Eunapii locus illustratus.

UT virtutes, vitiaque, ferè mixta, ita factum Lacedæmoniis: quorum maximas virtutes, & splendorem ex iisdem, vitia offuscaverunt: quæ Athenienses tamen, suo odio stimulati, etiam auxere in majus. Hinc convitia, uti solet, in hos jacta: inter quæ, Leones domi, Ephesi vulpes fuisse. Arrianus, in Epictetum, lib. IV. cap. V. Τοιγαρῦν τὸ περὶ τῶν Λακεδαιμονίων λεγόμενον, Οἴκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δὲ ἀλώπεκες, καὶ ἐφ' ἡμῶν ἁρμόσει, Ἐν σχολῇ λέοντες, ἔξω δὲ ἀλώπεκες. *Itaque, quod in Lacedæmonios olim dictum ferunt, Domi leones, Ephesi vulpes, nobis etiam conveniet, In scholâ leones, extra eam autem vulpes.* Alciphron, in Epistolâ Lamiæ ad Demetrium. Καὶ μάλιστα οἱ μισητοὶ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκῶσιν ἄνδρες εἶναι, οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἀλώπεκες, ἐκ πώσοντας τοῖς Ταϋγέτοις ὄρεσι, καὶ τῆς ἐρημίας ἑαυτῶν, διαβάλλοντες ἡμῶν τὰ δεῖπνα. *Et maximè illi odio digni Lacedæmonii, ut viri esse videantur, qui Ephesi vulpes, in Taygetis montibus, & solitudinibus suis, nostras cœnas traducere non cessabunt.* Dictum id in illos fuit, cùm in Asiâ infeliciter rem gessissent: uti tradit Scholiastes Aristophanis, ad Plutum. Certè callidi, & contumelioſi, etiam dicuntur ab Aristide, Oratione Leuctricâ IV. Οἱ δ' ἄνδρες ὑβρισταὶ, καὶ κρυψίνοι. *Sunt enim viri contumelioſi, & callidè mentem occultantes.* Loquitur de Lacedæmoniis. Inde etiam δόλια βουλεύματα, *dolosa consilia*, tribuit Euripides illis, in Andromachâ, loco quem producam statim. Tanquam perfidos, & perjuros, incessit Aristophanes, in Acharnensibus.

ΔΙΚ. Ὦγαθοὶ, τοὺς μὲν Λάκωνας σκηπόδων ἐάσατε,
Τῶν δ' ἐμῶν σπονδῶν ἀκούσαι, εἰ καλῶς ἐσπεισάμην.
ΧΟ. Πῶς δέ γ' οὐ καλῶς λέγοις ἄν, εἴπερ ἐσπείσω γ' ἅπαξ,
Οἷσιν ὅτε βωμὸς, ὅτε πίστις, ἔθ' ὅρκος μένει.

DIC. *O boni, Laconas missos jam facite;*
Et mea fœdera, quæso, audite, an illa rectè iniverim.

CH.

CH. *Quomodò rectè iniisse te dicas, si inieris semel,*
Cum his quibus neque ara, neque fides, neque jusjurandum constat.

Ubi Scholiastes. Ἐπὶ ἀπιστίᾳ γὰρ διεβάλλοντο Λακεδαιμόνιοι. *Nam perfidiæ nomine traducebantur Lacedæmonii.* Et, Pythiam ipsis juramenta non servata exprobasse, refert Plutarchus, in Quæst. Rom. Huc pertinet, quod αἰμύλοι dicuntur à Lycophrone.

Ζεὺς Σπαρτιάτας αἰμύλοις κληθήσεται.
Jupiter Spartanis fraudulentis dicetur.

Ubi Isaacius Tzetzes. Αἰμύλους τοὺς Λάκωνας φησὶν, ὡς ψεύστας, καὶ δολίους. *Vocat Lacedæmonios αἰμύλους, ceu mendaces, & dolosos.* Plurima illis vitia Euripides tribuit, in Andromachâ.

Ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἔχθιστοι βροτῶν,
Σπάρτης ἔνοικοι· δόλια βουλεύματα,
Ψευδῶν ἄνακτες, μηχανορράφοι κακῶν·
Ἑλικτά, κοὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πάντα πέρι
Φρονοῦντες· ἀδίκως εὐτυχεῖτ' ἂν Ἑλλάδα.
Τί δ' ἔστ' ἐν ὑμῖν ἐσθλόν; ἃ πλεῖστοι φόνοι;
Οὐκ αἰσχροκερδεῖς; ἃ λέγοντες ἄλλα μὲν
Γλώσσῃ, φρονοῦντες δ' ἄλλ' ἐφευρίσκεσθ' ἀεί;
O omnibus hominibus inimicissimi mortalium,
Spartæ incolæ; dolosi consultores,
Mendaciorum reges, fraudulenti sutores malorum;
Tortuosa, & nil sani, sed omnia insidiosè,
Sentientes: immeritò floretis in Græciâ.
Quid enim non est in vobis? nonne plurimæ cædes?
Nonne turpis quæstus cupidi estis? nonne alia quidem dicentes
Linguâ, alia verò sentientes, deprehendimini semper?

Ubi observa, inter alia etiam αἰσχροκερδεῖς dici, sive, *turpis quæstus cupidos.* Hoc Isocrates quoque objicit, sicut etiam ignaviam, in Busiridis Encomio. Εἰ μὲν γὰρ ἅπαντες μιμησαίμεθα τὴν Λακεδαιμονίων ἀργίαν, καὶ φιλοπλουτίαν, εὐθὺς ἂν ἀπολοίμεθα. *Si enim omnes Lacedæmoniorum ignaviam, & avaritiam, imitemur, confestim*

festim perierimus. Et Aristophanes, Pace.

Κἀνέπθον τ̃ Λακώνων τὰς μεγίστας χρήμασιν.
Οἵδ', ἀτ' ὄντες αἰσχροκερδεῖς, κ̓ διφρωνόξενοι,
Τἀνδ' ὑποῤῥίψαντες, αἰσχρῶς τ̃ πόλεμον ἀνήρπασαν.
Et corruperunt Laconum maximos pecuniis.
Hi verò, ut turpis lucri cupidi, & illudentes peregrinis,
Hâc abjectâ, turpiter bellum rapuerunt.

Et plura sunt Auctorum loca, huc pertinentia, quæ omitto. Et oraculo prædictum, Spartam avaritiâ ituram pessum. Cicero, De Off. lib. II. *Itaque, quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nullâ re aliâ, nisi avaritiâ, perituram, id videtur non solùm Lacedæmoniis, sed & omnibus opulentis populis prædixisse.* Oraculum autem ita habebat.

Ἀ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο ϝ οὐδέν.

Scholiastes Aristophanis, ad citatum è Pace locum. Ὅπ ϝ αἰσχροκερδεῖς, κ̓ σμικρολόγοι, οἱ Λάκωνες, δῆλον ἐκ τ̃ χρησμ̃.

Ἀ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο ϝ οὐδέν.

Quod turpis lucri cupidi, & sordidi, sint Lacedæmonii, ex oraculo manifestum:

Avaritia Spartam perdet, nec aliud quicquam.

Pausanias, in Bœoticis, de Lysandro loquens. Λακεδαιμονίων δὲ χρήματα ἀ νομιζόντων κτᾶσθαι, κ̓ δή ἱ μάντευμα, ὡς ἡ φιλοχρημαλία μόνη γένοιτο αὐ ἀπώλεια τ̃ Σπάρτ̃, ὅδε κ̓ χρημάτων πόθον σφίσιν ἐνεπίησεν ἰσχυρόν. *Cùm Lacedæmonii nullam acquirendæ pecuniæ rationem haberent, quòd ex quodam oraculo acceperant, Spartæ solam pecuniæ cupiditatem exitio fore, hic iis vehemens pecuniæ studium excitavit.* Videndus etiam Zenobius, Cent. II. Proverb. XXIV. & Diogenianus, Cent. II. Proverb. XXXVI. Itaque non temere Pherecydes eos admonebat, ne aurum, aut argentum, in honore haberent. Diogenes Laërtius refert, in ejus Vitâ, lib. I. Καὶ Λακεδαιμονίοις εἰπεῖν, μήτε χρυσὸν ἡμᾶν, μήτε ἄργυρον. ὡς φησι Θεόπομπ@, ἐν τ̃ις Θαυμασίοις. *Et Lacedæmoniis dixisse, ne auro, neve argento, honorem haberent: uti*

auctor Theopompus, in Mirabilibus. Denique ingrati itidem audiebant, uti erant. Aristides, in Oratione Leuctricâ II. Χάριν δέ ἐστι τίς, ᾧ ἀνθρώπων ἴσασί τῳ Λακεδαιμόνιοί ποτε, οἳ τἀναντίον τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις πεπόηκασιν; Οἱ μὲν γὰρ, κἂν τὰ μέγιστα ἀδικηθῶσι, πρᾶοτεροι γίγνονται διὰ τὰς ὕστερον ἀνέσεις· Λακεδαιμονίοις δ', εἴπερ ἄλλό τι ἐπιτηδεύεται, καὶ τοῦτ' ἔσκηται, ὅταν τὰ μέγιστα εὖ πάθωσι, τότε ἐπὶ τοὺς ποιήσαντας ἔρχεσθαι. *Quam autem unquam gratiam cuiquam habent Lacedæmonii, qui contra omnium morem faciunt? Cùm enim alii, quamvis maximis injuriis affecti, beneficiis subsequutis mitigentur, Lacedæmonii, si quid aliud institutum sibi habent, istud etiam exercent, ut post maxima beneficia in auctores invadant.* Inde & exemplis probat. quæ videre illic licet. Ingratitudinem etiam Isocrates memorat, in Panathenaicâ suâ. Joannes Cantacuzenus, Hist. lib. IV. cap. XXVI. *Cùm alioquin etiam benè meritis semper malè gratiam referre consuevissent, quomodo olim Lacedæmonios fecisse fertur.* Dicebantur porrò & ὀφιοβόροι, *Anguivori.* Plutarchus, De Pythiæ oraculis. Ἀπέπαυσε δὴ τὸν Πυθίαν ὁ θεὸς, πυρκάϊας μὲν ὀνομάζοντα τοὺς αὐτῆς πολίτας, ὀφιοβόρους δὲ τοὺς Σπαρτιάτας. *Pythiam deus desinere jussit, cives suos ignicremos appellantem, & anguivoros Spartanos.* Causa ab Aristotele commemoratur, in Aud. Mirab. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν Λακεδαίμονι μνημονεύεται γενέσθαι τοσοῦτον πλῆθος ὄφεων, ὥστε, διὰ σπανοσιτίαν, καὶ τροφῆ τοὺς Λάκωνας χρῆσθαι αὐτοῖς. ὅθεν καὶ τὸν Πυθίαν φασὶ προσαγορεύεσθαι αὐτοὺς ὀφιοβόρους. *Eodem modo & Lacedæmone memoratur tanta serpentum copia fuisse, ut, frumento deficiente, his pro cibo usi fuerint Lacedæmonii. unde etiam Pythiam aiunt eos anguivoros appellare.* Ita locum eum corrigo, ex Plutarcho: siquidem non rectè hodie illic editur, ὀφιοδείρους. Rem, etsi non causam, refert Porphyrius, & accidisse in Heraclidarum reditu, De Abstin. lib. I. Ἐν δὲ τῇ καθόδῳ τῇ Ἡρακλειδῶν, οἱ ἐπὶ τὸν Λακεδαίμονα στρατεύοντες, μεθ' Εὐρυσθένους, καὶ Προκλέους, ἐν ἀπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων, ὄφεις ἔφαγον, ὡς ἔδωκεν ἡ γῆ τότε τροφὸν τῷ στρατοπέδῳ. *In reditu Heraclidarum, illi qui in Laconicam fecerant expeditionem,*

nem, cum Eurysthene, & Procle, rerum necessariarum inopiâ, serpentes ederunt, quos tunc terra exercitui protulit ad alimentum. Quin Comœdiis, propter vitia, Comici exagitârunt. Inter hos Eubulus fuit: cujus Λάκωνες memorantur Athenæo, lib. III. Ἔστι ἢ καὶ ἰχθῦς ὃς, ἧπατος καλούμενος· ὃν φησιν αὐτὸς Εὔβουλος, ἐν Λάκωσιν, οὐκ ἔχειν χολήν. *Est etiam piscis quidam, hepatus dictus: quem Eubulus idem, in Laconibus, dicit fel non habere.* Duplex autem inscriptio Comœdiæ erat; Λάκωνες, ἢ Λήδα. Idem Athenæus, lib. VII. Παραθήσομαί σοι καὶ ἃ Εὔβουλος εἴρηκεν, ἐν Λάκωσιν, ἢ Λήδᾳ. *Apponam tibi etiam quæ Eubulus dixit, in Laconibus, aut Ledâ.* Et lib. IX. ὁ γὰρ Εὔβουλος, ἐν Λάκωσιν, ἢ Λήδᾳ, ἔφη. *Eubulus enim, in Laconibus, aut Ledâ, dixit.* Etiam Platonis comici Λάκωνες citantur, apud eundem Athenæum, lib. IX. & in ipso principio libri XV. Etiam Cratini, apud Clementem, Strom. lib. VI. Quin Nicocharis quoque comici Λάκωνες commemorantur. Scholiastes Aristophanis, in Argumento Pluti. Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ, Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ. *Acta est archonte Antipatro, concertante Nicochare Laconibus, Aristomene verò Admeto.* Et Theopompus, sed incertum in quâ comœdiâ, eos perstringit, comparatque mulieribus cauponantibus: quod Plutarchus reprehendit, in Lysandro. Ἀλλὰ καὶ ὁ κωμικὸς Θεόπομπος ἔοικε λοιδορεῖν, ἀπεικάζων τὰς Λακεδαιμονίους ταῖς καπηλίσιν· ὅτι, ἥδιστον ποτὸν τὴν ἐλευθερίας γευσαμένας, ὄξος ἐνέχεαν. *Sed & Theopompus comicus nugari videtur, conferens Lacedæmonios mulieribus cauponariam exercentibus: quòd, cùm illi potum libertatis suavissimum gustavissent, acetum infuderint.* Quin & in mulieres tragœdia incerti Auctoris, cui titulus Λάκαιναι, memoratur Aristoteli, lib. De Poëticâ, cap. XXIII. Ac Sophoclis quoque Λάκαιναι memorantur à Polluce, lib. X. cap. V. & Prisciano, lib. XVIII. Sed convitiis, quibus ipsi se obnoxios fecere, commodè proverbia subjungi posse, quibus item occasionem præbuerunt, non omnino

præter rem existimavero. In his primum hoc occurrit, Λακωνίζειν, *Lacones imitari*: pro, Puerorum amoribus addictum esse. Suidas. Λακωνίζειν, παιδικοῖς χρῆσθαι. *Lacones imitari, puerorum amoribus uti.* Hesychius, in Κυσολάκων. Τὸ τοῖς παιδικοῖς χρῆσθαι, Λακωνίζειν ἔλεγον. *Puerorum amoribus uti*, Lacones imitari *dicebant.* Vide eundem, in Λακωνίζειν. Verum Λακωνίζειν etiam dicebantur, qui in aliis item locis, urbibusque, extra Laconicam, vestitu eorum, moribusque, utebantur. Videmus apud Demosthenem, Orat. in Cononem. Μεθ' ἡμέραν μὲν ἐσκυθρωπάκασι, καὶ Λακωνίζειν φασὶ, καὶ τρίβωνας ἔχουσι, καὶ ἁπλᾶς ὑποδέδενται. *Interdiu quidem tetrico incedunt vultu, & Laconum imitatores sese dicunt: tum lacernas gestant, & simplas sub pedibus soleas.* Et hi ipsi Λακωνισταὶ dicebantur. Athenæus, lib. IV. Οἱ δὴ λεγόμενοι Λακωνισταὶ, φησὶν ὁ Τίμαιος, ἐν τετραγώνοις χοροῖς ᾖδον. *Qui verò Laconistæ dicebantur, ait Timæus, in quadratis choris canebant.* Λακωνικὸν τρόπον περαίνειν. *Laconico more subigere.* Suidas. Λακωνικὸν τρόπον περαίνειν, ἤγουν, παρέχειν ἑαυτὰς τοῖς ξένοις. οὐκισται γὰρ ταὺς γυναῖκας φυλάττουσιν οἱ Λάκωνες. *Laconico more subigere. Hoc est, hospitibus copiam sui facere. nam Lacedæmonii uxores suas minimè custodiunt.* Vide itidem Hesychium, in Λακωνικὸν τρόπον. Quia verò Lacænæ mulieres facilè aliis copiam sui faciebant, nullâ maritorum curâ, ideò *incestas* eas dicit Prudentius, contra Symmachum, lib. I.

——— *incestas spurcavit labe Lacænas.*

Et *Libidinosa* dicitur Lacedæmon, apud Martialem, lib. IV. epigr. LV.

——— *aut libidinosæ*
Ledæas Lacedæmonis palæstras.

Λακωνικός. *Laconicus.* Id est, Generosus, Fortis, Nobilis. Suidas. Λακωνικὸς, ὁ γενναῖος, ἀνδρεῖος. *Laconicus, durus, virilis.* Huc pertinet illud Petronii. *Ego quidem tres plagas Spartanâ nobilitate concoxi.*

Λακωνικαὶ σελῆναι. *Laconicæ lunæ.* Diogenianus, Centuria VI.

Pro-

Proverbio XXX. Λακωνικὰς σελήνας. ἐπὶ τ ἀμφιβόλως συνθήκας ποιεμένων. ἔτοι γὰρ, βοήθειαν αἰτέμενοι, ἀνεβάλλοντο, τῷ σελήνῳ προφασιζόμενοι. *Laconicas lunas. In eos qui ambiguè paciscuntur. Hi enim, auxilium rogati, differebant, lunam causati.*

Λακωνικὴ ἀνάγκη. *Laconica necessitas.* Psellus, De oper. dæm. Μὴ θέλων δ ἐξενεγκεῖν τὸ ἀπόῤῥητον, ὅμως, τῷ Λακωνικῷ πεπονθὼς ἀνάγκῳ, τ ἀληθὲς ἐξεῖπεν. *Nolens autem arcanum eliminare, tamen, Laconicam passus necessitatem, verum est confessus.*

Λακωνικαὶ χεῖρες. *Laconicæ manus.* Eunapius, in Juliano sophistâ. Χερσὶ δ βαρείαις, καὶ Λακωνικαῖς, χρησαίμενοι, τ πεπονθότων περὶ τ σώματος κινδυνεύοντων, ὥσπερ ἀδικηθέντες κατηγόρουν. *Gravibus verò, & Laconicis, usi manibus, cùm injuriis affecti in periculum vitæ adducti essent, ceu injuriam passi ipsi, injuriâ affectos accusabant.* Λακωνικὴ διαίτησις. *Laconicum regimen.* Synesius, Epist. CXLIV. Τραφεὶς δ ἐκμελῶς, καὶ ἀναγωγῶς, φιλόσοφον καὶ Λακωνικῷ διαίτησιν οὐκ ἤνεγκε. *Dissolutè, ac citra disciplinam educatus, regimen philosopho dignum, ac Laconicum, ferre non potuit.* Λακωνικὴ παῤῥησία. *Laconica audacia.* Agathias, lib. V. Οἱ δ ἀμφὶ Βελισάριον Ῥωμαῖοι, παῤῥησίᾳ μὲν ἐχρῶντο Λακωνικῇ, πάντας δ τὺς πολεμίους ἐτρέψαντο ἀνὰ κράτος, καὶ πλείστους ὅσους διεχρήσαντο. *Qui verò Belisario aderant Romani, audaciâ quidem usi sunt Laconicâ, universos autem hostes fortiter fugârunt, ac quamplurimos trucidârunt.* Λακωνικαὶ μάστιγες. *Laconica flagella.* Nicetas Choniates, in Alexii Ducæ Imperio. Καὶ Λακωνικαὶ βαρεῖαι κρεμόμεναι μάστιγες. *Et Laconica flagella, quæ gravia censebantur.* Alludit ad τὸν διαμαστίγωσιν. de quâ fusè admodum dixi, Græciæ Feriatæ lib. II, in dictione Διαμαστίγωσις.

Σπάρταν ἔλαχες. ταύταν κόσμει. *Spartam nactus es: hanc orna.* Plutarchus, De tranquill. animi. Οὐδὲ γὰρ δρομεῖς, ὅτι μὴ τὺς τ παλαιστῶν φέροντας στεφάνους, ἀθυμοῦσιν· ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν ἀγαλλονται, καὶ χαίρουσι. Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει. *Neque enim cursores, quia non auferunt coronas luctatorum, animum despondent; sed suis exultant, & gaudent. Spartam nactus es, hanc orna.* Diogenianus,

nus, Cent. VIII. Proverb. XVI. Σπάρταν ἔλαχες, κείναν κόσμει. *Spartam nactus es, illam orna.* Respexit Cicero, ad Atticum, lib. I. epist. XX. *Reliqua sic à me aguntur, & agentur, ut non committamus, ut ea, quæ gessimus, fortuitò gessisse videamur. Meos bonos viros, illos quos significas, & eam, quam mihi dicis obtigisse, Spartam, non modò nunquam deseram, sed, etiamsi ego ab illâ deserar, tamen in meâ pristinâ sententiâ permanebo.* Et plenè, ad eundem Atticum, lib. IV. epist. VI. *Reliqui est,* Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει. *Non meherculè possum; & Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit.* Et hanc Spartam intelligit Eunapius, ubi de factione quâdam, quæ exorta Athenis erat, componendâ illi sermo, in sophistâ Juliano. Προέστηκε δὲ τῶν ἀτάκτων Σπάρτης Θεμιστοκλῆς τις Ἀθηναῖος, ὃς καὶ τῶν κακῶν αἴτιος. *Præerat autem Spartæ inordinatæ Themistocles quidam Athenienses, qui & malorum causa erat.* Plenissimè omnium, quod nec temerè alibi obvium, Apostolius, Cent. XVII. Proverb. LI. Σπάρταν ἔλαχες, κείναν κόσμει. ταὶς δὲ Μυκήναις, ἡμεῖς ἰδίᾳ. *Spartam nactus es, illam orna. at Mycenas, nos privatim.* Scholiastes Euripidis, aliud proverbium in hanc rem addit: Τὸν λίθον πρὸς τὴν Σπάρταν ἄγε. Ecce verba, ad Orestem. Σπάρτη, ἡ πρωτεύουσα πόλις τῆς Λακεδαιμονίας. ἀφ' ἧς τὸ· Κόσμει Σπάρταν αὖ ἔλαχες. καὶ· Τὸν λίθον πρὸς τὴν Σπάρταν ἄγε. *Sparta, urbs primaria Lacedæmoniæ. Unde istud: Orna Spartam, quam es nactus. Et: Lapidem ad Spartam duc.* Ἐλευθερώτερος Σπάρτης. *Liberior Spartâ.* Suidas. Ἐλευθερώτερος Σπάρτης. διὰ τὸ ἀνυπόστατον, καὶ γενναῖον, φρόνημα. διὸ οὐδὲ τείχη περιεβάλλοντο, νόμοις παιδευόμενοι· ἀλλ' οὐδὲ ἐθέλησαν ἐκ μάχης ἡττημένοι ὑποφρέψαι, οὐδ' ἐτυραννήθησαν. *Liberior Spartâ. Ob invictum, & generosum, animum. quapropter neque muris circumdabantur, legibus instituti, sed nec prælio superati redire volebant, nec tyrannis paruerunt.* Meminit etiam Apostolius, Cent. VIII. Proverb. XII. & Diogenianus, Cent. IV. Proverb. LXXXVII. Ἐοίκασι τοῖς ἐν Πύλῳ ληφθεῖσι τοῖς Λακωνικοῖς. *Similes sunt Laconicis in Pylo captis.* Discipulus Socratis, apud Aristophanem, in Nubibus. Τί

Τί ἐθαύμασας; τῷ σοι δοκοῦσιν ἐοικέναι;
Quid miraris? cui tibi videntur similes?

Ac respondet Strepsiades:

Τοῖς ἐκ Πύλας ληφθεῖσι τοῖς Λακωνικοῖς.
Lacedæmoniis è Pylo captis.

Ubi vide explicantem Scholiasten; & Suidam, in Ἐοίκασι. Et particulariter de Lycurgo dicebatur, Φίλος τῷ θεῷ μετὰ Λυκοῦργον. *Amicus deo post Lycurgum.* Occurrit apud Heliodorum, lib. II. Ἐμὲ δὴ ἐμακάριζον, καὶ προσέπτοντο ἐντεῦθεν παντοίως, φίλον ἥκειν με τῷ θεῷ, μετὰ Λυκοῦργόν τινα Σπαρτιάτην, λέγοντες. *Me autem prædicabant beatum, & me inde modis omnibus observabant, dicentes, amicum me venire deo, post Lycurgum quendam Spartanum.* Sed de ipsis hæc proverbia memorantur; inter ipsos illud usitatum erat, Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν. *Post Lesbium cantorem.* Vide Diogenianum, Cent. VI. Proverb. XXXVI. Zenobium, Cent. V. Proverb. IX. Apostolium, Cent. XII. Proverb. LXX. Lucillum Tarrhæum, & Suidam, in Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν.

CAP. III.

Sermo eorum: tum quid illum esse dixerint. Brevis admodum; sed qui rem assequeretur, & mentem feriret: quique, etsi paucis verbis, plurima complecteretur. Pluribus interdum tamen etiam verbis utebantur: atque istud quam ob causam. Chilonium dicendi genus. Epaminondæ in hæc dictum.

SErmonem definiebant, actionum umbram esse. Isidorus Pelusiota, lib. III. epist. CCXXXII. Παρὰ Λακεδαιμονίοις, τοῖς σκιὰς τῶν πράξεων τοὺς λόγους εἶναι εἰκότως ὁρισαμένοις, τὸν αἰσχρῶς βεβιωκότα οὐδὲ γνώμην ἀγαθὴν ἀποφήνασθαι ἐξῆν. *Apud Lacedæmonios, qui sermones actionum umbras esse non immeritò definierunt, ei, qui vixisset turpiter, ne bonam quidem sententiam pronuntiare licebat.* Eum verò, brevem esse cupiebant. Symmachus, lib. I. epist. XIV. *Sed ego, qui sim paupertini ingenii conscius,*

scius, Laconicæ malo studere brevitati, quàm multijugis paginis infantiæ meæ maciem publicare. Iterum, epist. XLV. *Memini brevitatem Spartanam laudi quondam fuisse; sed ego Romanis tecum legibus ago: &, si ita vis, Atticis. quibus tantum decus à facundiâ fuit, ut mihi videantur Lacones, metu collationis, in diversum studia destinasse.* Procopius, in epistolâ quâdam. Ὅσης με φιλοτιμίας ἐνέπλησας, τῷ μικρὰν ἐξάρας ἐπιστολὴν, καὶ τῷ, ὡς ἂν αὐτὸς εἴποις, Λακωνικήν; *Quantâ me æmulatione implevisti, postquàm exiguam sustulisti epistolam, eamque, ut ipse diceres, Laconicam?* Zacharias Scholasticus, De mundi opificio. Οὐκοῦν τὸν αὐτὸν αὖθις γυμνάσωμεν λόγον, Λακωνικὴν βραχυλογίαν. *Itaque eundem denuò sermonem exerceamus, Laconicam breviloquentiam.* Meminit Plutarchus, in Lycurgo, ac Lysandro: & Ennodius, lib. VI. epist. XXXII. & lib. VII. epist. XXIX. aliique item plures. Talis autem erat, uti rem assequeretur, & mentem feriret audientis. Plutarchus, in Lycurgo. Ἐγὼ δὲ καὶ τὸν λόγον ὁρῶ τὸν Λακωνικὸν, βραχὺν μὲν εἶναι δοκοῦντα, μάλιστα δὲ τῶν πραγμάτων ἐφικνούμενον, καὶ τὰς διανοίας ἀπτόμενον τῶν ἀκροωμένων. *Ego verò etiam Laconicam orationem video, quæ videtur quidem brevis, maximè tamen res assequitur, & mentem audientium tangit.* Paucis verbis multa dicebant. Gregorius Nazianzenus, epist. III. Τὸ Λακωνίζειν, ἐστὶ τοῦτο ἐστιν, ὅπερ οἴει, ὀλίγας συλλαβὰς γράφειν, ἀλλὰ περὶ πλείστων ὀλίγας. *Laconicè loqui, non est, quod tu arbitraris, syllabas paucas scribere, sed de pluribus rebus paucas.* Maximè Laconicam breviloquentiam laudat Plato, in Protagora. Neque tamen semper illi sectabantur brevitatem, verùm pluribus interdum etiam verbis utebantur, cùm res posceret. Sic eorum ad Athenienses legati de se testantur, apud Thucydidem, lib. IV. Τοὺς δὲ λόγους μακροτέρους ἢ κατὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν. ἀλλ' ἐπιχώριον ὂν ἡμῖν, ὃ μὴ βραχέσι δηλοῦσι, μὴ πολλοῖς χρῆσθαι· πλείοσι δὲ, ἐν ᾧ καιρὸς ἦ, διδάσκοντας τὰ τοῦ ἔργου λόγοις, τὸ δέον πράσσειν. *Neque verò longiorem, præter consuetudinem, habebimus orationem: sed est nostri instituti, ubi pauca verba sufficiunt, non uti multis: pluribus verò,*

verò, quoties tempus exigit, ut verbis doceamus, quid imprimis facto sit opus. Libanius, in protheoriâ Apologiæ Archidami. Εἰ ἢ, Σπαρτιάτην πεποιημένῳ μελέτην, δόξω νόμον ἕτερον καὶ γὼ παραβαίνειν Λακωνικὸν, μηκύνων τὰς λόγους, μηδὲ εἰς βασκανίαν. οὐδὲ γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν συμπιπτόντων ὀλίγαις κεχρῆσθαι συλλαβαῖς ἐπιτηδεύουσι Λάκωνες, ἀλλὰ συμμετρεῖν τῇ δυνάμει τῶν πραγμάτων ἀεὶ μελετῶσι τὰ ῥήματα· φιλονεικοῦντες τὰ πλείονα φεύγειν, ἐν οἷς βραχυλογεῖν ἐκ ἀδύνατον. *Quodsi verò, Spartanâ declamatione factâ, legem Laconicam etiam ipse transgredi videbor, dum prolixis verbis utor, nemo invideat. Nam non id Lacones student, ut in singulis eorum, quæ occurrunt, paucas syllabas adhibeant; verùm semper id dant operam, ut virtuti rerum verba accommodent; summo studio contendentes copiam verborum fugere, ubi paucis dicere queant.* Inde Nabis, in Oratione ad Quintium, postquam satis multa dixit, addit: *Pluribus me ipse egisse, quàm pro patriæ sermone brevitatis, fateor: & breviter peroratum esse potuit.* Elegans de eâ locus exstat apud Sextum Empiricum, contra Mathem. lib. II. Exstant autem ea verba apud Livium, lib. XXXIV. Causa verò brevitatis in dicendo, à Demetrio exponitur, quem existimant Phalereum, lib. De Elocutione. Διὸ καὶ οἱ Λάκωνες βραχυλόγοι ὑπὸ δεινότητος. καὶ τὸ μὲν ἐπιτάσσειν σύντομον, καὶ βραχύ. *Ideò etiam Lacones sunt breviloqui, propter gravitatem. etenim imperare quidem, concisum est, & breve.* Et alio loco, eodem libro. Κἂν τοῖς ἄλλοις ἢ φύσει ἐβραχυλόγουν οἱ Λάκωνες. δεινότερον γὰρ τὸ βραχύ, καὶ ἐπιτακτικόν. τὸ μακρηγορεῖν ἢ, τῷ ἱκετεύειν πρέπει, καὶ αἰτεῖν. *Et in aliis utique naturâ breviter loquebantur Lacones. gravius enim est, quod breve, atque imperando aptum. prolixè autem dicere, conveniens est supplicanti, & petenti.* Huc pertinet, quod Epaminondas, postquam eos devicisset, imperio illorum everso, sustuliisse se ipsorum breviloquentiam diceret. Plutarchus, lib. De seipso citra invidiam laudando. Καὶ πρὸς τὰς Λακεδαιμονίους, τῶν Θηβαίων κατηγορούντας, ὁ Ἐπαμινώνδας· Ἡμεῖς μέντοι ὑμᾶς βραχυλογοῦντας ἐπαύσαμεν. *Et Lacedæmoniis, Thebanos accusantibus,*

ait Epaminondas; *Nos breviloquentiæ vestræ finem imposuimus.* Erat denique in hac ipsâ brevitate modus quidam, qui Chilonius dicebatur, à Chilone Lacedæmonio. Diogenes Laërtius, in ejus Vitâ, lib. I. Βραχυλόγον τε ἰῶ. ὅθεν καὶ Ἀρισταγόρας ὁ Μιλήσιος τὸν τρόπον τοῦτον Χειλώνιον καλεῖ. *Erat & in loquendo brevis. unde etiam Aristagoras Milesius hunc loquendi modum Chilonium vocat.*

CAP. VI.

Epistolæ, item breves: proverbioque inde dictum, Ἐλάττων ἐπιστολῆς Λακωνικῆς. Minor epistolâ Laconicâ. *Sigilla, varia: Helenæ, pan piscis; Clearchi, Caryatides saltantes; Arei regis, aquila, draconem tenens; magistratûs, regis Polydori imago. Annuli, ferrei. Epistolarum, duo genera: & quadratæ illæ erant; hæ oblongæ, baculi formâ. Scytale: eaque qualis, & quàm longa. Joannes Tzetzes reprehensus. Scytale altera, fœneratorum.*

UTi sermo illis brevis, sic *epistolæ:* unde &, cùm parvum aliquid dicere vellent, minus esse epistolâ Laconicâ id dictitabant. Strabo, lib. I. Εἰσί τινες ὑπερβολαὶ ἐπὶ ὑπερβολαῖς· ὡς τὸ, κυφότερον εἶναι φελλοῦ σκιᾶς, δειλότερον ἢ λαγῶ φρυγὸς, ἐλάττω δὴ ἔχειν ἀγρὸν ἐπιστολῆς Λακωνικῆς. *Sunt hyperbolæ in hyperbolis: sicut istud, aliquid esse levius umbrâ suberis; aut, timidiorem quempiam lepore Phrygio; agrum habere minorem epistolâ Laconicâ.* Meminit proverbii hujus, ceu ex Comico quodam petiti, Dionysius Longinus, lib. Περὶ ὕψους, cap. XXXIII. Ac vis aliquot exempla? Ecce tibi, apud Scholiasten Dionis Chrysostomi, ad Orat. LXIV. Οὕτω Λάκωνες ἐπέστελλον. ἐπὶ μὲν τῇ τῶν Περσῶν ἥττῃ, τῇ ἐν Πλαταιαῖς, ἔτω γράψαντες πρὸς τοὺς Σπαρτιάτας. ΤΟΙ ΠΕΡΣΑΙ ΔΟΥΛΕΥΟΝΤΙ. νικήσαντες ἢ Ἀθηναῖοι, καὶ τὰ Πελοποννησιακὰ, καὶ τὰ ἄκρα γενόμενοι ἐγκρατεῖς, ΕΑΛΩΚΑΝΤΙ ΤΑΙ ΑΘΑΝΑΙ. καὶ ἢ τὸ ὑπερηφανιζόμενον αὐτῶν, ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΕΝ ΚΟΡΙΝΘΩ. καὶ γὰρ ἐκπεσὼν Διονύσιος Συρακουσῶν,

κεστῶν, ἐν Κορίνθῳ ἐγραμμάτευεν ἰδιωτεύων. Σωκράτες δὲ τῷ δεσμωτηρίῳ, τοῖς ὕστερον ἐπέστειλον οἱ φίλοι, ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΚΑΤΕΔΙΚΑΣΘΗ. καὶ Ξενοφῶντα φυγαδευθέντα, ΞΕΝΟΦΩΝ ΕΦΥΓΑΔΕΥΘΗ. καὶ πάλιν, ΦΕΡΕΚΥΔΗΣ ΤΕΘΝΗΚΕ. *Lacones literas sic scribebant. Victis ad Platæas Persis, ita Spartam scribebant: PERSÆ SERVIUNT. Cùm Athenienses verò devicissent, bello Peloponnesiaco, & Athenas in potestatem redegissent, CAPTÆ SUNT ATHENÆ. Ad quendam superbè ipsis insultantem, DIONYSIUS CORINTHI. nam ejectus Syracusis Dionysius, literas Corinthi docebat, ad privati hominis sortem relactus. Socrate in carcerem conjecto, amicis scribebant, SOCRATES DAMNATUS EST. Et, ejecto in exilium Xenophonte, XENOPHON RELEGATUS EST. Ac rursum: PHERECYDES OBIIT.* Videndus & Joannes Tzetzes, Var. Hist. Chil. v. cap. IV. & Plutarchus, lib. De garrulitate, ubi aliquot eorum ad Philippum, Macedoniæ regem, epistolas refert, sicut & Archidami unam ad eundem, in Apophthegm. Lac. Exstat & Hippocratis una, apud Xenophontem, Hist. lib. I. Græc. lib. I. haud longè à principio. *Sigillum*, quo solebant literas obsignare, nulli certum, neque item gentilitium; sed, quo vellet, unusquisque utebatur. Ita Helena, pane piscem obsignabat. Ptolemæus Hephæstionis, in Excerptis Nov. Hist. lib. VII. Τῦπον δὲ τὸ λίθου εἶχεν Ἑλένη, γλυφὴν ἔχοντα, αὐτὸν τὸ ἰχθῦν πᾶνα, καὶ τούτῃ ἐκέχρητο τῇ σφραγίδι. *Hunc sanè lapidem Helena, cui ipse piscis Pan insculptus erat: & sigillo hoc utebatur.* Clearchus, habebat virgines Caryatides saltantes. Plutarchus, in Artoxerxe, ubi de Clearcho agit. Καὶ τὸ δακτύλιον αὐτῷ δοῦναι, σύμβολον φιλίας πρὸς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι συγγενεῖς, καὶ οἰκείους. εἶναι δὲ γλυφὴν ἐν τῇ σφραγίδι, Καρυατίδας ὀρχουμένας. *Ac donasse ipsi annulum, amicitiæ apud necessarios, & familiares, Lacedæmone degentes, tesseram sculpturam verò palæ fuisse, Caryatides saltantes.* Rex Areus, aquilam habebat, quæ draconem unguibus teneret. Exstat ejus epistola ad Oniam, apud Josephum, Antiquit.

Judaic. lib. XII. cap. V. In eâ autem ita scribit. Τὰ γεγραμμένα, ἐστὶ τετράγωνα· ἡ σφραγὶς, ἐστὶν ἀετὸς, δράκοντος ἐπιλημμένος. *Literæ, sunt quadrangulæ: sigillum, est aquila, quæ draconem unguibus tenet.* Magistratus, regis Polydori imagine pro sigillo utebatur, in honorem ejus. Pausanias, in Laconicis. Παρὰ δὲ τὸ Ὄρεστε τὸ τάφον, ἐστιν εἰκὼν Πολυδώρε, τοῦ Ἀλκαμένους. οὗ βασιλέων εἰς τοσοῦτο τιμῆς τετεύχασιν, ὥστε οἱ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες, ὁπόσα δεῖ σημαίνεσθαι, τοῦ Πολυδώρε σημαίνοντα τῇ εἰκόνι. *Prope Orestis sepulcrum, est effigies Polydori, Alcamenis filii: cui, præ cunctis aliis regibus, honorem tantum tribuerunt, uti magistratus omnes, si quid obsignari oporteat, ea obsignent Polydori imagine.* *Annulis* verò cuncti ferreis utebantur, etiam ætate Plinii: sicut ipse nobis testis, lib. XXXIII. cap. I. *Etiam nunc Lacedæmone ferreo (annulo) utuntur.* *Literarum* verò forma, duplex erat: ac quadrata in nonnullis, in nonnullis autem oblonga. Et quadratis, præter cæteros, ipsi reges utebantur. Itáque videmus in citatis literis Arei regis, apud Josephum. Τὰ γεγραμμένα, ἐστὶ τετράγωνα. *Literæ, sunt quadratæ.* Oblongæ, erant ephororum: quibus, ad reges revocandos, aut mittenda alia mandata quævis, cùm ad ipsos, tum ad quosvis belli duces, aut subjectas sibi urbes, quasi pro imperio suo, quod per scytalen, baculi formam referentem, denotabant, utebantur. Dico, scytalen baculi fuisse formâ. Et Hesychius hoc testatur, istis verbis. Σκυτάλαι, βακτηρίαι. *Scytalæ, baculi.* Etymologici Auctor. Ἡ σκυτάλη παρὰ Λακεδαιμονίοις ἀντὶ βακτηρίας τίθεται. *Scytale apud Lacedæmonios pro baculo ponitur.* Idem quoque alii dicunt. Quædam pridem de hâc scytalâ annotârunt, cùm Lambinus, ad Pausaniam Cornelii Nepotis, tum & Cragius, lib. IV. cap. VII. Hæc exscribere, non est animus: addo tantùm, quæ Auctores quoque alii tradiderunt. Athenæus breviter dicit, lib. X. Λευκῷ ἱμάντι περιελίττοντες τὴν σκυτάλην οἱ Λάκωνες, ἔγραφον ἃ ἠβούλοντο. *Candido loro scytalen circumvolventes Lacedæmonii, scribebant quæ vellent.* Etymologici Auctor. Ἔστι δὲ Λακεδαιμονίοις, χρῆσθαι

χρῆσθαι σκυτάλῃ ἀντὶ γραμματείων. *Solent verò Lacedæmonii scytalâ uti pro tabellis.* Eodem modò & Hesychius, qui videndus. Pluribus, & accuratiùs multo, Suidas. Σκυτάλη, ἀπιστολὴ Λακωνική. λῶν ἡ σκυτάλη ξύλον ἐξεσμῳόν, ἀπίμηκες. δύο ἦσαν λακεδαιμονίοις σκυτάλαι. καὶ τὴν μὲν μίαν, κατεῖχον οἱ ἔφοροι τῶν Λακεδαιμονίων. τὴν δὲ ἑτέραν, τῷ ἐκπεμπομένῳ παρ' αὐτῶν στρατηγῷ παρεῖχον. καὶ, ὁπότε ἐβούλοντό τι ἀπιστεῖλαι αὐτῷ, φέροντες ἱμάντα λευκὸν, περιέλιττον τὴν σκυτάλην, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔγραφον. καὶ ἀνελίττοντες, παρεῖχον τὸν ἱμάντα τῷ ἀποφέροντι. τοῦτο δὲ ἐποίουν, ἵνα μὴ μανθάνωσιν οἱ ἀποφέροντες τὸ δηλούμενον ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ στρατηγὸς, δεχόμενος τὸν ἱμάντα, τῇ ἑαυτοῦ σκυτάλῃ περιελίττει, καὶ ἐπίνωσκεν ἄνω τὰ γεγραμμένα. *Scytale, epistola Laconica. Scytale verò, erat lignum politum, oblongum. Duas autem scytalas habebant Lacedæmonii. & alteram quidem, ipsi eorum ephori tenebant; alteram verò, duci suo, quem emittebant, dabant. Ac quoties aliquid mandatum ei cupiebant, afferebant lorum, quo scytalen involvebant, & in loro scribebebant: lorum autem revolventes, tradebant ablaturo. Ideò autem id faciebant, ne, qui ferrent, scirent, quidnam ipso indicarent. dux verò, postquam lorum accepisset, suæ scytalæ circumvolvens, quæ inscripta, cognoscebat.* Joannes Tzetzes, Var. Hist. Chil. IX. cap. CCLVIII.

Οἱ Λακωνες, πρὶν μέλλοντες ἢ στρατηγοῖς, ἢ ἄλλοις,
Βύλας μυστηριώδας ἐν γράμμασι σημαίνῃ,
Ῥάβδον λαβόντες λώπινον, τῷ μήκει βραχυτάτῳ,
Καὶ ἀπιμήκει δέρματι πάνυ στενῷ, ὡς ζώνη,
Τὴν ῥάβδον ἀπεφάνδαν πᾶσιν εἰλοῦντες τούτῳ,
Ἔγραφον, ἅπερ ἤθελον, ἐλίξεσι δ' δέρυς,
Αἳ καὶ ἀνεγινώσκοντο δ' δέρυς εἰλιγμένυ.
Τὸ σύνολον ἀνάγνωσις ἐκ λῶν ἦν τ' γραμμάτων,
Ἂν ἐκ τῆς ῥάβδου τις αὐτῆς ἀφείλιξε τὸ δέρμα.
Πάλιν δ' ἀνεγινώσκοντο τῇ ῥάβδῳ τῇ ῥηθείσῃ,
Εἴπερ εἰλίχθη τὸ αὐτὸ δέρμα, καὶ ἐσπιρμόθη.
Οὕτως, ὡς ἔφην, γράφοντες, ἀφείλιστον τὴν ῥάβδον,
Καὶ μετ' ἐπέρᾳ ἔστελλον, οἷς ἤθελον, τὸ δέρμα,

Τῷ ῥάβδον μεθ' ἑτέρᾳ ᾖ, πλέω σὺν μεγίστῃ σκέψῃ.
Εἰλοῦντες δ' ἀνεγίνωσκον, ὡς ἔφημεν ἐγὼ πρώην.
Τοῦτο καλῶς μοι γύνωσκε Λακωνικὴν σκυτάλην,
Δέρᾳ εἰς ῥάβδον ἑλικτὸν, γράφον βουλὰς κρυφίους,
Σφενδόνης ἔσαν δύναμιν τᾶ Γύγα πρὸ τῦ Γύγα.
Lacones olim vel belli ducibus, vel aliis,
Consilia arcana per literas significaturi,
Virgam accipientes quamcunque, longitudine brevissimam,
Et oblongo corio, valdè angusto, instar cinguli,
Virgæ superficiem hoc totam involventes,
Scribebant, quæcunque volebant, in plicis corii,
Quæ & legebant, corio convoluto.
Omnino verò legi literæ non poterant,
Si quis ex ipsâ virgâ corium abstulisset.
Contrà autem legebantur in virgâ dictâ,
Si complicatum fuisset corium, & accommodatum.
Sic, ut dixi, scribentes, auferebant virgam,
Et per alium mittebant, quibus volebant, corium,
Virgam autem per alium, verùm cum maximâ consideratione.
Illi autem, accipientes virgam, atque corium,
Complicantes legebant, sicut diximus anteà.
Hoc pulcrè mihi discè scytalen Laconicam,
Lorum virgæ applicatum, scribens consilia arcana,
Vim existentem palæ Gygis ante Gygem.

Ausonius, ad Paullinum, epist. XXIII.

Vel Lacedæmoniam scytalen imitare, libelli
Segmina Pergamei, tereti circumdata ligno,
Perpetuo inscribens versu: qui deinde solutus
Non respondentes sparso dedit ordine formas:
Donec consimilis ligni replicetur in orbem.

Erat autem lignum nigrum. Scholiastes Pindari, Olymp. Od. VI. Ἡ δὲ σκυτάλη, τοιοῦτόν ἐστι. Λάκωνες, κήρυκας διαπεμπόμενοι, ξύλον μελαίνοντες, περιείλισσον λώρῳ ἱμάντι. &c. *Scytale verò, talis*

talis est. Lacedæmonii, præcones passim mittentes, ligno, nigro colore tincto, circumvolvebant albo loro. Et quæ sequuntur: quæ videri, non indignum est. Videndus quoque Demetrius Triclinius, ad Pindari Olymp. Od. VI. tum & Scholiastes Comici, ad Aves: qui prolixè, & cum curâ, omnes eam rem exponunt. Sed quæ longitudo fuit? Aulus Gellius, simpliciter dicit, lib. XVII. cap. IX. *Surculi duo erant, teretes, oblongi, pari crassamento, ejusdemque longitudinis.* Scholiastes Aristophanis, loco indicato. Ἐποίουν δύο ῥάβδους ἰσομήκεις. *Faciebant duos surculos, æquali longitudine.* Item Thucydides, lib. I. Ἦν δὲ σκυτάλη, ξύλον στρογγύλον, ἐξεσωμένον, ὁμοίμηκες. *Erat autem scytale, lignum rotundum, rasum, oblongum.* Sic Plutarchus, in Lycurgo; aliique, qui de eâ tradidere. Unicus Demetrius Triclinius docet, longitudinem trium, aut quatuor, cubitorum habuisse. Verba ejus ecce ista, ad Pindari Olymp. Od. VI. Ὅτε ποὺς ἄνα πόλιν οἱ Λάκωνες στρατηγὸν ἔπεμπον, βουλόμενοι δηλῶσαί τι αὐτῷ τῶν ἀπορρήτων, ἐκ ὑπίσχνουν χάρτῃ, ἀλλὰ τισὶ τὸ τι ἐποίουν. τορεύοντες ξύλον στρογγύλον, τριῶν, ἢ τεττάρων, πήχεων, καὶ τέμνοντες εἰς δύο, τὸ μὲν ἓν τῷ ἐκπεμπομένῳ στρατηγῷ ἐδίδουν, θάτερον δὲ αὐτοὶ κατεῖχον. *Quum ad urbem aliquam Lacedæmonii ducem mitterent, aliquid arcani ipsis indicare cupientes, chartæ minimè credebant, sed ad istum modum agebant. torno elaborantes lignum rotundum, trium, aut quatuor, cubitorum, & in duo dissecantes, partem unam huic, quem emittebant, dabant, alteram ipsi retinebant.* Itaque non rectè Joannes Tzetzes, in citatis antè versibus, τῷ μήκει βραχυτάτῳ dicit, *longitudine brevissimam.* Sed & altera scytale erat, quâ inter se fœneratores utebantur. Scholiastes Aristophanis, ad Aves. Διοσκορίδης δ', ἐν τῇ Περὶ νομίμων, τοὺς δανείζοντας ἐν Σπάρτῃ διαιρεῖν (φησι) σκυτάλιον, δύο παρόντων μαρτύρων, καὶ γράφειν τὸ συμβόλαιον ἐν ἑκατέρῳ τμήματι· καὶ τὸ μὲν, ἑνὶ τῶν μαρτύρων διδόναι· τὸ δὲ, δι' ἑαυτοῦ ἔχειν. *Dioscorides verò, in libris De institutis, fœneratores (ait) Spartæ dividere scytalen, duobus testibus præsentibus, & contractum in utraque sectione scribere:*

& unam quidem, uni teſtium exhibere; alteram verò, ſibi reſervare. Quæ ex eo totidem tranſcripſit verbis, ſicut multa, Suidas, in Σκυτάλη.

CAP. V.

Lingua ipſorum, Dorica erat: ejuſque ſpecimen, apud Plutarchum; cujus locus reſtitutus. Ac peculiari ſanè idiomate, atque eo inſuavi, utebantur. Pro θ, ponebant σ: ac pro σ, mediâ in dictione, adſpirabant. In fine dictionis, ρ pro σ uſurpabant. Inter duas vocales, β inſerebant. Diphthongum ει, mutabant in η. Pro σ, etiam ϝ ponebant, mediâ in dictione. Literam ρ, tranſponebant.

LIngua ipſorum, Dorica erat. Iſocrates, in Archidamo, ubi eum ſic Lacedæmoniis loquentem facit. Πρῶτον μὲν ἔν οἶμαι, δεῖν ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, δι' ὃν τρόπον ἐκτησάμεθα Μεσσήνην, καὶ δι' ἃς αἰτίας ἐν Πελοποννήσῳ κατοικήσαντες, Δωριεῖς τὸ παλαιὸν ὄντες. *Ac primùm commonefaciendos vos puto, quo pacto Meſſenam in poteſtatem noſtram redegerimus; & quas ob cauſas in Peloponneſo, cùm à primâ origine Dorienſes ſitis, conſederitis.* Procopius, in epiſtolâ quâdam. Καὶ Σπαρτιάτης αὐτόχρημα γεγένημαι. καί μοι πάντα Λυκέργου, ὁ δὲ Σόλων ἠδέν. μικρᾶ δεῖν, καὶ Δωριλὼ ἀφῆκα φωνὴν, τῇ Ἀττικῆς ἐκείνης εἰς λήθην ἐλθών. *Et Spartanus planè factus ſum: ac Lycurgus mihi omnia, Solon nihil. quin & penè Doricè locutus eſſem, Atticæ illius linguæ oblitus.* Ac Laconicæ quidem linguæ ſpecimen Plutarchus præbet, in Vitâ Pyrrhi. Εἷς δὲ τῶν παρόντων, ὄνομα Μανδρικίδας, εἶπε, τῇ φωνῇ Λακωνίζων. Αἱ μέν ἐστι τύ γε σὸρ, ἠδὲν μὴ πάθωμεν. ἢ γὰρ ἀδικεῦμεν. αἰ δὲ ἄνθρωπος, ἔστω καὶ τοῦ κάρρων ἄλλος. Ita enim locus ille reſcribendus: ut in partem ſuprà etiam admonui, lib. II. cap. VIII. Et, ſi aliud quoque cupis, præter iſtud, vide, ſodes, qui loquatur Lampito, Lacæna mulier, & Lacedæmoniorum item præco, atque chorus, apud Comicum, in Lyſiſtratâ: etiam legatus Lichas ad Argivos, apud Thucydidem, lib. V. denique Senatuſconſultum

tum Spartanorum, apud Boëthium, De Muſicâ, lib. I. cap. I. Quanquam autem linguâ uterentur Doricâ, tamen idioma ſibi peculiare habuerunt. Id Corinthus, libro De dialectis, docet. Εἰδέναι δεῖ, ὅτι τ̃ Δωριὸς πολλαί εἰσιν ὑποδιαιρέσεις τοπικαί. ἄλλως γὰρ Κρῆτες διαλέγονται, καὶ ἄλλως Ῥόδιοι, καὶ ἄλλως Ἀργεῖοι, καὶ ἄλλως Λακεδαιμόνιοι. *Sciendum eſt, Doricæ linguæ multas eſſe ſubdiviſiones locales. Aliter enim Cretenſes loquuntur, & aliter Rhodii, & aliter Argivi, & aliter Lacedæmonii.* Ac rurſum poſteà. Διαφέρει δὲ ἡ τ̃ Κρητῶν διάλεκτος, ἣπερ Κυψέλας ἐχρήσατο· καὶ ἡ Λακώνων, ἣπερ Ἀλκμᾶν, καὶ Σώφρων. *Differt autem Cretenſium dialectus, quâ Cypſelas uſus eſt; & Laconum, quâ Alcman, ac Sophron.* Quæ totidem quoque verbis Philoponus, in ejuſdem tituli libello. Erat autem inſuavis: ut Pauſanias teſtatur, in Laconicis. Τ̃ Σεβρίου δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ μνῆμα Ἀλκμᾶνος· ᾧ ποιήσασθαι ᾄσματα, οὐδὲν ἐς ἡδονὴν αὐτῶν ἐλυμήναντο τ̃ Λακώνων ἡ γλῶσσα, ἥκιστα παρεχομένη τὸ εὔφωνον. *Ad Sebrii dextram eſt Alcmanis tumulus: cui in canticis faciendis nihil detrivit Laconica lingua, cujus alioquin voces minus auditu ſuaves exiſtunt.* Pro θ, ponebant σ. Apollonius, De Syntaxi, lib. I. Οἱ μὲν ἄλλοι Δωριεῖς, τηροῦσι τὸ θ. Λάκωνες δὲ, καὶ εἰς σ μεταβάλλουσι. *Alii quidem Dorienſes, θ retinent; Lacones verò, etiam in σ mutant.* Ita, quod antè à me dictum, Σιὸρ dicebant, pro θεός; & Σεῖος, pro θεῖος: aliaque iſtiuſmodi, uti ſuprà memoravi. Pro σ autem, in medio dictionis, aſpiratione utuntur. Etymologici Auctor. Καὶ Λάκωνες, ἔνδοθεν δ̃ σ ποιοῦντες, δασεῖαν χαράττουσι τοῖς ὑπιφερομένοις φωνήεσιν· ὡς ὅπα δ̃ ποιῆσαι, ποίᾱ. καὶ βασία, βάσα· καὶ μασικὰ, μωϊκά. *Et Lacones, ejicientes σ, aſpiratam imponunt vocalibus, quæ ſubjunguntur: ut* ποιῆσαι, ποίᾱ; & βασία, βάσα; & μασικὰ, μωϊκά. Apollonius, quem citavi, lib. IV. οὐ παρεμπίπτει ἡ ἐν τοῖς φωνήεσι δασεῖα, ἐν μέσοις τοῖς λέξεσιν· ἕνεκα δ̃ ποιότητα σεσημειωμένων, ὡς ἀλόγων ὄντων· ἢ ἀπὸ Λακωνικ̃ διαλέκτου παρεσδεδυκότων εἰς τὰς ἄλλας διαλέκτους. *In vocales, quæ ſunt in mediis dictionibus, aſper ſpiritus non cadit: eamque ob cauſam notatas, tanquam quæ regu-*

tam non servent: vel quòd ex Laconicâ dialecto in alias dialectos surrepserint. Ponebant etiam ρ, pro σ, in fine dictionum, ut jam dixi. Inter duas vocales, β inserebant. Etymologici Auctor. Ἔβασον, ἀντὶ τοῦ ἔασον, συγχώρησον. ἔτως Συρακύσιοι, καὶ Λάκωνες. γέγονε δὲ πλεονασμῷ τοῦ β. τὸ γὰρ ἔασον, ἔβασόν φασι. καὶ τὸ ἔατω, ἔβατω. καὶ τὸ ἔα, ἔβα. Ἔβασον, pro ἔασον, *permitte. ita Syracusani, & Lacedæmonii. fit autem per redundantiam literæ β. nam, pro* ἔασον, *dicunt* ἔβασον; & ἔβατω, *pro* ἔατω; & ἔβα, *pro* ἔα. Diphthongum αι, mutabant in η. Etymologici Auctor. Κατὰ τροπὴν τῆς αι διφθόγγου εἰς η. ὡς τὸ ὄρηξ, καὶ λύκηξ, Λακωνικά. *Juxta mutationem αι diphthongi in η: ut* ὄρηξ, & λύκηξ, *quæ sunt Laconica.* Pro σ, etiam ponebant ζ, in mediâ nempe dictione. Etymologici Auctor. οἱ Λάκωνες τὰ ἀπὸ μέλλοντα, εἰς τὸ τ οὐ τρέπουσι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ζ εἰς τὸ σ. ἐνιαυτὸς, ἐνιαύσιος, ἐνιαύλιος λέγουσιν. *Lacones, quæ à futuro fiunt, in* τ *non mutant, sed quæ ex* τ *vertuntur in* σ. *ut pro* ἐνιαύσιος, *quod ab* ἐνιαυτὸς *formatur,* ἐνιαύτιος *dicunt.* Sic πλέθλιος, pro πλέθσιος; πληθίος, pro πληθσίος, dicebant: ut videre est ibidem. Etiam φὶν, pro Σφὶν, dicebant. Idem Auctor Etymologici. Συρακύσιοι δὲ, (τὸ σφὶν) ψὶν λέγουσι· Λάκωνες, φίν. *Syracusani verò (pro* σφὶν) *dicunt* ψίν: *Lacones autem,* φίν. In dictionibus, ρ transponere solebant. Sic κάρνος, pro κράνος, dicebant. Pausanias, in Laconicis. Καὶ Ἀπόλλωνα ὀνομάζουσι Κάρνον, ὑπὲρ τῶν κρανῶν, μεταθέντες τὸ ρ, κατὰ δή τι ἀρχαῖον. *Et Apollinem nominant Carneum, à craneis, literâ* r *transpositâ, antiquâ quâdam consuetudine.* Sic pro Εἱμαρμένη, dicebant item Ἐμβραμένα, ut mox dicam: & alia plura ad eam formam.

CAP.

CAP. VI.

Vocabula Laconica peculiaria: ac de iis Aristophanis Grammatici opus proprium, cui titulus, Γλῶσσαι Λακωνικαί. Ἄγριππος. Αἰδώ. Ἀνόστος. Βέσσον, *sive* Βέττον. *Hesychii locus emendatus.* Γασήρ. *sive* Γασερία. Δικελισαὶ, *sive* Δίκηλισαὶ, *aut* Δικηλισαί. *Suidas, Plutarchus, Hesychius iterum, & Apollonii Scholiastes, restituti. Sosibii opus,* Περὶ τῶν μιμητῶν ἐν Λακωνικῇ, ἢ δικηλισῶν. *Suidas iterum restitutus.* Δίκηλον. Δόκανα. Εἰσπνήλης. Εἰσπνεῖν.

UTi autem lingua ipsis propria fuit, sic vocabula item plurima: ac volumen de his scripsit singulare Aristophanes Grammaticus, & inscripsit, Γλῶσσαι Λακωνικαί. *Vocabula Laconibus peculiaria.* Meminit Athenæus, lib. III. Πάμφιλος καλεῖσθαί φησι Κυδωνάια ὑπὸ Ἀχαιῶν. τοῦτο λέγων Ἀριστοφάνη εἰρηκέναι, ἐν Λακωνικαῖς Γλώσσαις. *Pamphilus vocari ait Cydonæa ab Achivis: tradens, hoc Aristophanem dixisse, in Laconicis Glossis.* Et sunt eæ ipsæ Glossæ, quæ citantur ab Hesychio. Ἄαδα, ἔνδεια, Λάκωνες. ἕτω καὶ Ἀριστοφάνης, ἐν Γλώσσαις. *Aada, indigentia, Lacones. Ita etiam Aristophanes, in Glossis.* Iterum, in Πυρέακος. Ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν, ἐν ἐξηγήσει Λακωνικῶν. *Sicut Aristophanes ait, in expositione (vocabulorum) Laconicorum.* Et ex istis quædam ipsi, passim nobis observata, proponemus. Ἄγριππος. *Olea silvestris.* Zenobius, Cent. I. Proverb. LX. Ἀκαρπότερος ἀγρίππου. ἐπὶ τῶν πάνυ πενομένων εἰρηται. Λάκωνες γὰρ τὴν ἀγρίαν ἐλαίαν, ἄγριππον καλοῦσι. *Infructuosior oleâ silvestri. De valdè pauperibus dictum est. Lacedæmonii enim oleam silvestrem, ἄγριππον* vocant. Quæ totidem verbis etiam Suidas. Αἰδώ. *Factus.* Suidas. Αἰδώ. τὸ αἰδοῖον. καὶ ἡ σελήνη, παρὰ Χαλδαίοις· καὶ ῥιπὴ, παρὰ Λάκωσι. *Ædo, pudendum: & luna, apud Chaldæos: & factus, apud Lacedæmonios.* Ἀνόστος. *Polypus.* Moschopulus, ad Hesiodi Ἔργ. β'. Ὁ ἀνόστος, ἤγουν ὁ πολύπους, (καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις χαρ, φασὶν, ἰδίως ἕτως ὠνομάζετο ἀνόστος,) τὸ ἑαυτοῦ πόδα ἐσθίει. *Exos,*

sive polypus, (*nam apud Lacedæmonios propriè hic vocatur exos,*) *suum pedem edit.* Et Proclus, ibidem. Κλείταρχος δὲ, ἐν Γλώσσαις, τὸ πολύποδα ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀνόσιον φησὶ καλεῖσθαι. *Clitarchus verò, in Glossis, polypum apud Lacedæmonios exossem vocari dicit.* Utiturque vocabulo Hesiodus eâ significatione, loco citato.

Ἡμαλι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστος ὃν πόδα πήδῃ.
Die hyberno, cùm exos suum pedem edit.

Βέστν, sive Βέστον, *Vestis.* Etymologici Auctor. Βέστον, τὸ ἱμάτιον, ὑπὸ Λακώνων· οἱ δὲ, βέττον. *Bestum, vestis, à Laconibus: quidam verò, bettum.* Hesychii locus, corruptissimus. Βεσὼν, ἔθος, ἢ ὁ τῶν ἐθῶν ἔμπειρος. Λάκωνες δὲ βεσικὸν τὸ ἔσνλ. Restituo. Βέστον, ἔθος, ἢ ὁ τῶν ἐθῶν ἔμπειρος. Λάκωνες δὲ, βεστὸν τὸν ἐσθῆτα. *Bestum, mos, aut morum peritus. Lacedæmonii verò, bestum dicunt vestem.* Γαστὴρ. *Rapum.* Athenæus, lib. IX. Γογγυλίδες. Ταύτας Ἀπολλᾶς, ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων, ὑπὸ Λακεδαιμονίων γαστέρας φησὶ καλεῖσθαι. *Rapa. Hæc Apollas, libro De urbibus Peloponnesi, à Lacedæmoniis gasteras dici tradit,* Et ex eo Eustathius, ad Odyss. η. ὅθεν δὲ Λάκωνες τὰς γογγυλίδας γαστέρας ἐκάλεν, ἐν τοῖς Δειπνοσοφισταῖς δηλοῦται. *Quòd autem rapa Lacedæmonii gasteras vocabant, ex Dipnosophistæ scriptis constat.* Hesychio Γαστραία dicitur. Γαστραία, ἡ γογγυλίς. Λάκωνες. *Gastræa, rapum. Lacones.* Δεικελισταὶ, sive Δεικηλισταὶ, (nam utroque modo scribitur,) *Mimi. Imitatores.* Etymologici Auctor. Δεικελισταὶ, μιμηταὶ, παρὰ Λάκωσι. *Diceliste, imitatores, apud Lacedæmonios.* Totidem verbis Hesychius. Eustathius, ad Iliad. λ. Δεικηλισταὶ, παρὰ Λάκωσι κωμικοί. *Diceliste, apud Lacedæmonios Comici.* Et paulo pòst. Δεικηλισταὶ ἦν οἱ παῖται, ὡς εἴ τις εἴποι σκηνοποιοὶ, καὶ μιμηταί. *Diceliste itaque tales, velut scenicum apparatum instruentes, atque mimi.* Illud verò observandum, quòd hos Comicos appellet: & exponit rem hanc totam Athenæus, lib. XIV. Παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις κωμικῆς παιδιᾶς ὧν τις τρόπος παλαιὸς, ὥς φησι Σωσίβιος, ἦν ἄγων σπουδαῖος, ἅτε δὴ καὶ τότε τὸ

τὸ λιτὸν τ Σπάρτης μεταδιωκάσης. ἐμιμεῖτο γάρ τις ἐν εὐτελεῖ τῇ λέξῃ κλέπτοντας ἵνας ὀπώρας, ἢ ξενικὸν ἰατρόν. ἐκαλοῦντο δ οἱ μειόνως τῶν παιόντων παιδιὰν ὥσπερ τοῖς Λάκωσι δικηλισταὶ, ὡς ἄν τις σκώπτοις εἴπῃ, ἢ μιμηταί. *Apud Lacedæmonios comici lusus vetus quidam modus fuit, ut ait Sosibius, non admodum gravis: velut in his etiam simplicitatem Spartâ suam persequente. Imitabatur verò aliquis tenui dictione quosdam fructuum fures, aut medicum peregrinum. Ac, qui lusum hunc obirent, à Laconibus diceliſtæ vocabantur.* Alii per ι scribunt primam syllabam. Suidas. Δικηλισῶν, καὶ μιμητῶν. εἶδός ἐστι κωμῳδίας, ὡς φησι Σωσίβιος ὁ Λάκων. *Diceliſtarum, & mimorum: genus eſt comœdiæ, ut ait Sosibius Lacon.* Idem, in Σοσίβιος. Ἐν τούτοις δ ἱστορεῖ καὶ τοῦτο, ὅτι εἶδος τ κωμῳδίας ἐστὶ καλούμενον δικηλισῶν, καὶ μιμητῶν. *In his verò etiam hoc refert, quòd comœdiæ genus ſit eorum, qui vocantur diceliſtæ.* Ita eum locum emendo: malè enim hactenus editur, καλουμένων δικλισῶν, *eorum, qui vocantur dicliſtæ.* Nec rectè ſcribitur δικηλίκτας apud Plutarchum, in Ageſilao. Ἀλλὰ σὺ γε εἶ τὴν Καλλιππίδας ὁ δικηλίκτας; οὕτω δὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς μίμους καλοῦσι. *An tu non es Callippidas diceliſtas? Ita verò Lacedæmonii mimos vocant.* Eodem modo etiam in Laconicis Apophthegmatibus, ubi apophthegmata Ageſilai regis tradit. Utrobique reſcribendum eſt, δικηλισάς. Corrigendus & Heſychius, in Δίκηλον. ὅθεν καὶ μιμολόγος ὥσπερ Λάκωσι δικελισάς. *Unde etiam mimologus à Laconibus diceliſtas appellatur.* Hodiè editur, δικελίτας, *dicelitas.* Eodem modo Scholiaſtes Apollonii, lib. I. Δίκηλον, κυρίως τὸ τῷ Διὶ ἐοικὸς ἄγαλμα· καταχρηστικῶς δὲ καὶ πᾶν ὁμοίωμα, ὡς καὶ νῦν. καὶ δικηλίτας δὲ, τοὺς σκωπτικοὺς, τοὺς ἐν τῷ σκώπτειν ἄλλον τινὰ μιμουμένους. Malè etiam illic editur δικηλίτας. reſcribendum item iſtic, δικηλισάς. Ac peculiare de his Opus ſcripſit Sosibius Lacon. Suidas. Σωσίβιος, Λάκων, γραμματικὸς, τῶν ὀπλυτικῶν καλουμένων. (ἔγραψε) καὶ περὶ τῶν μιμητῶν ἐν Λακωνικῇ ἱστορουμένων παλαιῶν. ἐν τούτοις δὲ ἱστορεῖ καὶ τοῦτο, ὅτι εἶδος τ κωμῳδίας ἐστὶ, καλούμενον δικηλισῶν, καὶ μιμητῶν. *Sosibius, Lacon, grammaticus, unus ex his qui vocati Epilytici.*

(*Scripsit*) *etiam De mimetis antiquis, qui in Laconicâ memorati. In his tradit, etiam illud, quòd comædiæ sit genus, diceliſtarum vocatum, & mimetarum.* Ita locum hunc reſtituo, hodiè luxatum. Inſpiciat, qui volet. Uti verò Δικηλιστὴ vox Laconica eſt, ita Δίκηλον. Heſychius. Δίκηλον, ἐκτύπωμα, ὁμοίωμα, εἴδωλον, ἀνδριὰς, ζώδιον, παρὰ Λάκωσι. *Dicelum, imago, effigies, ſimulacrum, ſtatua, ſignum cæleſte, apud Lacones,* Δόκανα. *Sepulcra Tyndaridarum.* Suidas. Δόκανα, τάφοι τινὲς ἐν Λακεδαιμονίᾳ. παρὰ τὸ δέξασθαι τὰς Τυνδαρίδας. *Docana, ſepulcra quædam in Lacedæmoniâ: quòd Tyndaridas ſuſceperint.* Quæ totidem verbis etiam Auctor Etymologici. Plutarchus, non ſepulcra Tyndaridarum dicit, qui iidem Dioſcuri, ſed eorum ſimulacra: & deſcribit, qualia fuerint, lib. De fraterno amore, in ipſo principio. Τὰ παλαιὰ τῶν Διοσκούρων ἀφιδρύματα οἱ Σπαρτιᾶται δόκανα καλοῦσι. ἔστι δὲ δύο ξύλα παράλληλα, δυσὶ πλαγίοις ἐπεζευγμένα. καὶ δοκεῖ τῷ Φιλαδέλφῳ τῶν θεῶν οἰκεῖον εἶναι καὶ ἀναθήματος τὸ κοινὸν, καὶ ἀδιαίρετον. *Vetuſta Dioſcurorum ſimulacra Spartani appellant docana. ſunt verò duo ligna, inter ſe compoſita, duobus aliis tranſverſis conjuncta. ac videtur fraterno deorum amori individua communitas ſimulacri convenire.* Et ex eo Euſtathius, ad Iliad. ρ. Παράγωγον δὲ δοκὸς καὶ τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς δόκανα, ὧν χρῆσις καὶ παρὰ Πλουτάρχῳ. ἦσαν δὲ αὐτὰ, Διοσκούρων ἀφιδρύματα. ὡς ἐκεῖνος καὶ ἱστορεῖ, καὶ ἐκφράζει. *A nomine* Δοκὸς, *Trabs, deducuntur & antiquis* Δόκανα *quæ appellata: quorum uſus etiam apud Plutarchum. Erant autem ea, Dioſcurorum ſimulacra: ſicut & refert ipſe, & exponit.* Εἰσπνήλης. *Amator.* Etymologici Auctor, in Αἴτης. Καὶ εἰσπνήλας καλοῦσι τοὺς ἐρωτικοὺς παρὰ Λάκωσιν. *Et eiſpnelas vocant amatores, apud Lacedæmonios.* Apud Theocritum, Εἰσπνίλος ſcribitur, Id. XII.

—— ὁ μὲν δὴ εἰσπίλος, φαίη κ' ἀμυκλαίσδων.
—— *hic quidem eiſpnilus, diceret aliquis, Amyclæâ linguâ loquens.*

Ubi Scholiaſtes. Ἕπρος μὲν γὰρ τὸ Λακώνων λεγόμενος εἰσπίλος,

λος, τετίσιν ἐραστής. *Alter enim à Laconibus dictus eiſpnilus, id eſt, amator.* Sed Εἰσπνήλης hîc ſcribendum, olim penè puer monui. Euſtathius, ad Odyſſ. δ. Εἰσπνήλαι, παρὰ Λακώνων οἱ ἐρασταί. *Eiſpnelæ, à Lacedæmoniis dicuntur amatores.* Et videndus iterum eſt, ad Odyſſ. ε. Sic Εἰσπνεῖν, ſive Ἐμπνεῖν, dicebant pro *Amare.* Etymologici Auctor. Λακεδαιμόνιοι γὰρ, Εἰσπνεῖν φασὶ τὸ ἐρᾶν. *Lacedæmonii enim, Εἰσπνεῖν dicunt Amare.* Ælianus, Var. Hiſt. lib. III. cap. XII. Αὖτὶ γὰν (de Lacedæmoniis loquitur) δέονται τ ἐρασῶν, ἐμπνεῖν αὐτοῖς. Λακεδαιμονίων ἢ αὔτησίν ἡ φωνὴ, ἐρᾶν δεῖν λέγουσα. *Ipſi itaque amatores rogant, ut ἐμπνεῖν ſibi velint: id verò Lacedæmoniorum voce ſignificat Amare.* Heſychius, nullâ Lacedæmoniorum mentione. Ἐμπνεῖ μι, ἐρᾷ μι, πιθεῖ με. Item. Ἐρᾷ, εἰσπνεῖ. Plutarchus, in Agide, & Cleomene. Ὄντος ἢ αὐτῷ φίλος Ξεναρης, ἐραστὴς γεγονότος, (τοῦτο ἢ ἐμπνεῖσθαι Λακεδαιμόνιοι καλοῦσιν,) ἀπεπείρατο τούτου. *Cùm amicum haberet Xenarem, qui amator ejus fuerat, (quod Ἐμπνεῖσθαι dicunt Lacedæmonii,) hunc tentavit.*

CAP. VII.

Ἐμβεβαμένα. Ἐπισκυθίζειν. Εὐλάκα. Εὐλάζειν. Εὔχεσθαι. Γῆλος. Καιάδας, ſive Κεάδας: & *ibidem locus*, Δεκάς. Κεκαδδεῖσθαι. Κάδδος. Κίρρις. Κόος. Κυνάς. Κυρσάνιος. Λυσιλαΐδαι. Μαχαιρίωνες, *poſteri Autocratis: qui & ipſe* Μαχαιρίων *appellatus. Pauſaniæ error indicatus.* Μύκηρος. Μυκηρόβατος. Σέμελος, *ſive* Σεσῆλος. Τέλη. Τίτυρος. Τρέσαντες. Φαινίς. Χαός.

Ἐμβεβαμένα, pro Εἱμαρμένη, *Fatum.* Etymologici Auctor. Ἐμβεβαμένα, παρὰ Σώφρονι ἡ εἱμαρμένη. καὶ Λάκωνες οὕτω λέγουσιν. *Embramena, apud Sophronem Fatum. Et Lacones ita dicunt.*

Ἐπισκυθίζειν. *Scythicè agere.* Dici cœptum, poſtquàm Cleomenes, nimio cum Scythis mero poto, ad inſaniam actus eſſet. Herodotus, lib. VI. Κλεομένεα ἢ λέγουσι, ἡκόντων τ Σκυθέων ὑπὸ ταῦτα, ὁμιλέειν σφι μεζόνως. ὁμιλέοντα ἢ μᾶλλον ἐκτεμόντα, μαθεῖν

μαθεῖν τὸν ἀκρατοποσίαν παρ' αὐτῶν. ἐκ τούτου δὴ μανῆναί μιν νομίζουσι Σπαρτιᾶται. ἔκ τε τοῦ, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ἐπειὰν ζωρότερον βάλωνται πίνειν, Ἐπισκύθισον, λέγουσι. *Cum iis Scythis, qui ad hoc missi sunt, consuetudinem habuisse majorem in modum, dicunt: conversantem verò, ultrà quàm conveniret, meri potum ex his ipsis didicisse. atque hinc Spartani illum in furorem actum esse arbitrantur. & ex eo, ut ipsi tradunt, cùm meraciùs bibere volunt,* Ἐπισκύθισον, *id est,* Scythicè age, *dicunt.* Et ex eo Eustathius, ad Odyss. α. Λέγεται δὲ καὶ Κλεομένης, ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, Σκύθαις ὁμιλήσας, καὶ ἀκρατοπότης γενόμενος, ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, μανῆναι ἐκ μέθης. ἐκ δὲ τοιούτου Σκυθικοῦ κακοῦ, τὸ ἀκρατέστερον πίνειν, Ἐπισκυθίζειν φασὶν οἱ Λάκωνες. *Dicitur verò & Cleomenes, rex Lacedæmoniorum, cum Scythis conversatus, atque meri potor factus, sicut auctor est Herodotus, in furorem ex ebrietate actus: & ex eo malo Scythico, meraciùs bibere, Lacedæmonii* Ἐπισκυθίζειν *dicunt.* Εὐλάκα. *Vomer.* Thucydides oraculum quoddam Delphicum refert, redditum Lacedæmoniis, lib. V. Διὸς υἱοῦ ἡμιθέου τὸ σπέρμα ἐκ τῆς ἀλλοτρίας εἰς τὸν ἑαυτῶν ἀναφέρειν· εἰ δὲ μή, δέγμενα εὐλάκᾳ εὐλάξαι. *Jovis filii semidei semen ex alieno solo in suum reducere: nisi facerent, aureo vomere araturos.* Ubi Scholiastes, Εὐλάκαν δὲ, τὸν ὕνιν Λακεδαιμόνιοι λέγουσιν. *Eulacam verò, vomerem Lacedæmonii dicunt.* Et observa, in Thucydidis istis verbis, etiam Εὐλάζειν dici, pro *Arare.* Εὔχεσθαι. *Dicere.* Scholiastes Pind. Olymp. Od. VI. Τῷ εὔχοντο, ἀντὶ τοῦ εἶπον οἱ Λάκωνες χρῶνται. *Verbo* εὔχοντο, *Lacones utuntur pro Dicebant.* Ἴγλος. *Polypus.* Etymologici Auctor. Κλείταρχος δὲ, ἐν Γλώσσαις, τὸ πολύπους ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἴγλον καλεῖσθαί φησι. *Clitarchus verò, in Glossis, polypum à Lacedæmoniis iulum vocari tradit.* Καιάδας, sive Κεάδας, nam utroque modo scribitur, *Carcer.* Strabo, lib. VIII. Καὶ καιάδας τὸ δεσμωτήριον ἐντεῦθεν, τὸ παρὰ Λακεδαιμονίοις, σπήλαιόν τι. *Et cæades carcer inde, qui est apud Lacedæmonios, antrum quoddam.* Simplicius, in Phys. lib. III. cap. IV. Ὡς ὁ παρὰ Λακεδαιμονίοις λεὼς ὁ κεάδας, εἰς ὃν τοὺς κατακρίτους

τους

τας ἐνέβαλον. *Qualis apud Lacedæmonios erat ceadas, in quem damnatos conjiciebant.* Nicephorus Blemmydas, in Epitome Physicâ, cap. x. Ὡς ὁ λαβύρινθος παρὰ Κρησὶ, καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις ὁ κεάδας, εἰς ὃν τοὺς καταδίκους ἐνέβαλον. *Ut apud Cretenses labyrinthus: & apud Lacedæmonios ceadas, in quem damnatos conjiciebant.* Meminit ejus etiam Basilius Magnus, epist. CCCLXXIX. Ὅταν ὑποδανδὸν εἴπω, τὸν κεάδαν με οἶσθ' λέγειν τὸν Λακωνικὸν, ἢ εἴ που τὸ οἰκεμένης εἶδες βάραθρον αὐτοφυές. *Cùm podandum dico, puta me ceadam Laconicum dicere, aut siquibi terrarum vidisti barathrum naturâ factum.* Ubi observa, barathrum fuisse. Ita & Suidas, in Παυσανίας. Τὸ δὲ σῶμα εἰς τὸν κεάδαν, βάραθρον δέ ἐστι τοῦτο, ἔρριψαν. *Corpus verò in ceadam, quod est barathrum, abjecerunt.* Strabo, in citatis verbis, antrum dicit. Eustathius carcerem antriformem, ad Odyss. δ. Ἀπὸ δὲ τῆς παιούσης λέξεως καὶ δεσμωτήριόν τι σπηλαιῶδες παρὰ Λάκωσιν ὁ καιέτας, ἢ διὰ τοῦ α καιάτας. *Ab hâc dictione, etiam carcer quidam antriformis apud Lacedæmonios cæetas, aut per a cæatas.* Meminit quoque Dion Chrysostomus, Orat. LXXX. Τί δὲ ὁ Λακώνων καιάδας, καὶ τὸ παρὰ Πέρσαις οἴκημα, μεστὸν τέφρας; *Quid verò Laconum cæadas; atque illud apud Persas domicilium, plenum cineris?* Meminere & plures alii. Locus autem in eo erat, Δεκὰς dictus, in quo damnatos strangulabant. Plutarchus, in Agide, & Cleomene. Καὶ τοὺς ὑπηρέτας ἐκέλευσεν ἀπάγειν εἰς τὴν καλουμένην δεκάδα. τοῦτο δέ ἐστιν οἴκημα τοῦ εἱρκτῆς, ἐν ᾧ θανατοῦσι τοὺς καταδίκους ἀποπνίγοντες. *Jusserunt abducere in decadem, quam vocabant. id verò domicilium in carcere erat, in quo damnatos strangulantes occidebant.*

Κεκαδδεῖσθαι, & Κάδδος, quidnam sit, exponit Plutarchus, in Lycurgo, ubi phiditia enarrat. Δοκιμάζεσθαι δὲ, τὸ βωλόμενον δὲ συσσίτιον μεταλαχεῖν, οὕτω φασί. λαβὼν τὸν συσσίτων ἕκαστος τὴν ἀπομαγδαλίαν εἰς τὴν χεῖρα, καὶ διακόνῳ φέροντι ἀγγεῖον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἔβαλε σιωπῇ, καθάπερ ψῆφον· ὁ μὲν, δοκιμάζων, ἁπλῶς· ὁ δὲ, κοίλην, σφόδρα τῇ χειρὶ πιέσας. ἡ γὰρ πεπιεσμένη, τὸν πεπλησμένης ἔχει δύναμιν. κἂν μίαν ὄψωσι τοιαύτην, οὐ προσδέχονται τὸν ἐπισ-

ἰόντα, βυλόμβοι πάντας ἡδομένους ἀλλήλοις συνιέναι. τ ὃ ἔτως ἀποδοκιμαθέντα, κεκαδδεῖσθαι λέγεσι. κάδδος γὰρ καλεῖται τὸ ἀγγεῖον, εἰς ὃ τὰς ἀπομαγδαλίας ἐμβάλλεσι. *Qui admitti ad convivium cupiebat, hoc probari consuevisse modo, tradunt. Unusquisque convictorum molliorem ex pane pulpam, ad quam manus abstergebant, manu acceptam, in vas quoddam, quod minister capite gestabat, tacitus, ceu calculum, conjiciebat; qui probaret, is simpliciter; qui damnaret, manu validè compressam. Etenim, quæ compressa erat, perforati instar calculi censebatur. qualem si duntaxat unam invenissent, minimè advenientem admittebant: cupientes, omnes lætos inter sese convenire. Eum verò, qui rejectus ita esset,* κεκαδδεῖσθαι *dicebant.* κάδδος *enim, vas vocatur, in quod pulpam jaciebant.*

Κίρρις. Lychnus. Etymologici Auctor. Λέγεται παρὰ Κυπρίοις Κίρρις ὁ Ἄδωνις. παρὰ Λακωσὶ δὲ, ὁ λύχνος. *Dicitur Adonis apud Cyprios Cirrhis: apud Lacedæmonios verò, lychnus.* Quanquam sanè non à Cypriis sic Adonin appellari, sed Lacedæmoniis, Hesychius tradit. Uti suprà memoravi, lib. I. cap. II. Illud tantùm est discrimen, quòd, ρ unico, Κίρις scribat.

Κόος. *Magnus.* Idem Etymologici Auctor. Κόον λέγεσι τὸ μέγα οἱ Λάκωνες. *Coum Lacones dicunt, quod magnum est.* Κυναί. quæ aliis Græcis ἀπομαγδαλία, id est, pulpa mollior ex pane, ad tergendas manus adhibita. Athenæus, lib. IX. Καὶ εὐώδεσι ταῖς χεῖρας κατεχέοντο, τὰς ἀπομαγδαλίας ἀλιμάσαντες, ἃς Λακεδαιμόνιοι ἐκάλεν κυνάδας. *Manus odoramentis inungebant, apomagdalias, quas cynadas Lacedæmonii appellant, aspernati.* Pollux, lib. VI. cap. XIV. Οἱ δὲ πάλαι, τῆς καλουμένας ἀπομαγδαλίας ἐχρῶντο, αἳ ἦσαν τὸ ἐν τῷ ἄρτῳ μαλακὸν, καὶ ψαιτῶδες· εἰς ὃ ἀπομασσόμενοι, τοῖς κυσὶν αὐτὸ παρέβαλον. ὅθεν καὶ Λακεδαιμόνιοι κυνάδα τὴν ἀπομαγδαλίαν καλοῦσι. *Veteres apomagdaliis, quas vocabant, utebantur: quæ erant, pars panis mollis, & farinosa: quâ cùm manus abstersissent, canibus hanc projiciebant. unde & cynada eam Lacedæmonii dicebant.* Κυρσίνιος. *Adolescens; &, Homo vilis.* Suidas. Κυρσινίας δὲ καλοῦσιν οἱ Λάκωνες τὰ μειράκια, καὶ τοὺς εὐτελεῖς

εὐπελεῖς ἀνθρώπους. *Lacedæmonii cyrsanios vocant adolescentes, & homines viles.* Λυσιλαΐδας. *Lupini.* Athenæus, lib. 11. Πολέμων δ' φησὶ, τὰς Λακεδαιμονίους τὰς θέρμους λυσιλαΐδας καλεῖν. *Polemon verò ait, lupinos à Lacedæmonis lysilaidas appellari.* Μαχαιρίωνες. Ita dicti posteri Anticratis Lacedæmonii, quod Epaminondam is, in prælio ad Mantineam, machærâ suâ occidisset. Plutarchus, in Agesilao. ὀλίγας δ' ὕστερον ἡμέρας, περὶ τὴν Μαντίνειαν ἐμαχέσαντο. καὶ τὸ Ἐπαμινώνδαν, ἤδη κρατοῦντα τῶν πρώτων, ἔλυ δ' ἐγκείμενον, καὶ καταπροδόντα τὴν δίωξιν, Ἀντικράτης Λάκων ὑποστὰς ἔπαισε, δόρατι μὲν, ὡς Διοσκορίδης ἱστόρηκε· Λακεδαιμόνιοι δ', Μαχαιρίωνας ἔτι νῦν τοὺς ἀπογόνους δ' Ἀντικράτους καλοῦσιν, ὡς μαχαίρᾳ πατάξαντος. *Paucis verò pòst diebus, ad Mantineam pugnârunt. & Epaminondam, jam primâ acie fusâ, cùm instaret etiam ultrà, ac fugientes persequeretur, excipiens Anticrates Lacon, ferit lanceâ, uti quidem traditur à Dioscoride: Lacedæmonii verò, etiam nunc Machærionas ejus posteros appellant, velut qui machærâ percusserit.* Quin Anticratem quoque ipsum eo nomine nuncupatum, ex Pausania licet discere; qui Machærionem eum, non Anticratem, appellat, in Arcadicis. Ἐπαμινώνδαν δ' ἀποθανεῖν Μαντινεῖς μὲν ὑπὸ Μαχαιρίωνος Μαντινέως φασὶν ἀνδρός. ὡσαύτως δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι Σπαρτιάτην λέγουσιν εἶναι τὸν ἀποκτείναντα Ἐπαμινώνδαν. τίθενται δὲ Μαχαιρίωνα ὄνομα καὶ ἔστι τῷ ἀνδρί. *Epaminondam verò occisum Mantineenses quidem dicunt à Mantineensi quodam Machærione. Eodem modo Lacedæmonii Spartiatam esse dicunt eum, qui Epaminondam interfecit, & Machærionis ei nomen tribuunt.* Posteà verò, cùm Machærionem nullum Spartæ exstitisse dicit, nec honorem nominis istius ulli aliquem aut Mantineæ, aut Spartæ, habitum, graviter hallucinatur. Ecce verba. Μαχαιρίωνα δὲ λόγῳ μὲν καὶ αὐτοὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι λέγουσιν, ἔργῳ δὲ, ὅτε ἐν Σπάρτῃ Μαχαιρίων ἐστὶν ἰδεῖς, ἐμοὶ μὲν οὐδὲ παρὰ Μαντινεῦσιν ὅτῳ γεγόασιν, ὡς ἀληθῶς, ἴσμαι. *Machærionem verò verbo potiùs noverunt. nam revera, neque Spartæ, nec apud Mantineenses ipsos, cuiquam Machærioni, ut viro forti, ulli habiti honores.* Certè ho-

nores, præmiaque, huic Anticrati, quem Machærionem etiam ipsum dictum, satis clarum, decreviſſe, & immunitatem posteris, ex Plutarcho nobis constat; qui subjungit, loco citato. οὕτω γὰρ ἐθαύμασαν καὶ ὑπερηγάπησαν αὐτὸν, φείδῳ τοῦ Ἐπαμινώνδου ζῶντος, ὥστε τιμὰς μὲν ἐκείνῳ, καὶ δωρεὰς, ψηφίσασθαι, τῷ γένει δὲ, ἀτέλειαν. ἐπὶ καὶ καθ' ἡμᾶς ἔχει Καλλικράτης, εἰς τὸν Ἀντικράτους ἀπογόνων. *Adeò enim eum suspexere, & amplexi sunt, metu Epaminondæ vivi, ut honores illi, ac præmia, decernerent; & stirpi ejus, immunitatem: quam & nostrâ hac ætate Callicrates obtinet, unus ex Anticratis posteritate.* Μύκηρ. *Nux grandior.* Athenæus, lib. II. Λάκωνας δὲ Σέλευκος, ἐν Γλώσσαις, φησὶ καλεῖν τὰ μεγάλα κάρυα μυκήρας. *Seleucus, in Glossis, ait, Lacedæmonios magnas nuces appellare myceros.* Inde etiam Μυκηρόβατον dicebatur instrumentum, quo confringebantur nuces. Idem Athenæus posteà, eodem libro. Πάμφιλος, ἐν Γλώσσαις, μυκηρόβατον φησὶ καλεῖσθαι τὸ καρυοκατάκτιον ὑπὸ τῶν Λακώνων, ἀντὶ τοῦ ἀμυγδαλοκατάκτιον. μυκήρας γὰρ Λάκωνες καλοῦσι τὰ ἀμύγδαλα. *Pamphilus, in Glossis, mycerobatum ait appellari nucifrangibulum à Laconibus, pro eo quod est amygdalofrangibulum: nam amygdala Lacedæmonii myceros vocant.* Σέμελος, *Cochlea.* Athenæus, itidem lib. II. Ἀπελλᾶς δὲ Λακεδαιμονίους φησὶ σέμελον τὸν κοχλίαν λέγειν. *Apellas verò ait, Lacedæmonios cochleam appellare semelum.* Apud Hesychium, Σεσῆλος scribitur. Σεσῆλοι, κοχλίαι, Λάκωνες. *Sesseli, cochleæ, Lacones.* Τέλη. Thucydides, lib. I. Καὶ τὰ τέλη τῶν Λακεδαιμονίων ὑπέχοντο αὐτοῖς. *Et Lacedæmoniorum quæ Tele dicebantur, polliciti sunt.* Iterum, lib. IV. Ὅρκοις τε Λακεδαιμονίων καταλαβὼν τὰ τέλη τοῖς μεγίστοις. *Obstrictis maximo juramento Lacedæmoniorum quæ Tele dicuntur.* Vide quæ notavi suprà, lib. II. cap. IV. Τίτυρος. *Aries.* dux gregis. Servius, ad Eclog. I. *Laconicâ linguâ* Τίτυρος *dicitur aries major, qui gregem anteire consueverit.* Τρέσαντες. *Trepidantes.* Qui turpi trepidatione ex acie profugerant. Plutarchus, in Agesilao. οὐ μόνον ἐχρῶντο βασιλεῖ, καὶ στρατηγῷ τοῦ κατ' πόλεμον, ἀλλὰ καὶ τοῦ πολιτικῶν

ἀποφαίνων

ἀπορμῶν ἰατρῷ, καὶ διαιτητῇ τοῖς ἐν τῇ μάχῃ καταδειλιάσασιν, ὃς αὐτοὶ τρέσαντας ὀνομάζεσι. *Non tantùm utebantur velut rege, & duce belli; verùm & civilium difficultatum medico, & arbitro eorum, qui in pugnâ trepidaverant: quos Tresantas ipsi vocant.* Et in Laconicis Institutis. Οὐδὲν δ' ἕτερον εἶχον, ἢ ἐπαίνους τῶν γεννικῶς ζησάντων, καὶ ὑπὲρ τᾶς Σπάρτας ἀποθανόντων, καὶ εὐδαιμονιζομένων· καὶ ψόγους τῶν τρεσάντων, ὡς ἀλγεινὸν, καὶ κακοδαίμονα βίον βιόντων. *Nihil autem habebat aliud, quàm laudes eorum, qui fortiter vixerant, ac pro Spartâ occubuerant, & beati prædicabantur: item eorum vituperia, qui se trepidè gessissent, ideò Tresantes dicti; ut qui vitam luctuosam, atque infelicem, agerent.* Herodotus, lib. VII. Ἀπονοσήσας δὲ ἐς Λακεδαίμονα ὁ Ἀριστόδημος, ὀνειδός τε εἶχε καὶ ἀτιμίην. πάσχων δὲ τοιάδε, ἠτίμωτο. ἔτε οἱ πῦρ ἐδεὶς ἔναυε Σπαρτιητέων, ἔτε διελέγετο. ὀνειδός τε εἶχε, ὁ τρέσας Ἀριστόδημος καλεόμενος. *Reversus verò Lacedæmonem Aristodemus, probro, & ignominiâ, est notatus: probro quidem, quòd nullus ei Spartiata ignem accenderet, aut cum eo loqueretur; ignominiâ, quòd Aristodemus tresas diceretur.* Meminit etiam Suidas, in Λυκάργος. Φανίς. *Anemone.* Scholiastes Theocriti, Idyll. V. Σωσίβιος δὲ, τὰς ἀνεμώνας φασὶ Λάκωσι φανίδας καλεῖσθαι φησί. *Sosibius verò, anemonas apud Lacedæmonios ait appellari phænidas.* Χαός. *Bonus.* Scholiastes Theocriti, Idyll. VII. Χαὸν λέγεται τὸ ἀγαθὸν, φασὶ Λακεδαιμονίοις. *Chaum dicitur Bonum, apud Lacedæmonios.*

CAP. VIII.

Vocabula Laconica varia. Hesychii locus emendatus. Mensium quorundam nomina. Ἀρτεμίσιος, *qui Athenienſibus* Ἐλαφηβολιών. Γεραίστιος. Ἑκατομβεύς: *quo Hyacinthia celebrata; &, ut videtur, Hecatombæa: unde & nomen inditum fuerit.* Καρνεῖος: *qui ſacrorum dierum ita plenus, ut militiâ per hunc totum abſtinerent. idem* Μεταγειτνιὼν *Athenienſibus.* Φλιάσιος, *quo maturæ fruges habebantur. Etiam peculiaria ipſis nomina, ut ex his dignoſcerentur. Quin & omnes* Ἐκτενεατεῖς *dicti.*

PRæter iſta, quæ apud Auctores alios paſſim occurrunt, plurima Heſychius tradit, in Lexico ſuo, quod antiquæ eruditionis penu merito pronuntiamus. Eum vide, in his vocibus. Ἀάδα. Ἀβόλη. Ἄβοσοι. Ἀβρανίδας. Ἀβώ. Ἀβώρ. Ἀγαθοεργοί. Ἀγλαΐκέρ. Ἀγνησόϛ. Ἀγρετήματα. Ἄδδαιον. Ἀδελιφήρ. Ἀέπών. Ἀθρόον. Αἰγίς. Αἴκαδα. Ἀκαλακανσίρ. Ἀκκόρ. Ἀκρινόμος. Ἀκχαλιβάρ. Ἀργείη. Ἀλιοβόλη. Ἄλιρ. Ἀλλαιής. Ἀμάκιον. Ἀμβροτίξας. Ἀμέρμερα. Ἄμεχα. Ἀμπάξαι. Ἀμπέσαι. Ἀμπίλαρ. Ἄμυαος. Ἀμφαριδή. Sic ſcribendum, non Ἀφαριδή, ordo literarum monet. Ἀμφέαδων. Ἀνάκαιδα. Ἀναπθεῖ. Ἀνέντονον. Ἀνθρωπώ. Ἀνσατήρ. Ἀνσερίπιθαι. Ἀντετᾶς. Ἀνλιβολήρ. Ἀνλικάρτερα. Ἀπαβαῖδορ. Ἀπαλοῖξαι. Ἀπάνεσον. Ἀπαφελίσωρ. Ἀπελάζδν. Ἀπεσατήρ. Ἀπηκολύρεσεν. Ἀπολίνα. Ἀποωλοκία. Ἄππρ. Ἀρβύνδα. Ἀρπίδες. Αὖς. Ἀχαία. Ἀχθών. Ἄχροον. Βάβαλον. Βαγαρόν. Βάγος. Βαξόν. Βάρα. Βδέλοπες. Βδκάδες. Βείκαλι. Βείκηλα. Βέλα. Βέλλιρ. Βελλήνης. Βερκίος. Βερνώμεθα. Βεσόν. Βέλημα. Βηρίχαλκον. Βιχύν. Βίωρ. Βλαιτή. Βλαγίς. Βόμβυρ. Βορός. Βᾶ. Βραγετόν. Βράκραι. Βοωτεῖν. Βοάγιερ. Βρυδαλίχα Βυλλίχαι. Βώνημα. Γαβεργός. Γαιάδας. Γαιήοχος. Γάλλαρος. Γαλλιῶται. Γελαρής. Γεροάκται. Γεώνα. Γόναρ. Γραφᾶδαι. Γῶνορ. Γωρᾶται. Δαβεῖ. Δαβηλος. Δαδώχωρ. Δαμᾶαι. Δαμπόν. Δαμώσικτον. Δάρδρ Δδμάλεπε. Δδρᾶν. Δενέμορ. Δεραί. Δδπερίναρ. Διαβελείρ. Διαλλαγή. Διασάτηρ. Δίζα. Δίκηλον. Δίκτυς. Δίλαξ. Διφθέρα Δολομαί Δράκαυλος. Δύμη. Δυσιζδ. Ἐγγύαι. Ἔγκυλον. Ἐγχαλεῖν. Ἐγχεῖν. Ἐγώνη. Ἐδωλός. Ἐκδαβη.

Ἐκδάβη. Ἐκλογίω. Ἐκπετριαδεῖν. Ἐκχοίρηξις. Ἔκχωνεν. Ἔλα. Ἐλίνη. Ἕναρ. Ἐνδεκαδίκωρ. Ἐνύᾳ. Ἔξᾳ. Ἐξέσας. Ἐξελεμβάρ. Ἐξεχέμθαι. Ἐξηπέτριπται. Ἐξίκορ. Ἐξωβάδια. Ἐπέναρ. Ἐπιγελασάρ. Ἐπεπιτᾶτο. Ἐπικάκκυρσ. Ἐπιπαίζην. Ἐπίπλατορ. Ἐπίφορον. Ἐπώπιδες. Ἐπισφάσσειν. Ἐρλφιήματα. Ἔσαμθν. Ἐσίχναι. Ἐσκίδαμαν. Ἐφεπίπται. Ἐφώδᾳ. Ἔχθ πόλσ. Ζεῖον. Ἡμιτύγια. Ἡνιοχαράτης. Θικέλιον. Θοραίθν. Θρώναξ. Ἱερόβατον. Ἰηγορεῖν. Ἱππάκη. Ἱππετᾶμαι. Ἱππόπορις. Ἴσφορις. Καβάσι. Καθολικά. Κακιῶσιν. Κάκκη. Κακοδιάβολσ. Καλαμοτύπσ. Καλαρῆτες. Καλλίαρ. Καμμένθν. Κανάδοκα. Κανδόχα. Καρυήματα. Καρυσσῆναι. Κασαρνεῖς. Κασελατίσιν. Κασέρλιον. Κάσις. Κατάβαικα. Κατράγοντες. Καφά. Κεῖσα. Κίρα. Κίρρσ. Κίτθεορ. Κιτθόν. Κλά. Κναφήλον. Κόρυρ. Κοττάβιν. Κύαμα. Κραύχαρ. Κυβαΐζοντες. Κώλφρ. Λέκτρα. Λίχαναρ. Λιοτάνισ. Λογάρλον. Λοῖκορ. Μακτρόν. Μακίσηρ. Μάκωρ. Μεσσδόμα. Μίναρ. Μιρχάβωρ. Μᾶρκωρ. Μᾶρταρ. Μύθαρ. Μυρταλίς. Νέκυρ. Νίκωρ. Νόη. Ὀπίσωρ. Ὄσρεα. Οὐδραίνᾳ. Παγάρ. Παιδικέωρ. Παιδίνωρ. Πάρτασον. Πᾶσον. Πέδδυρα. Πέληρ. Περλαγαγεῖν. Πίσηρ. Ποινά. Πόρ. Πύρδαιον. Πυρέακσ. Πρωῶτα. Πτελέα. Πυλών. Σαγήνη. Σαλαβάρ. Σαμινά. Σαρίρ. Σατήραι. Σελίαρ. Σεμίαρ. Σιαλόρ. Σίαρ. Σίγη. Σιρία. Συμβαδεῖ. Τετραῖον. Τίρ. Τυνή. Τᾶτο. Τριάκις. Ψιθωμίαν. Ψοδίαν. Χέρρονα. Plura item alia occurrunt ibi: quæ huic Operi, suis locis, inseruimus. Sed & mensibus sua nomina: quorum ista obsevavi. Ἀρτεμίσιος, qui Athenienſibus Ἐλαφηβολιὼν dicebatur. Thucydides, ubi de fœdere, inter Athenienſes & Lacedæmonios inito, lib. V. Ἄρχε δ᾽ τ σπονδῶν ἔφορος Πλειστόλας, Ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτη φθίνοντος. ἐν δ᾽ Ἀθήναις ἄρχων Ἀλκαῖος, Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτη φθίνοντος. *Sub tempus fœderis præſidebat ephorus Pliſtolas, Artemiſii menſis deſinentis die quarto; Athenis verò, archon Alcæus, menſis Elaphebolionis deſinentis die ſexto.* Γεραίσιος. Idem Thucydides, lib. IV. Ταῦτα ξυνέθεντο Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὡμολόγησαν καὶ οἱ ξύμμαχοι Ἀθηναίοις, καὶ τοῖς ξυμμάχοις, μηνὸς ἐν Λακεδαίμονι Γεραισίου δωδεκάτῃ. *Hæc pacti ſunt Lacedæmonii, & conſenſerunt ſocii Athenienſium, ac ſociorum, menſis apud Lacedæmonios Geræſtii die deci-*

decimosexto. Ἑκατομβεύς. Eo mense Hyacinthia celebrata. Hesychius. Ἑκατομβεὺς, μὴν παρὰ Λακεδαιμονίοις, ἐν ᾧ τὰ Ὑακίνθια. *Hecatombeus, mensis apud Lacedæmonios, in quem Hyacinthia incidebant.* Etiam, ut videtur, Hecatombæa, d equibus jam antè dixi: unde & nomen inditum fuerit. Καρνεῖος. Eo mense, propter multiplicia sacra, quæ fiebant, Lacedæmonii à militiâ abstinebant. Thucydides, lib. v. Καρνεῖος δ' ἦν μήν. *Carnéus verò mensis erat.* Et mox. Πρὸ ἕξ Καρνείου μηνός. *Ante mensem Carnéum.* Ubi Scholiastes. Τῷ γὰρ Καρνείῳ πολλὰς ἔχοντος ἱερὰς ἡμέρας, ἢ τῷ πᾶσας ἱερὰς μᾶλλον, οὐκ ἐστρατεύοντο. *Etenim, cùm Carnéus mensis multos dies sacros habeat, immò fere universos, non militabant.* Meminit illius mensis & Euripides, in Alcestide.

Σπάρτα κύκλος, ἀνίκα Καρνείου
Περιστείχει ὥρα
Μηνός. ——
Spartæ orbis, quando Carnéi
Circumit hora
Mensis.

Plutarchus, in Nicia. Ἡμέρα δ' ἦν περὶ φθίνοντος ἕξ Καρνείου μηνός, ὃν Ἀθηναῖοι Μεταγειτνιῶνα προσαγορεύουσιν. *Erat verò dies quartus desinentis Carnéi mensis, quem Athenienses Metagitnionem appellant.* Ubi observa, eundem fuisse cum Athenienstum Metagitnione: sicut Artemisius, quem jam dixi, cum Elaphebolione eorundem. Φλιάσιος. Is mensis erat, quo jam fruges maturuerant. Stephanus, in Φλιᾶς. Λακεδαιμόνιοι δὲ, τὸν μηνῶν ἕνα Φλιάσιον καλοῦσιν. ἐν ᾧ τοῖς τῆς καρποῖς ἀκμάζειν συμβέβηκε. *Lacedæmonii verò, unum è mensibus Phliasium vocant: quo terræ fructus esse maturos contigit.* Nec peculiaria vocabula habebant tantùm, sed & nomina: ut dignosci inde possent. Discere licet ex Pausaniæ isto loco, in Achaicis. Οὓς Λακεδαιμόνιοι σαφῶς ὄντας ἠπίσαντο, ἢ ὅτῳ κεφαλῇ, ἢ ὑποδημάτων, ἕνεκα, ἢ ὅπλῳ τῇ ἐσθῆτι, ἢ καθ' ὄνομα, προσγένοιτο ὑπόνοια. *Quem Lacedæmonium certò esse scirent,*

scirent, vel ex tonsurâ, calceamentis, veste, & nomine, suscicarentur. Et disertè Alcibiadis nomen Laconicum esse, docet Thucydides, lib. VIII. Ξυνέπραττε γὰρ αὐτοῖς καὶ Ἀλκιβιάδης, Ἐνδίῳ ἐφορεύοντι πατρικὸς ἐς τὰ μάλιστα ξένῳ ὤν. ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα Λακωνικὸν ἡ οἰκία αὐτῶν ξυνείχεν. Ἔνδιος γὰρ, Ἀλκιβιάδου ἐκαλεῖτο. *Adjuvabat enim eos etiam Alcibiades, qui Endio ephoro arctissimo amicitiæ hospitalis, quæ à patre inceperat, vinculo conjunctus erat. Unde & familia ipsorum, propter hospitium, nomen hoc Laconicum habuit. Endius enim, Alcibiadis filius dicebatur.* Ubi Scholiastes. Ἀλκιβιάδης, Λακωνικὸν ὢν ὄνομα. *Alcibiades, Laconicum nomen erat.* Denique Lacones ipsi universim, nomine peculiari, Ἰκτυκρατεῖς appellabantur. Hesychius. Ἰκτυκρατεῖς, Λάκωνες. *Ictcucratenses, Lacones.*

CAP. IX.

Lacedæmonii, in principio, valdè tenues; proditamque regionem occupárunt, cùm tres tantùm per id tempus ipsi urbes, sive quatuor, ut alii, possiderent. Hinc in partes sex divisam regionem sorte ducunt: unde etiam Λακεδαίμων *ea dicta, quasi* Λαχεδαίμων *quædam. Alia divisio, à diis facta: alia rursum, à Temeno, Cresphonte, & Aristodemi filiis: ac de eâ Isocratis locus illustratus. Rursum alia divisio; inter Achæum, & Laconem, Lapathi filios. Quomodò vixerint, usque ad Lycurgi tempora; post quæ tandem principatum Græciæ obtinuerunt: ac pro tribus, quas initio possidebant, urbes centum habuerunt.*

INitio Lacedæmonii urbes tantùm tres tenebant; Bœum, Cytinium, & Erineum: hinc progressi, auctis viribus, Græciæ imperium obtinuerunt. Aristides, de iis loquens, Orat. Leuctricâ II. Καὶ τὸ παλαιὸν, ἐκ μικρῶν κωμιδῶν, καὶ φαύλων, πολισμάτων ὁρμηθέντες, Βοιᾶς, καὶ Κυθνίας, καὶ Ἐρινεᾶς, καὶ ἀδείων ὄντες σεμνότεροι, ἀλλὰ καὶ ἀγαπητῶς ἐλθόντες ἃ νῦν οἰκοῦσι, δι' ἡμῶν πρῶτον μὲν Πελοποννήσου τὰς δύο μοίρας ἔσχον, Μεσσήνην ἀνελόντες· ἔπειτα πάσης τῆς Ἑλλάδος ἦρξαν, δυνάμεως τῆς μικρὸν ὑπερήσαντες. *Et olim,*

cùm ex parvis valdè, iisque vilibus, oppidulis, Bæo, Cytinio, & Erineo, erupissent, neque ullâ dignitate censerentur, sed & feliciter secum actum putassent, si venissent eum in locum, quem nunc habitant, primò nostrâ operâ Peloponnesi duas partes, eversâ Messenâ, tenuerunt: hinc, paulatim auctis viribus, totius Græciæ principatum occupârunt. Inde has urbes τὴν Λακεδαιμονίων μητρόπολιν, *Lacedæmoniorum urbem matrem*, dicit Thucydides, lib. I. Φωκέων στρατοπέντων ἐς Δωριέας, τὴν Λακεδαιμονίων μητρόπολιν, Βοιὸν, καὶ Κυτίνιον, καὶ Ἐρινεόν. *Cùm Phocenses copias duxissent in Dorienses, in urbem Lacedæmoniorum matrem, Bæum, & Cytinium, & Erineum.* Et observa, urbes illas Dorienſium fuisse. Marcianus Heracleota, in suâ Periegesi.

Ἐξῆς δ' τούτων Δωριεῖς μικρὰς πόλεις,
Ἐρινεὸν, Βοιόν τε, καὶ Κυτίνιον,
Ἀρχαιοτάτας ἔχουσι. ——
Posteà Dorienses parvas urbes,
Erineum, Bæumque, & Cytinium,
Antiquissimas tenent. ——

Et, ecce, μικρὰς πόλεις dicit, *parvas urbes*, sicut μικρὰ κωμιδῆ πολίσματα, *parva admodum oppidula*, Aristides, in citatis statim verbis. Strabo, quartam urbem addit, Pindum nomine, lib. IX. οὗτοι μὲν οὖν (οἱ Δωριεῖς) εἰσὶν οἱ τὴν τετράπολιν οἰκήσαντες, ἣν φασιν εἶναι μητρόπολιν τῶν ἁπάντων Δωριέων· πόλεις δ' ἔχον, Ἐρινεὸν, Βοιὸν, Πίνδον, Κυτίνιον. ὑπέρκειται δ' ἡ Πίνδος τοῦ Ἐρινεοῦ. *Igitur hi quidem (Dorienses) sunt illi, qui regionem, à quatuor urbibus Tetrapolin dictam, inhabitârunt, quam urbem matrem omnium Dorienſium dicunt: urbes autem habebant, Erineum, Bæum, Pindum, Cytinium. Pindus verò, supra Erineum sita est.* Et ut parvas eas urbes, Marcianus, atque Aristides, dicunt; ita & ipse, in sequentibus mox verbis. Τέως μὲν οὖν ἦσαν ἐν ἀξιώματί τινι αἱ πόλεις, καίπερ οὖσαι μικραὶ, καὶ λυπρόχωροι, ἔπειτ' ὠλιγωρήθησαν. *Aliquandiu itaque eæ urbes in existimatione quâdam erant, quamvis parvæ, & incommodo loco sitæ, posteà eviluerunt.* Apparet

paret autem, ex Thucydide, Marciano, & Strabone, originem à Dorienſibus trahere Lacedæmonios: quod & Dionyſius Halicarnaſſeus dicit, Antiquit. Rom. lib. III. Μέγιστον ὄν, καὶ φανερώτατον, καὶ λόγε τῇδε θαυμάσιον ἡ Σπαρτιατῶν πόλις, ἐ τ ἄλλων μόνον ἀξιῶσι ἄρχειν Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ ἐκ Δωρικῆς γένους, ὅθεν ἀπῳκίσθη. *Maximum verò, & illuſtriſſimum, hujus, quod dico, eſt exemplum urbs Spartana: quæ non ſolùm in cæteros Græcos, verùm etiam Dorienſes, à quibus originem ducit, imperium ſibi vindicat.* Et huc pertinent iſta Pindari Iſthm. Od. VII.

ἢ Δωρίδ' ἀποικίαν ἠνίκ' ὀρθῷ
ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ
Λακεδαιμονίων. ———
An Doricam coloniam quando recto
Conſtituiſti in talo
Lacedæmoniorum. ———

Solius Bœi meminit Pauſanias: & plurali numero Bœas, genere feminino dicit, conditas è tribus urbibus, Elide, Aphrodiſiade, atque Side. Vide eum, in Laconicis. Itaque Laconicam tandem occupârunt, Euryſthenes, & Patrocles, Heraclidæ, hanc prodente ipſis quodam, cui & propterea à Amyclas urbem donavere; & acceptam, in ſex partes diviſerunt: ut videre eſt apud Strabonem, lib. VIII. Ac quod diſtributionem quidem attinet, ejus meminit etiam Stephanus: & ob illam quoque cauſam Λακεδαίμονα appellatam eſſe tradit. Λακεδαίμονα ὄν, οἱ μὲν ἀπὸ Λακεδαίμονος· ἢ, ὅτι, μετὰ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, συνθεμένων κλήρῳ διανείμασθαι τὴν χώραν, τὸ λαχόντα πρώτην ταύτην λαβεῖν, καὶ Λακεδαίμονα κληθῆναι. *Lacedæmonem verò, quidam à Lacedæmone dictam: alii, quòd, poſt reditum Heraclidarum, qui inter ſe ſorte eam diſtribuere conſtituerant, is qui primus, ſorte ductâ, accepiſſet, Lacedæmonem appellaſſet.* Paulo pleniùs Euſtathius, ad Iliad. β. Ἡ μὲν Λακεδαίμων, ἀπὸ Λακεδαίμονος ὠνόμασται. ἢ, διότι συνθέντων κλήρῳ διανείμασθαι τὴν χώραν Ἡρακλεῖδαι, ἐπέτυχον ἔτως· καὶ ὁ λαχὼν πρῶτος, λαβὼν ταύτην, ἐκάλεσεν

ἀπὸ τ πράγματος. ὅθεν Λαβεδαίμων, ἢ Λαχεδαίμων, διότι ἀγαθῷ δαίμονι, τυπέσι τύχῃ, ταύτῃ ἔλαβεν ὁ λαβών, ἢ ἔλαχεν ὁ λαχών. καὶ τροπῇ τ β, ἢ τ χ, εἰς κ, Λακεδαίμων. Ecce, dicta Λακεδαίμων, quasi Λαβεδαίμων quædam, aut Λαχεδαίμων, quòd accepta sorte esset. Ac postremum, etiam affirmat Auctor Etymologici; & divisionem aliam, à diis ipsis institutam, nobis tradit. Λακεδαίμων, πόλις, Λαχεδαίμων ἧς ἔσα. ἐν αὐτῇ γὰρ οἱ θεοὶ πρῶτοι ἔλαχον, καὶ ἐκληρώσαντο τὰς πόλεις. *Lacedæmon, urbs: quasi Lachedæmon quædam. nam in istâ sortem dii super urbibus miserunt.* Sed diversa est sortitio, quam Apollodorus refert, lib. II. ubi de Argolicâ, Laconicâque, & Messeniâ, sortem inter se misisse refert, Cresphontem, Temenum, & Aristodemi filios, Eurysthenem, & Proclem, qui Patrocles est Straboni, aliisque. Estque ea distributio illa ipsa, cujus meminit Isocrates, in Panathenaicâ suâ, istis verbis. Ἐπεὶ δὲ πρὸς Ἀργείους, καὶ Μεσσηνίους, τὴν χώραν διείλοντο, καθ' αὑτοὺς ἐν Σπάρτῃ κατῴκησαν. *Postquam autem cum Argivis, & Messeniis, regionem divisissent, Spartam ipsi inhabitârunt.* Plenè etiam, ac distinctè, literis prodit Polyænus, lib. I. meminitque item Plato, lib. De leg. III. Isocrates rursus, in Archidamo; Pausanias, in Messenicis; & Scholiastes Pindari, ad Isthm. Od. VII. Alia rursum est divisio, inter Lapathi filios, Achæum, & Laconem, facta: de quâ hæc Cedrenus memorat. Ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις τ Κρητῶν, ἐβασίλευσε τ Εὐρώπης ὁ Λάπαθος. ἔσχε δὲ δύο υἱοὺς, Ἀχαιὸν, καὶ Λάκωνα. τελευτήσαντος δὲ πατρὸς, εἰς δύο κατεμερίσθη ἡ ἀρχή. ὁ τοίνυν Λάκων, τὴν ἡμίσειαν χώραν λαχὼν, Λακωνικὴν ἐκάλεσεν. *Illis ipsis Judicum temporibus, regnum Europæ tenuit Lapathus. Habuit verò filios duos, Achæum, & Laconem: inter quos, defuncto patre, distributus principatus. ac Laco quidem, dimidiam regionem nactus, Laconicam dixit.* Sed, ut ad Heraclidarum distributionem redeam, ii ipsi, sic Laconicâ potiti, ut jam dixi, cùm honestè usque ad Lycurgi tempus hîc vixissent, & remp. ei suam ordinandam permisissent, mox ad Græciæ principatum per-

pervenerunt. Strabo, libro citato. οἱ δὲ, καταχόντες τὴν Λακωνικὴν, καὶ ἀρχὰς μὲν ἐσωφρόνουν, ἐπεὶ δὲ Λυκόργῳ τὴν πολιτείαν ἐπέτρεψαν, τοσοῦτον ὑπερεβάλοντο τοὺς ἄλλους, ὥστε μόνοι τῶν Ἑλλήνων καὶ γῆς καὶ θαλάττης ὑπῆρξαν. *Hi verò, cùm Laconicam occupassent, rectè quidem ipso ab initio agebant vitam, sed, Lycurgo cùm rempublicam permisissent, tanto inde alios post se intervallo reliquerunt, ut imperium terrâ pariter marique soli è Græcis obtinuerint.* Adeò crevere autem, ut pro tribus, quas initio possedisse eos dixi, urbes centum numerarent, ideoque, pro salute earum, sacra, quæ vocabant Ἑκατόμβοια, diis facerent. Eustathius, in Dionysium. Ἑκατόμπολις δὲ τὸ παλαιὸν ἡ Λακωνικὴ, καθὰ καὶ ἡ Κρήτη, λέγεται. διὸ καὶ ἑκατόμβοια ἐκεῖ ἔθυεν, ὑπὲρ σωτηρίας τῶν ποσέτων πόλεων. *Centum autem olim urbes Laconica habuit, ut & Creta. quâ de causâ etiam sacra hecatombæa illic facta, sive centum bobus dicas, pro salute totidem urbium.* Itaque sæpè apud Stephanum observare est, ubi urbis alicujus Laconicæ mentionem facit, πόλις Λακωνικὴ, μία τῶν ἑκατόν. *Urbs Laconica, una de centum.* Verùm, tempore Strabonis, qui Tiberio imperante adhuc vivebat, vix triginta reliquæ erant. Indicant id ejus verba, lib. VIII. Πλὴν τῆς Σπάρτης, αἱ λοιπαὶ πολίχναι μικραί εἰσι, ὡσεὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμόν. τὸ δὲ παλαιὸν, ἑκατόμπολίν φασιν αὐτὴν καλεῖσθαι, καὶ τὰ ἑκατόμβοια διὰ τοῦτο θύεσθαι παρ' αὐτοῖς καθ' ἔτος. *Præter Spartam, reliqua sunt oppidula quædam, circiter triginta numero. antiquitùs verò, à centum urbibus, hecatompolin dictam tradunt: ideoque sacra item hecatombæa centum bobus annis singulis feciisse.* De sacris verò istiusmodi, quia plura suprà dixi, lib. II. cap. XIV; hîc nil addam. Quod verò ad Græciæ principatum attinet, est Demosthenis de eo locus iste, in Orat. De coronâ. Ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Λακεδαιμονίων μὲν γῆς, καὶ θαλάττης, ἀρχόντων, καὶ τὰ κύκλῳ τῆς Ἀττικῆς κατεχόντων ἁρμοστῶν, καὶ φρουρῶν, Εὔβοιαν, Ταίναρον, τὴν Βοιωτίαν ἅπασαν, Μέγαρα, Αἴγιναν, Κλεωνὰς, τὰς ἄλλας νήσους, τὰς ναῦς, τὸ τεῖχος, τὴν πόλεως τότε κεκτημένης, ἐξήλθετε εἰς Ἀλίαρτον. *Vos igitur, Athenienses, cùm Lacedæmonii terrâ, marique, princi-*

principatum obtinerent; & undique finitima Atticæ loca harmostis, ac præsidiis, Eubœam, Tanagram, Bœotiam totam, Megara, Æginam, Cleonas, cæterasque item insulas, suâ in potestate haberent; & nec naves urbi essent, neque mœnia; ad Aliartum egressi estis.

CAP. X.

Principatum quàm diu tenuerint. Diodorus, & Isocrates, inter se conciliati. Plutarchi locus restitutus. Ut autem potentes terrâ longo tempore fuere, ita maris sibi imperium serò admodum paraverunt, de consilio profugi istic Alcibiadis: sed non diu tenuerunt; & exuti à Conone, pugnâ ad Cnidum navali. Græciæ verò ita domini fuerunt, ut non totam in potestate eam haberent, liberis Athenien sibus: quibus victis, absolutum principatum solùm per decennium obtinuere. Isocratis locus illustratus. Post amissum imperium maris, mox & terræ amiserunt. Dionysius Halicarnasseus, & Demosthnes, illustrati.

AC tenuere principatum ad quingentos ferè annos; cùm, commissâ ad Leuctra pugnâ, infeliciter præliantes amiserunt, Olymp. CII. anno II. Vide Diodorum Siculum, in illius anni rebus, lib. XV. Atque tempus principatus, idem Diodorus docet, libro eodem, in Olympiadis memoratæ anno primo. Ἐπὶ τούτων, Λακεδαιμονίων ἔτη σχεδὸν πεντακόσια τὴν Ἑλλάδα ἐχόντων τὴν ἡγεμονίαν, τὸ θεῖον προεσήμαινεν αὐτοῖς τὴν ἀρχῆς τὴν ἀποβολήν. *Eo tempore, cùm quingentis ferè annis principatum Græciæ Lacedæmonii tenuissent, fore, ut amitterent illum, deus ipsis præsignificavit.* Et mox iterum, in Olympiadis ejusdem anno quarto. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, πεντακόσια ἔτη τὴν Λακωνικὴν τετηρηκότες ἀπόρθητον, τότε θεωρῶντες δηωμένην ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐκ ἐκαρτέρουν. *Lacedæmonii verò, qui per quingentos annos Laconicam à populatione immunem conservaverant, nunc ab hoste devastatam conspicati, non perferre ultrà poterant.* Eadem dicit in procœmio ejusdem libri. Plutarchus, in Instit. Lac. Τοῖς μὲν ἓν Λυκούργου χρωμένη νόμοις ἡ πόλις, καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμείναση, ἐπεκράτει τῆς Ἑλλάδος, εὐνομία, καὶ δόξη,

δόξῃ, χρόνον ἐτῶν πενταικοσίων. *Itaque, Lycurgi quidem legibus utens urbs, atque jusjurandum servans, princeps Græciæ fuit, bonis legibus, gloriâque, quingentorum annorum spatio.* Ab Eurysthenis verò tempore, qui Eurystheus aliis dicitur, & Patroclis, sive Proclis, (nam utroque modo scribitur apud Auctores,) qui Laconicæ primi reges, ex Heraclidarum genere, memorantur, ad cladem Leuctricam, quâ convulsus principatus, anni, supra septingentos, triginta & unus computantur: uti observare licet apud Eusebium. Rectè itaque Isocrates, in Oratione De pace. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τοῦτῳ τῷ δύναμιν εἰ παρέλαβον, εὐδαίμονας ἂν ἡγοῦ τὰς ἄλλας, καὶ σφᾶς αὐτὰς, ἐποίησαν. πολὺ γὰρ ῥᾴδιον ἐν ἐκείνοις ἐδείξατο τῷ φύσιν τῷ αὐτῆς. τῷ γὰρ πολιτείαν, ἣν ἐπτακοσίοις ἔτεσιν ἐδεῖς οἶδεν ἐφ' ὁπὸ κινδύνων, ἐφ' ὑπὸ συμφορῶν, κινηθεῖσαν, τούτῳ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ σαλευθῆναι, καὶ λυθῆναι, ῥᾳδίως μικρὸν ἐποίησεν. *Lacedæmonii verò, si hanc potestatem suscepissent, & alios, & semet ipsos, felices reddituri fuissent. Nam, quod suum esset ingenium, in illis celeriùs multo declaravit. Quam enim rempublicam septingentorum annorum spatio nullus neque bellis, nec calamitatibus alius, labefactatam esse noverat, eam exiguo tempore sic concussit, ut parum abesset, quin funditus everteretur.* Et in Archidamo. Τῷ γὰρ δόξαν, ἣν ἡμῖν οἱ πρόγονοι μετὰ πολλῶν κινδύνων ἐν ἑπτακοσίοις ἔτεσι κατέλιπον, τούτῳ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πείθεσιν ἡμᾶς ἀποβαλεῖν. *Gloriam enim, quam majores nobis nostri multis cum periculis per annos septingentos partam reliquerunt, hanc ut tempore exiguo abjiciamus, persuadere nobis cupiunt.* Plutarchus, sexcentos dicit, in Agesilai Vitâ. Ἦν μὲν δὴ χρόνῳ οὐκ ἐλάττων ἐτῶν ἑξακοσίων, ἀφ' ἧς κατῴκησαν τὴν Λακεδαίμονα Δωριεῖς. ἐν ᾧ τούτῳ ἅπαντι, τότε πρῶτον ὤφθησαν ἐν τῇ χώρᾳ πολέμιοι, οὐδέτερον ᾧδεὶς ἐτόλμησεν. *Erat autem tempus non minus sexcentorum annorum, ex quo Laconicam Dorienses obtinuerant: quo universo, hostis tum demum in eorum regione est conspectus: neque antè quisquam illud ausus fuerat.* Verùm emendandum censeo; & scribendum, ἐτῶν ἑπτακοσίων, *annorum septingentorum.* Temerè librarii, ut solent sæpè, numeros

meros χ' & ψ' inter se confuderunt. Verùm de Lacedæmoniorum regno, per occasionem iftam, emendandus venit Petrus Damianus, lib. VII. epist. III. *Assyriorum regnum, & Lacedæmonum, aliarumque gentium, per definita temporum spatia se tenuerunt: nec diutius præfixit diuturnitatis terminum, sicut eorum testantur annales, excedere potuerunt.* Haud leviter corrupta verba, sic restituo. *nec divinitùs præfixæ diuturnitatis terminum.* Terræ verò principatum, ut ostendi, diutissimè tenuerunt; maris autem, serò tandem paraverunt: id suadente Alcibiade. Hoc Isocrates nos docet, in Oratione suâ ad Philippum. Λακεδαιμονίους δ', τοὺς πότε δόξαντας εὐτυχεῖν, εἰς τὰς νῦν ἀτυχίας δι' Ἀλκιβιάδην καθεσθέναι. πεισθέντες γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τὴν κατὰ θάλατταν δυνάμεως ἐπεθυμήσαι, καὶ τῶν κατὰ γῆν ἡγεμονίαν ἀπώλεσαν. *Lacedæmonios verò, qui eo tempore florere videbantur, in hæc mala, cum quibus nunc conflictantur, ab Alcibiade conjectos esse. cùm enim, persuasi ab eo, imperium maris concupissent, etiam terræ principatum amiserunt.* Idque factum, cùm ad ipsos profugisset, post navalem ad Oropum cum Athenienfibus pugnam, Olymp. XCII. anno I. uti testis Diodorus Siculus, lib. XIII. Et, ut serò acquisiverant, sic nec diu tenuerunt: & exuti, post navalem itidem pugnam, quâ ad Cnidum cum Conone decertârunt. Isocrates, Oratione jam citatâ, de Conone verba faciens. Ἤλπισε, Λακεδαιμονίους καταπολεμήσειν, ἄρχοντας τῶν ἄλλων Ἑλλήνων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν· καὶ ταῦτα, πέμπων ὡς τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς, ὑποσχνεῖται ποιήσειν. καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν; συσκευασάμενος γὰρ αὐτῷ ναυτικὸν περὶ Κνίδον, νικήσας τῇ ναυμαχίᾳ, Λακεδαιμονίους μὲν ἐξέβαλεν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, τοὺς δ' ἄλλους Ἕλληνας ἠλευθέρωσε. *Speravit, se Lacedæmonios bello superaturum, qui cæteris Græcis terrâ marique imperabant: & hæc, missis ad regis duces literis, se confecturum pollicetur. Ac quid pluribus est opus? coactâ circa Cnidum classe, & navali pugnâ victor, Lacedæmoniis quidem imperium eripuit, cæteros verò Græcorum in libertatem vindicavit.* Æmylius Probus, sive est Cornelius Nepos, in Conone. *Conon apud Cnidum (Lacedæ-*

cedæmonios) *adortus, magno prælio fugat, multas naves capit, complures deprimit. Quâ victoriâ non solùm Athenæ, sed etiam cuncta Græcia, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio, liberata est.* Meminere & Demosthenes, in Leptinem; & Aristides, sub finem Rhodiacæ. Accidit autem, Olympiadis XCVI anno II. Diodorus, in illius anni rebus, ubi de hac pugnâ agit, lib. XIV. Καὶ Λακεδαιμόνιοι μὲν ἀπὸ τότε τὴν χρόνον τὴν κτ' θάλατταν ἀρχὴν ἀπέβαλον. *Ac Lacedæmonii quidem ex hoc tempore maris imperium amiserunt.* Mox tamen, quadriennio pòst, vendicare iterum instituerunt, Olympiadis insequentis XCVII anno itidem II. ut in ejus anni rebus idem Diodorus refert, in libro eodem. Denique & illud hîc est admonendum: quantumvis Græciam Lacedæmonii tenuisse referantur, excipiendos tamen esse Athenienses, qui remp. sibi suam habuerunt: donec tandem, bello Peloponnesiaco ab iis victi, in ipsorum potestatem sunt redacti; & in eâ per decennium, post quod iterum libertatem vindicaverunt, permansere. ita ut, totius Græciæ principatum annos tantùm decem eos tenuisse, verè dicere quisquam possit. Atque sic intelligendus est Isocrates, in Panathenaicâ suâ. Μάλιστα μὲν ἔν γε τούτοις ἄν τις δυνηθείη καλιδεῖν, ὅσῳ μετριώτεροι, καὶ πεοότεροι, ἡμεῖς τῶν πεαγμάτων ἐπεμελήθημεν· δεύτεροι δ', ὅτι καὶ ῥηθήσεται μέλλοντος. Σπαρτιᾶται μὲν γὰρ ἔτη δέκα μόλις ἐπεστάτησαν αὐτῶν, ἡμεῖς δὲ πέντε καὶ ἑξήκοντα συνεχῶς κατέχομεν τὴν ἀρχήν. *Inprimis igitur hinc perspicere quispiam possit, quanto nos moderatiùs, & clementiùs, omnia gesserimus: secundò verò, ex eo etiam, quod dicetur. Spartani enim, vix imperium annos decem tenuerunt: nos autem, continuos quinque & sexaginta.* Andocides, jam ante bellum Peloponnesiacum principatum istum tribuit. Ecce verba, in Orat. III. Πρῶτον μὲν Λακεδαιμονίοις, οἵτινες, ἀρχόμενοι ὑμῶν, καὶ τοῖς συμμάχοις, πολεμεῖν, ἦρχον καὶ κτ' γῆν, καὶ κτ' θάλασσαν. *Primùm quidem Lacedæmoniis, qui, cùm bellum contra vos, & socios vestros, inceptarent, mari, ac terrâ, principatum obtinebant.* De eorum principatu, sunt

& Vegetii quoque verba, lib. III. cap. I. *Lacedæmonios ante Macedonas rerum potitos, prisci testantur annales.* Amisso autem imperio maris, mox & terræ amiserunt: nempe clade ad Leuctra acceptâ, sicut antè memoravi. Itaque Isocrates etiam verè dicit, in Oratione suâ ad Philippum, in citatis antè verbis, quibus, suasu Alcibiadis, maris eos principatum affectasse nobis refert. Πείθοντες γὰρ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ὑπ' αὐτῶ τ κ) θαλάτταν δυνάμεως ἐπιθυμῆσαι, κ) τὴν κ) γῆν ἡγεμονίαν ἀπώλεσαν. *Persuasi enim (Lacedæmonii) ab ipso (Alcibiade) ut imperium maris cuperent, etiam terræ principatum amiserunt.* Et Aristides, Orat. De concordiâ. Εἶχον ἤ τὴν ἀρχὴν ἑκατέραν ἤδη Λακεδαιμόνιοι. κ), χρόνῳ βραχέϊ διελθόντι, ἐξέπεσον ὥν τε θαλάττης, κατεπατοῦντο ἤ ἐν τῇ γῇ. *Cùm deinde utrunque jam imperium Lacedæmonii possiderent, paullo pòst & mari quidem exciderunt, & in terrâ conculcati sunt.* Postquàm autem imperio maris exciderunt, terræ quoque, sicut dixi, principatum haud multo pòst tenuere, cùm ad Leuctra depugnârunt: suntquè à belli Peloponnesiaci fine, ad hanc pugnam, anni tantùm triginta quatuor. Computentur Olympiades, & invenietur veritas. Firmat Clemens, qui præcisè id tempus dicit, Strom. I. Ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τ Πελοποννησιακ πόλεμ, ἔτη πεντεκαιτεσσαρακοντατρία· κ) ἐπὶ τὴν κατάλυσιν, κ) Ἀθηναίων ἧτταν, ἔτη ἑπτακαιεἰκοσιεπτά. κ) ἐπὶ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην, ἔτη τεσσαρακοντατέσσαρα. *Ad principium belli Peloponnesiaci, anni quadraginta octo: & ad finem, ac Athenienſium cladem, anni viginti septem; & ad pugnam Leuctricam, anni triginta quatuor.* Et hoc erit illud tempus, quod respexit Dionysius Halicarnassensis; cùm vix per triginta annos principatum illos tenuisse dicat. Ecce verba, quæ sic habent, lib. I. Λακεδαιμόνιοι ἤ, Πελοποννήσ κ) τ ἄλλης κρατοῦντες Ἑλλάδ, ἕως Μακεδονίας τὴν ἀρχὴν προέβίβασαν, ἐπαύθησαν ἤ ὑπὸ Θηβαίων, ἔτε ὅλα ἔτη τριάκοντα τὴν ἀρχὴν κατισχόντες. *Lacedæmonii verò, Peloponnesum, ac reliquam Græciam, in potestate habentes, imperium usque ad Macedoniam provexerunt: sed exuti à Thebanis, postquàm illud annos non totos triginta tenuis-*

tenuissent. Verùm errat, neque calculum satis accuratè ponit: nam sunt anni integri triginta quatuor, ut ostendi. Rectiùs Suidas, in, Ἀσυλίων ἀρχή. Λακεδαιμόνιοι δὲ, Πελοποννήσου, καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, κρατοῦντες ὅλα τριάκοντα ἔτη, ἐπαύθησαν ὑπὸ Θηβαίων. *Lacedæmonii verò, cùm Peloponnesi, ceteræque item Græciæ, principatum per triginta totos annos tenuissent, à Thebanis sunt exuti.* Demosthenes tamen, cum Dionysio, annos tantùm viginti novem his adtribuit, Philippicâ III. Προστάται μὲν ὑμεῖς, ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ τρία τῶν Ἑλλήνων ἐγένεσθε. προστάται δὲ, τριάκοντα ἐνὸς δέοντα, Λακεδαιμόνιοι. *Principes verò Græcorum vos fuisse annis septuaginta tribus; principes item fuerunt Lacedæmonii annis novem & viginti.* Sed Demosthenes videtur computare tempus suum usque ad Cadméam captam à Pelopidâ: quod ruinæ principatus Lacedæmoniorum initium, ut sequenti capite doceo. Etenim, à Cadméâ captâ, ad pugnam Leuctricam, anni quinque interceſſere, ac jam sextus vertebatur. itaque, si de triginta quatuor annis demas quinque, erunt hi viginti novem, quos Demosthenes constituit: quem secutus Dionysius, haud totos triginta annos, nobis dicit. Atque sic conciliandum hoc dissidium Auctorum maximorum.

CAP. XI.

Principatus, post pugnam Leuctricam amissus: ejusque rei fundamentum, captâ Thebanorum arce, à Pelopidâ pridem jactum. Summa Antigoni humanitas; qui rempublicam, & avitas leges, reddidit. Varia fortuna eorum, à clade Leuctricâ, usque ad Nabidis tyrannidem.

ERgo, ut dixi, pugnâ ad Leuctra cum Thebanis, quorum dux Epaminondas, maris pridem amisso imperio, etiam terræ principatum amiserunt, Olymp. CII. anno II: ut jam antè ex Diodoro memoravi. Hoc autem factum prædicat ipse insectanti Meneclidæ, apud Cornelium Nepotem, in Vitâ

suâ. *Quòd me Agamemnonem æmulari putas, falleris. namque ille, cum universâ Græciâ, vix decem annis unam cepit urbem; ego contrà, ex unâ urbe nostrâ, dieque uno, totam Græciam, Lacedæmoniis fugatis, liberavi.* Breviter Strabo, lib. VIII. Διεπίλεσαν δ' (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ἄρχοντες τ Ἑλλήνων, ἕως ἀφείλοντο αὐτὰς τὴν ἡγεμονίαν Θηβαῖοι, κ μετ' ἐκείνους ἐκείνους δ' οὗς Μακεδόνες. *Tenuere autem (Lacedæmonii) principatum Græcorum, donec ipsis Thebani eripuerunt, & post illos mox Macedones.* Et Epaminondas quidem ut omninò principatu hos evertit, sic Pelopidas, captâ Cadméâ, Thebanorum arce, fundamenta ruinæ jecit: uti rectè observatum à Cornelio Nepote, in Pelopidâ. *Hi enim non magis adversariorum factioni, quàm Spartanis, eo tempore bellum intulerunt, qui principes erant totius Græciæ. quorum imperiosa majestas, neque ita multo post Leuctricam pugnam, ab hoc initio perculsa cecidit.* Plutarchus ad eundem modum, in Pelopidâ eodem. Ἐνδοξοτέραν δ' ταύτην ἐποίησεν ἡ μεταβολὴ τ πραγμάτων. ὁ γὰρ, καταλύσας τὸ τ Σπάρτης ἀξίωμα, κ πάσας ἄρχοντας αὐτὰς γῆς τε κ θαλάττης, πόλεμον ἐξ ἐκείνης ἐγένετο τ νυκτὸς, ἐν ᾗ Πελοπίδας, ἄ φρουρίου, ἄ τείχους, ἄκ ἀκροπόλιν καταλαβὼν, ἀλλ' εἰς οἰκίαν δωδέκατον κατελθὼν, εἰ δεῖ μεταφορᾷ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, ἔλυσε, κ διέκοψε, τὰς δεσμὰς τ Λακεδαιμονίων ἡγεμονίας ἀλύτους, κ ἀῤῥήκτους, εἶναι δοκοῦντας. *Illustriorem verò hanc conversio rerum fecit. nam bellum illud, quod dignitatem Spartæ evertit, & imperium terræ, ac maris, excussit, ex eâ est enatum nocte, quâ Pelopidas, sine præsidio, muris, arce, duodecimus domum regressus, si metaphorâ veritatem dicere licet, dissolvit, ac diffregit, principatus Lacedæmoniorum vincula, quæ haud solvi, aut frangi, posse censebantur.* Estque id factum Olympiadis centesimæ anno tertio: ut videre est apud Diodorum, in ejus anni rebus gestis, lib. XV. Post Thebanos verò, duce Epaminondâ, eripuere mox Macedones, duce Antigono. Illud est, quod Strabo dicit, in citatis statim verbis. Ἀφείλοντο αὐτὰς Θηβαῖοι, κ μετ' ἐκείνους δ' οὗς Μακεδόνες. *Eripuere ipsis principatum Thebani, & post illos mox Macedones.* Ac Macedones qui-

quidem mox eripuere; duce, uti dixi, Antigono: qui, Cleomene rege victo, & fugato, urbem cepit, ac restituit libertati. Vide rem prolixè omnem enarrantem Polybium, lib. II. & Plutarchum, in Cleomene. Et is quidem, quod jam dixi, urbi captæ libertatem suam reddidit. Polybius, libro citato. Ἀντίγονος ὁ, ἐγκρατὴς γενόμενος ἐξ ἐφόδου τῆς Σπάρτης, τά τε λοιπὰ μεγαλοψύχως, καὶ φιλανθρώπως, ἐχρήσατο τοῖς Λακεδαιμονίοις, τό, τε πολίτευμα τὸ πάτριον αὐτοῖς κατασήσας, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἀνέζευξε μετὰ τῶν δυνάμεων ἐκ τῆς πόλεως. *Antigonus, repentinâ invasione potitus Spartâ, tum in cæteris magno animo, & humaniter, erga Lacedæmonios sese gessit, tum avitam reip. formam illis reddidit, & cum copiis urbe paullo pòst excessit.* Et lib. V. Ἀντίγονος, ἐκ φυγαδεύσεως νικήσας μάχῃ Κλεομένη, φυγαδεύσας τὸν βασιλέα, τῶν Λακεδαιμονίων ἐγκρατὴς ἐγένετο, καὶ τῆς Σπάρτης. αὐτός τε, ὢν κύριος ὃ βέλοιτο χρῆσθαι καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς ἐμπολιτευομένοις, τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ κακῶς ποιεῖν τοὺς γεγονότας ὑποχειρίους, ὥστ' ἐκ τῶν ἐναντίων, ἀποδοὺς τὸ πάτριον πολίτευμα, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος γενόμενος καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἰδίαν Λακεδαιμονίοις, ἔτως εἰς τὴν οἰκίαν ἀπῆλλαγη. *Antigonus, post devictum acie Cleomenem, cùm Lacedæmoniorum regem compulisset solum vertere, ipsam quoque in potestate Spartam habuit. Erat tunc in ejus manu, tam de urbe, quàm urbanis, quicquid vellet, constituere. ille verò, tantum absuit, uti malè victis faceret, ut è contrario patrias leges, atque libertatem, ipsis restituerit; maximaque Lacedæmoniis beneficia, publicè pariter ac privatim, contulerit, atque domum sic redierit.* Plutarchus, in Cleomene, quem citavi. Ὁ δ' Ἀντίγονος, ἐξ ἐφόδου θαλαβὼν τὴν πόλιν, καὶ χρησάμενος τοῖς Λακεδαιμονίοις φιλανθρώπως, καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς Σπάρτης ἐθεραπήλακίσας, οὐδ' ἐνυβρίσας, ἀλλὰ καὶ νόμους, καὶ πολιτείαν, ἀποδοὺς, καὶ τοῖς θεοῖς θύσας, ἀνεχώρησεν ἡμέρᾳ τρίτῃ. *Antigonus verò, impressione factâ, postquam urbem in potestatem redegisset, habitis humaniter Lacedæmoniis, nec ludibrio Spartæ dignitatem habuit, nec ei insultavit: verùm, legibus & republicâ illis redditâ, postquam sacra diis fecisset, die tertio recessit.* Summatim totum

eorum ſtatum, ac fortunam, à clade Leuctricâ ad tyrannidem uſque Nabidis, tradit Polybius, lib. IV. Λακεδαιμόνιοι μὲν ἦν, ἀπὸ τῆς Λυκούργου νομοθεσίας καλλίστῃ χρησάμενοι πολιτείᾳ, καὶ μεγίστῳ ἔχοντες δύναμιν, ἕως τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης, αὐτῆς ἐπὶ παναντία τραπείσης αὐτοῖς τῆς τύχης, καὶ τἀμπαλιν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ καὶ μᾶλλον τῆς πολιτείας αὐτῶν προβαινούσης, τέλος πολέσιων μὲν πόνων, καὶ στάσεων ἐμφυλίων, πεῖραν εἶχον. πολέσιοις δ' ἐπήχθησαν ἀναδασμοῖς, καὶ φυγαῖς. πικροτάτης δ' δουλείας πεῖραν ἔλαβον, ἕως τῆς Νάβιδος τυραννίδος· οἱ τὸ πρὶν οὐδὲ τὄνομα δυνηθέντες ἀναστέλλειν ῥαδίως αὐτῆς. *Lacedæmonii itaque, qui poſt latas à Lycurgo leges pulcherrimâ reip. formâ uſi fuerant, maximamque potentiam, ad pugnam uſque Leuctricam, obtinuerant, poſtquàm fortuna ipſis in contrarium verterat, cæpitque eorum reſp. indies magis magiſque retrò ſublabi, & in pejus ferri; ad extremum ærumnas plurimas, ſeditioneſque inteſtinas, ſunt experti; repetitis agrorum diviſionibus, & exiliis, ſæpiſſimè ſunt agitati: acerbiſſimam denique ſervitutem ſervierunt ad tyrannidem Nabidis uſque: qui tamen tyrannidis ne nomen quidem ipſum ferre olim poterant.*

JOAN-

JOANNIS MEURSII

MISCELLANEORUM LACONICORUM LIBER IV.

CAP. I.

Urbes Laconicæ: ac de iis proprium Polemonis Ilienſis Opus. Achæa Paracypariſſia. Achillis portus. Acriæ: ubi matris deûm fanum; & è marmore ſimulacrum, totius Peloponneſi antiquiſſimum. Livius correctus. Ægys: à regibus, Archelao, & Charilao, deleta. Polybii locus emendatus. Inter limitaneas ſita, verſus Arcadiam: & Caryſtius, in ejus territorio locus, vino nobilis. Lycophroni lectio antiquiſſima reſtituta. Æpéa. Æthæa. Alagonia: ubi fana, Bacchi, & Dianæ. Amathus, quæ & Pſamathus.

RElíquum eſt, ut urbes dicam: quas fuiſſe olim centum, ſuprà docui. Proprium de illis Opus, Polemon Ilienſis ſcripſit; uti nobis Suidas tradit, iſtis verbis. Πολέμων, Εὐηγήτου, Ἰλιάδης· ἔγραψε περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων. *Polemon, Euegeti filius, Ilienſis: ſcripſit De urbibus Laconicæ.* Inter eas, *Achæa Paracypariſſia.* Meminit Pauſanias; &, ruinas ejus tantùm ſuo tempore exſtitiſſe, nobis tradit. *Achillis portus.* Scylax, in Periplo. Λακεδαίμων, ἔθνος· καὶ πόλις ἐν αὐτῇ αἵδε εἰσὶν αἵδε, Ἀσίη, Μεθώνη, Ἀχίλλειος λιμήν. *Lacedæmon, populus: & urbes ejus iſtæ, Aſine, Methone, Achillis portus.* *Acriæ*, urbs Eleutherolaconum: ut Pauſanias teſtatur, in Laconicis. Erat autem Matris deûm illic fanum: & è marmore ſimulacrum, quo non aliud

aliud antiquius in Peloponneſo totâ cenſebatur. Pauſanias. Ἐπὶ θαλάσσης πόλις ἐστὶν Ἀκραιαί. θέας δὲ ἀξιωτάτη ἄξια, μητρὸς θεῶν ναὸς, καὶ ἄγαλμα λίθου. παλαιότατον δὲ φασὶ τοῦτο εἶναι τῶν ἔργων, ὅσα τὴν Ἀκραίαν ἔχοντες, ὁπόσοι τὴν θεὸν τὴνδε Πελοποννησίων ἱερὰ ἔσχον. *Ad mare ſita urbs Acriæ. Illic, quæ ſpectentur, digna, matris deûm ædes, & è marmore ſignum. Et hoc quidem operum omnium, quæ apud Peloponneſios exſtant, deæ huic dicata, vetuſtiſſimum eſſe, prædicant qui Acrias incolunt.* Emendandus leviter Livius, lib. XXXV. *Tertiâ parte copiarum ab obſidione Gythei abductâ, ad Pleias caſtras poſuit. Imminet is locus & Leucis, & Acriis.* Hodie editur, minus rectè: *Leucis, & Acris.* Ptolemæo, Ἄκρα ſcribitur, Geogr. lib. III. Meminere ejus urbis etiam, Polybius, lib. V. & Strabo, lib. VIII. Non rectè vir doctus Polyæno Ἄκραν dici arbitratur, lib. III. ſine dubio locum reſpiciens, qui in primo ſtrategemate Demoſthenis exſtat, ubi de Pylo agit. quippe ἄκρα illi *promontorium* vertendum fuerat, & non, *Acra*, tanquam urbis alicujus nomen proprium. *Ægys.* Stephanus. Αἴγυς, πόλις Λακωνικὴ, ὡς Εὐφορίων· οἱ πολῖται, Αἰγῦται, ὡς Παυσανίας. *Ægys, urbs Laconica, ut Euphorion: cives, Ægytæ, ut Pauſanias.* Deleta fuit à regibus Archelao, & Charilao. Pauſanias. Ἀγησιλάου δὲ παῖς, Ἀρχέλαος. ὑπὸ τούτου Λακεδαιμόνιοι, πολέμῳ κρατήσαντες πόλιν τῶν περιοικίδων, ἠνδραποδίσαντο Αἴγυν, ὡς οἱ Αἰγῦται φρονῶσι τὰ Ἀρκάδων. Χαρίλαος δὲ, ὁ τοῦ ἑτέρας οἰκίας βασιλεύς, συνεξεῖλε μοῖραν τῷ Ἀρχελάῳ τῶν Αἴγυν. *Ageſilai verò filius, Archelaus fuit. Hoc regnante, Lacedæmonii, urbem Ægyn, unam ex limitaneis, bello ſubactam exciderunt: Ægytas in Arcades propendere ſuſpicati. Charilaus verò, rex alterius familiæ, Archelaum in evertendâ Ægy juvit.* Cives, Αἰγῦται, *Ægytæ*, dicebantur: ut diſertè Stephanus docet; & Pauſanias, in citatis ſtatim verbis, quæ Stephanus ſine dubio reſpexit. Itaque Αἰγῦν χώραν, *Ægytin regionem*, non Αἰγίν, *Ægitin*, ſcribi debet apud Polybium, lib. II. Præterea, in Pauſaniæ verbis obſervandum, inter limitaneas fuiſſe urbes, & Arcadiam verſus ſitam. quod cognoſci poteſt etiam ex Stephano, in,

Καρυσὸς,

Καρυστὸς, istis verbis. Ἔστι δὲ Καρυστὸς, τόπος τῆς Αἰγυος, πρὸς Ἀρκαδίαν. *Est & Carystus, locus Ægyis, versùm Arcadiam.* Item ex Strabone, lib. x. Καρυστὸς δέ, ἐστι δὲ ἐν τῇ Λακωνικῇ, τόπος τῆς Αἰγυος, πρὸς Ἀρκαδίαν. *Carystus verò, etiam est in Laconicâ, locus Ægyis, versus Arcadiam.* Unde illud quoque discas; locum in subjecto ei agro fuisse, quem Carystum appellabant. Civis ejus, non Αἰγύτης est Lycophroni, verùm Αἰγυος.

Καὶ πάντα τλήσεθ' εἵνεκ' Αἰγύας κυνός.
Et omnia feret Ægyæ canis causâ.

Hodiè editur, Ἀργείας κυνός. *Argivæ canis.* Sed priorem lectionem ut putemus veram esse, facit Stephanus, qui hanc nobis repræsentat. Vide eum, ubi de hâc urbe agit. *Æpéa.* Stephanus. Αἴπεια, πόλις Λακωνικῆς. *Æpéa, urbs Laconicæ.* *Æthæa.* una de antiquis centum. Stephanus. Αἰθαία, πόλις Λακωνικῆς, μία τῶν ἑκατόν. *Æthæa, urbs Laconicæ, una de centum.* Apud Thucydidem secunda syllaba scribitur sine diphthongo, lib. I. Ἐν ᾧ καὶ Εἵλωτες αὐτῶν, καὶ τῶν περιοίκων Θυρεάτῃ τε, καὶ Αἰθεῆς, ἐς Ἰθώμην ἀπέστησαν. *In quo Helotes, & ex limitaneis Thuriatæ, & Atheenses, Ithomen secesserunt.* *Alagonia.* Urbs erat, inter eas, quæ Eleutherolaconum. Pausanias, in catalogo earum. Πρὸς δὲ Ἀλαγονία τε καὶ Γερηνία. *Insuper verò Alagonia, & Gerenia.* Spectatu digna illic templa, Bacchi, & Dianæ. Pausanias, in ipso Laconicorum fine. Τριάκοντα δὲ ἀπέχει σταδίους Ἀλαγονία. καὶ τὸ πόλισμα κατηρίθμηται ἤδη καὶ τοῦτο ἐν Ἐλευθερολάκωσιν. θέας δὲ αὐτόθι ἄξια, Διονύσου, καὶ Ἀρτέμιδος, ἐστιν ἱερά. *Triginta verò stadiis abest Alagonia: quod oppidulum etiam ipsum annumeratum est Eleutherolaconum civitatibus. quæ spectatu ibi digna, sunt Bacchi, & Dianæ, templa.* *Amathus.* Strabo. lib. VIII. Μετὰ δὲ Ταίναρον πλέοντι ὑπὲρ τοῦ Ὀνυγνάθου, καὶ Μαλέας, Ἀμαθοῦς ἐστι πόλις. εἶτα Ἀσίνη, καὶ Γύθιον, τὸ τῆς Σπάρτης ὑπήνεμον. *Post Tænarum navigranti versus Onugnathum, & Maleas, urbs Amathûs occurrit: inde Asine, & Gythium, Spartæ navale.* Eadem est, quæ Psamathûs aliis nuncupatur: sicut Ἄμαθος, & Ψάμαθος, idem apud

Græcos valent. Stephanus. Ψαμαθῦς, πόλις Λακωνική. *Psamathûs, urbs Laconica.* Artemidorus, Geograph. lib II. Μετὰ γὰρ τὸ Ταίναρον, πόλις ἐκδέχεται Ψαμαθῦς. *Post Tænarum verò, excipit urbs Psamathûs.* Meminerunt etiam, Plinius, lib. IV. cap. v. & Scylax, in Periplo, ubi de Lacedæmone agit.

CAP. II.

Amyclæ, conditæ, & appellatæ, ab Amyclâ, regis Lacedæmonis filio. Apollini urbs ea sacra: cujus & habebat fanum, quale ferè nullum aliud in Laconicâ universâ. Arborum pulcrarum, fructuumque, multitudine excellebat. Statii locus unus, & alter, illustratus. Spectatu digna illic, statua Ænoti quinquertionis; & nonnulli item tripodes, à variis artificibus facti. Pausaniæ locus emendatus. Colebatur ibi è diis, Amyclæus; item Bacchus, cognomento Ψίλας dictus: & id quare. Amyclæi dei templum, Ἀμύκλαιον appellatum: & Apollinis in eodem simulacrum.

Amyclæ. Una de antiquis centum: condita, & appellata, ab Amyclâ, regis Lacedæmonis filio. Eustathius, in Dionysium. Μία ἦ τ ἑκατὸν αἱ Ἀμύκλαι, ἃς ἔκτισεν υἱὸς Λακεδαίμονος, ὁ Ἀμύκλας. *Amyclæ, urbs una de centum: quam condidit Amyclas, Lacedæmonis filius.* Stephanus. Ἀμύκλαι, πόλις Λακωνική, τ ἑκατὸν πόλεων. ἧ Ἀμύκλας, ὁ Λακεδαίμονος υἱός, ἔκτισε. *Amyclæ, urbs Laconica, una de centum urbibus: quam Amyclas, Lacedæmonis filius, condidit.* Pausanias. Ἀμύκλας ἦ, ὁ Λακεδαίμονος, βουλόμενος καταλιπέσθαί τι καὶ αὐτὸς ἐς μνήμην, πόλισμα ἔκτισεν ἐν τῇ Λακωνικῇ. *Amyclas verò, Lacedæmonis filius, cupiens & ipse aliquod sui monumentum relinquere, oppidulum condidit in Laconicâ.* Breviter Servius, ad Georg. lib. III. *Amyclæ, civitas est Laconiæ.* Erat autem sacra Apollini. Eustathius, ad Iliad. β. Ἀμύκλαι ἦ, μία, φασὶ, τ ἑκατὸν τ Λακωνικῆς πόλεων, Ἀπόλλωνος ἱεραὶ, ὡς εἴρηται. ἧ Ἀμύκλας, ὁ Λακεδαίμονος υἱός, ἔκτισε. *Amyclæ verò, una, ut aiunt, de centum Laconicæ urbibus, Apollini, sicut dictum est, sacra: quam Amyclas, Lacedæmonis filius, condidit.*

Et

Et habebat Apollinis fanum; quale ferè in Laconicâ universâ nullum aliud: præstantium quoque arborum, & fructuum optimorum copiâ, excellebat. aberatque stadiis viginti à Spartâ, atque ad mare sita erat. Polybius, lib. v. Αἱ δ' Ἀμύκλαι καλέμεναι, τόπος ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς χώρας καλλιδενδρότατος, καὶ καλλικαρπότατος. ἀπέχει δὲ τῆς Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι στάδια. ὑπάρχει δὲ καὶ τέμενος Ἀπόλλωνος ἐν αὐτῷ, σχεδὸν ἁπάντων τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἱερῶν. κεῖται δὲ τῆς πόλεως ἐν τοῖς πρὸς θάλασσαν κεκλιμένοις μέρεσι. *Quas Amyclas vocant, locus est Laconicæ, viginti circiter stadia distans ab urbe Spartâ: præstantium arborum, fructuumque, copiâ omnes antecellens. habet & Apollinis ædem, omnium templorum ferè, quæ in totâ sunt Laconicâ, illustrissimum. Sitæ autem sunt Amyclæ ad eam urbis partem, quæ vergit ad mare.* Ac, propter arborum pulcrarum copiam, Amyclæ Statio *Virides* dicuntur, Theb. IX.

——— *hunc virides non excipietis Amyclæ.*

Herbas commendat Valerius Flaccus, Argon. lib. I.

Vectorem pavidæ Castor dum quæreret Helles,
Passus Amyclæâ pingueſcere Cyllaron herbâ.

De Apollinis verò fano, sunt & hæc Strabonis verba, lib. VIII. Ὑποπέπωκε δὲ τῷ Ταϋγέτῳ ἡ Σπάρτη ἐν μεσογαίᾳ, καὶ Ἀμύκλαι· ἔστι δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἱερόν. *Infra Taygetum in mediterraneis jacet Sparta, & Amyclæ: ubi fanum est Apollinis.* Hinc Amyclæ *Apollineæ* Statio dicuntur, Theb. IV.

Hujus Apollineæ currum comitantur Amyclæ.

Ubi Lutatius. *Amyclæ, Laconiæ civitas, sacra Apollini.* Spectatu autem illic digna, Æneti quinquertionis statua; item lebetes aliquot ænei, variorum artificum. Pausanias. Τὰ δὲ ἐν Ἀμύκλαις θέας ἄξια, ἀνὴρ πένταθλός ἐστιν ἐπὶ σήλης, ὄνομα Αἴνητος. τοῦτον νικήσαντα Ὀλυμπιάσι, καὶ ἔλαιον στεφανωμένον, γενέσθαι δὲ βίᾳ τῶν πλουτίνων λέγουσι. τοῦτο μὲν ἔστιν εἰκών, καὶ τρίποδες χαλκοῖ. τοὺς δὲ ἀρχαιοτέρους δέκα, ἐς πρὸς Μεσσηνίους πολέμους εἶναί φασι. Ὑπὸ μὲν δὴ τῷ πρώτῳ τρίποδι, Ἀφροδίτης ἄγαλμα ἑστηκός. Ἄρτεμις δὲ, ὑπὸ τῷ δευτέρῳ. Γι-

λάδα καὶ ἀυτὴ τέχνη, καὶ τὰ ἐπεργασμένα. ὁ τρίτος ἦν, ἔργον Αἰγινήτου Κάλλωνος. ὑπὸ τούτῳ ἦν, ἄγαλμα Κόρης τῆς Δήμητρος ἔσηκεν. Ἀρίστανδρος ὁ Πάριος, καὶ Πολύκλητος Ἀργεῖος, ὁ μὲν, γυναῖκα ἐποίησεν, ἔχουσαν λύραν, Σπάρτην δῆθεν· Πολύκλητος ἦν, Ἀφροδίτην, παρὰ Ἀμυκλαίῳ, καλεμβρίλλων. ἔστι ἦν οἱ τρίποδες, μεγέθη τε ὑπὲρ τοὺς ἄλλους εἰσὶ, καὶ ἀπὸ τῆς νίκης, τῆς ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς, ἀνετέθησαν. *Spectatu digna Amyclis sunt, quinquertio Æneus, columnæ insistens: qui Olympia cùm vicisset, acceptâ coronâ, statim exspirasse dicitur. Ejus itaque illic est effigies, & ænei tripodes. decem verò antiquiores, è bello cum Messeniis gesto esse, aiunt. Sub eorum primo, stat veneris simulacrum; sub altero, Dianæ. tripodes autem & ipsi, & quæ in his elaborata, sunt Gitiadæ artificis: tertius verò, est Callonis Æginetæ. sub eo verò, Proserpina insistit, Cereris filia. At Aristander Parius, & Polycletus Argivus, fœminam ille, lyram tenentem, Spartam nempe, fecit; istè verò, Venerem, quæ AD AMYCLÆUM appellatur. Hi verò tripodes, alios omnes magnitudine antecellunt: & de manubiis victoriæ, quæ ad Ægospotamos accidit, sunt dicati.* De decem illis, quos è bello cum Messeniis dedicatos esse tradit, iterum refert in Messenicis. Λακεδαιμόνιοι ἦν, πρῶτα μὲν τὴν Ἰθώμην καθεῖλον εἰς ἔδαφος, ἔπειτα καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις ἐπόντες ἦραν. ἀνέθεσαν ἦν καὶ ἀπὸ τῶν λαφύρων τῷ Ἀμυκλαίῳ τρίποδας χαλκοῦς. Ἀφροδίτης ἄγαλμά, ἐστιν ἑστηκὸς ὑπὸ τῷ τρίποδι τῷ πρώτῳ. Ἀρτέμιδος ἦν, ὑπὸ τῷ δευτέρῳ. Κόρης ἦν, ἣ Δήμητρος, ὑπὸ τῷ τρίτῳ. *At Lacedæmonii, primò Ithomen solo æquârunt; inde verò cæteras adorti urbes ceperunt. de manubiis verò, Amyclæo tripodas æneos dedicârunt. sub quorum primo, Veneris stat simulacrum; ut Dianæ, sub secundo; ac sub tertio, Proserpinæ, sive Cereris.* Observa autem; sub tertio an Cereris esset simulacrum, an Proserpinæ, haud fuisse exploratum: itaque suprà, eo loco, quem produxi è Laconicis, pro, ὑπὸ τούτῳ ἦν, ἄγαλμα Κόρης τῆς Δήμητρος ἔσηκεν· *sub eo verò, Proserpina insistit, Cereris filia:* rescribendum, ἄγαλμα Κόρης, ἢ τῆς Δήμητρος. *simulacrum Proserpinæ, Cereris*ve. Et hæc quidem in templo dei Amyclæi spectaban-

ctabantur: cujus thronum, singularem admodum, describit nobis itidem Pausanias fusè, in Laconicis. Colebant, sicut Amyclæum istum, ita Bacchum, cognomento Ψίλαν dictum. Pausanias. Θεῶν ἢ σέβεσιν οἱ πωΐτη τὸν τε Ἀμυκλαῖον, καὶ τὸ Διόνυσον, ὀρθότατα, ἐμοὶ δοκεῖν, Ψίλαν ἐπονομάζοντες. Ψίλα γὰρ καλέσιν οἱ Δωριεῖς τὰ πτερά. ἀνθρώποις ἢ οἶνος ἐπαίρει τε καὶ ἀνακυφίζει γνώμαν, ὀδὲν ἧσσον ἢ ὄρνιθας πτερά. *Venerantur, qui hîc habitant, inter deos, cùm Amyclæum, tum Bacchum: quem rectissimè, meâ sententiâ, Psilam cognomento dicunt. psila enim Dorienses alas vocant. quippe vinum incitat homines, sublevatque, non minus quàm aves alæ.* Templum verò Amyclæi, est hoc ipsum, quod dicebant Ἀμυκλαῖον, *Amyclæum.* Vides in Pausaniæ citatis verbis. Ἀφροδίτην τὴν Ἀμυκλαίῳ καλουμένην. *Venerem, quæ ad Amyclæum nuncupatur.* Meminit ejus Thucydides, lib. v. Στήλην ἢ ἐκάτερος ἔστησαν. τὸν μὲν, ἐν Λακεδαίμονι, παρ' Ἀπόλλωνι, ἐν Ἀμυκλαίῳ. τὸν δὲ, ἐν Ἀθήναις, ἐν πόλει, παρ' Ἀθηνᾶν. *Cippum verò utrique statuerent: unum quidem, Lacedæmone, juxtà Apollinem, in Amyclæo; alterum autem, Athenis, in arce, juxta Minervam.* Et non multo antè. Στήλας ἢ φῆσαι Ὀλυμπιάσι, καὶ Πυθοῖ, καὶ Ἰσθμῷ, καὶ ἐν Ἀθήναις, ἐν πόλει, καὶ ἐν Λακεδαίμονι, ἐν Ἀμυκλαίῳ. *Cippum verò statuerent in Olympiis, & Pythiis, & in Isthmo; & Athenis, in arce; ac Lacedæmone, in Amyclæo.* Hesychius, in, Γυμνοπαιδιά. Ἔνιοι μὲν ἑορτὴν φασι Σπαρτιατικὴν, ἐν ᾗ τοὺς ἐφήβους κύκλῳ θεῖσθαι τὸν ἐν Ἀμυκλαίῳ βωμόν. *Nonnulli quidem festum esse Spartanum dicunt, in quo ephebi circa aram, quæ in Amyclæo est, currunt.* Quod ad deum autem Amyclæum attinet, cujus illud templum erat, ejus meminit & Philostratus, lib. III. cap. III. Τὰ δέ γε ἀρχαιότατα τῶν παρ' Ἕλλησι, τό, τε τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος, καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Δηλίου, καὶ τὸ τοῦ Διονύσου, καὶ τὸ τοῦ Ἀμυκλαίου. *Quæ antiquissima sunt apud Græcos, cùm Minervæ Poliadis, tum Apollinis Delii, item Bacchi, & Amyclæi.* Et inter Orationes Himerii una erat, inscripta; Εἰς τὴν Λακεδαιμονίων πόλιν, ὅτε, ὀνείρατι πεισθέντος, τῷ Ἀμυκλαίῳ θεῷ ἐφοίτησεν εὐξάσθαι. *In urbem Lacedæmonio-*

moniorum, cùm, somnio obsequens, deo Amyclæo vota facturus, accessisset. Est videre apud Photium, in Elencho Orationum, quem proponit in Excerptis. In templo verò, etiam Apollinis fuisse signum, patet ex Thucydidis utroque loco, quem produxi.

CAP. III.

Amyclæi bello petiti à Lacedæmoniis, & subacti; urbsque excisa, & in pagum commutata: idque Teleclo regnante. Eo bello, opem Thebani tulere, duce Timomacho. Amyclæ ab Euryσthene, & Patrocle, cùm Laconicam occupassent, Philonomo datæ, ob navatam ipsis operam: isque incolas illuc transtulit, ex Imbro, & Lemno. Silentio periisse dictæ. Hyacinthia illic acta; fœderaque, incisa cippis, in Amyclæo adservata. Calcei, Ἀμυκλαῖδες appellati: & colonia in Italiâ, ejusdem nominis.

REgnante Teleclo, bellum urbi intulere Lacedæmonii, ac vix tandem subegerunt. Accuratè hoc Pausanias. Ἀρχελάου δὲ ἦν Τήλεκλος. ἐπὶ τούτου πόλεις Λακεδαιμόνιοι τῶν περιοικίδων, πολέμῳ κρατήσαντες, ἐξεῖλον, Ἀμύκλας, καὶ Φάριν, καὶ Γερονθράς, ἐχόντων ἔτι Ἀχαιῶν. τούτων Φαρεῖται, καὶ Γερονθραῖται, τῷ ἔφοδον τῶν Δωριέων καταπλαγέντες, ἀπῆλθεν ἐκ Πελοποννήσου συγχωρησάντων ὑποσπονδοι. τοὺς δὲ Ἀμυκλαεῖς, οὐκ ἐξ ἐπιφορμῆς ἐκβάλλουσιν, ἀλλὰ ἀντισχόντας τε ἐπὶ πολὺ τῷ πολέμῳ, καὶ ἔργα οὐκ ἄδοξα ἐπιδειξαμένους. δηλοῦσι δὲ καὶ οἱ Δωριεῖς, τρόπαιον ἐπὶ τοῖς Ἀμυκλαεῦσιν ἀναστήσαντες, ὡς ἐν τῷ τότε λόγου μάλιστα ἄξιον ὑπάρξαν σφίσιν. *Archelai verò filius erat Teleclus. Sub hoc Lacedæmonii finitima oppida, Amyclas, Pharin, & Geronthras, quas Achæi adhuc tenebant, bello captas everterunt. Ex his Pharitæ, & Geronthratæ, Dorienσium adventu territi, certis conditionibus, ut Peloponneσo excederent, eσt permiσsum. Amyclaenσes verò, non σunt illi primo quidem impetu ejecti, σed diu σanè repugnantes, ac multa fortiter facientes. Id ipσi Dorienσes, trophæo de iis ejecto, σunt teσtati; ac σi illud eo tempore maximè dignum memoratu σe geσσiσσe exiσtimarent.* Ac trophæi quidem ejus, iterum posteà memi-

meminit: dicitque, id Jovis Τροπαίᾳ fanum fuisse. Τῷ δὲ Τροπαίᾳ Διὸς τὸ ἱερὸν, ἐποίησαν οἱ Δωριεῖς, πολέμῳ τάς τε ἄλλας Ἀχαιὰς, οἱ γλῶ τὴν Λακωνικῶν τηνικαῦτα εἶχον, καὶ τὰς Ἀμυκλαιεῖς, κρατήσαντες. *Tropæi verò Jovis ædem, fecerunt Dorienses; bello superatis cùm aliis Achæis, qui Laconicam tunc tenebant, tum ipsis etiam Amyclaensibus.* Belli verò, & captarum Amyclarum, etiam mentio est apud Pindarum, Isthm. Od. VII.

Ἢ Δωρίδ' ἀποικίαν ἠνίκ' ὀρθῷ
Ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ
Λακεδαιμονίων· ἕλον δ' Ἀμύκλας
Αἰγεῖδαι, σέθεν ἔκγονοι,
Μαντεύμασι Πυθίοις.
An cùm Doricam coloniam recto
Constituisti in talo
Lacedæmoniorum; Amyclas verò ceperunt
Ægidæ, ex te geniti,
Oraculis Pythicis?

Ac Lacedæmonios quidem, adjuvere in hoc bello Thebani, duce Timomacho. Scholiastes, illo loco. Αἰγεῖδαι, Φατρία Θηβαίων. ἀφ' ἧς ἦκόν τινες εἰς Σπάρτην, Λακεδαιμονίοις βοηθήσοντες, ἐν τῷ πρὸς Ἀμυκλαιεῖς πολέμῳ, ἡγεμόνι χρησάμενοι Τιμομάχῳ, ὃς πρῶτος μὲν πάντα τὰ πρὸς πόλεμον διέταξε Λακεδαιμονίοις. *Ægidæ, familia Thebanorum. è quâ venere quidam Spartam, Lacedæmoniis opem laturi, bello cum Amyclaensibus, duce usi Timomacho; qui primus Lacedæmoniis omnia, quæ ad bellum pertinebant, ordinavit.* Meminitque iterum strictim, ad Pyth. Od. V. Ἑτέρα ἦ, ἡ σὺν Τιμομάχῳ· ἐν ᾧ πρὸς Ἀμυκλαεῖς Λακεδαιμονίοις καθίστηκε πόλεμος. *Altera verò, quæ cum Timomacho: quo tempore Lacedæmoniis bellum erat cum Amyclaensibus.* Deletæ itaque Amyclæ eo bello, & in vicum redactæ. Pausanias. Ἀμύκλα ἦ, ἀνάστατος ὑπὸ Δωριέων γενομένη, καὶ ἀπ' ἐκείνου κώμη διαμένουσα. *Amycla autem, à Dorien sibus deleta, ex eo tempore vicus permanet.* Cùm Laconicam Euryfthenes, & Patrocles, Heraclidæ, occuparent, operâ Philo-

Philonomi usi, qui prodebat, illi Amyclas pro mercede donaverunt. Strabo, lib. VIII. Φησὶ δ' Ἔφορος, καὶ τοὺς καταστχόντας τὴν Λακωνικὴν Ἡρακλείδας, Εὐρυσθένη τε καὶ Πατροκλῆ, διελεῖν εἰς ἓξ μέρη, καὶ πόλισαι τὴν χώραν. μίαν μὲν ἔν τῶν μερίδων, τὰς Ἀμύκλας, ἐξαίρετον δοῦναι τῷ προδόντι αὐτοῖς τὴν Λακωνικὴν, καὶ πεῖσαντι τὸν κατέχοντα αὐτὴν, ὑποσπονδον ἀπελθεῖν μετὰ τῶν Ἀχαιῶν εἰς τὴν Ἰωνίαν. *Ait verò Ephorus, etiam Eurysthenem, & Patroclem, Heraclidas, Laconicâ potitos, in sex partes regionem divisisse, atque urbes in eâdem condidisse: unam verò harum partium, nempe Amyclas, ei, qui Laconicam ipsis prodidisset, atque illam obtinenti persuasisset, uti, fœdere constituto, cum Achæis in Ioniam commearet, his exemptam donavisse.* Ac Philonomum, qui prodiderat, & Amyclas eam ob causam dono acceperat, dictum fuisse, idem istud Strabo dicit, in sequentibus mox verbis. Κατὰ καὶ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, Φιλονόμῳ προδόντι τὴν χώραν τοῖς Δωριεῦσι, μεταναστῆσαι ἐκ τῆς Λακωνικῆς εἰς τὴν τῶν Ἰώνων, τὴν καὶ νῦν Ἀχαΐαν καλουμένην. *Sub reditum verò Heraclidarum, cùm Philonomus regionem Doriensibus prodidisset, è Laconicâ in Ionum ditionem, quæ nunc quoque Achaia dicitur, migraverunt.* Ille verò, acceptam urbem incolis frequentavit, ex Lemno, & Imbro, accitis. Conon, Narrat. XXXVI. Φιλόνομος ὁ Σπαρτιάτης, προδοὺς Λακεδαίμονα Δωριεῦσι, δῶρον ἔσχε Ἀμύκλας· καὶ συνοικίζει τούτων ἐξ Ἴμβρου, καὶ Λήμνου. τρίτῃ δὲ γενεᾷ, στασιάσαντες πρὸς Δωριέας, μεταστῆσαν Ἀμύκλων. *Philonomus Spartanus, proditâ Doriensibus Laconicâ, donatur Amyclis: in eamque ex Imbro, & Lemno, incolas cogit. Tertiâ verò ætate pòst, seditione adversus Dorienses concitatâ, Amyclis pelluntur.* Ubi illud quoque observa; bellum istud, & secutam eversionem, tertio post id tempus seculo incepisse: idque verum est. quippe Teleclus, sub quo eveniisse dixi, è Pausania, regnum tertio post Eurysthenem, & Patroclem, quibus prodita à Philonomo Laconica, seculo jam obtinebat. Dicuntur autem, silentio suo periisse. Sidonius, lib. VIII. epist. VI. *Si suprà dicti confirmor assensu, Athenis loquacior; si minùs, Amyclis ipsis taciturnior ero.*

Quan-

Quanquam alii de Italiæ hoc Amyclis dictum velint. Vide quæ ex Virgilio, Lucilio, Catullo, Silio, Servioque, in rem istam observavit, immortale Bataviæ decus, Desiderius Erasmus, in Proverbio, *Amyclas perdidit silentium.* Amyclæ verò celebratæ festo Hyacinthiorum, quod ibi peragebatur. Lutatius, ad Statii Theb. IV. *Amyclæ, Laconiæ civitas, sacra Apollini: in quâ Hyacinthus in agone celebratur.* Vide quæ in hanc rem plura pridem dixi, Græciæ meæ Feriatæ libro VI, in Υακίνθια. Fœdera etiam ibidem, in Amyclæo illic templo, columnis inscripta, collocabantur: sicut observare licet apud Thucydidem. Ecce enim, ubi agitur de fœdere, icto cum Athenienſibus, lib. V. Στήλας ἓξ ἑστῶσι Ὀλυμπάσι, καὶ Πυθοῖ, καὶ Ἰσθμῷ, καὶ ἐν Ἀθήναις, ἐν πόλει, καὶ ἐν Λακεδαίμονι, ἐν Ἀμυκλαίῳ. *Columnas verò constituerent, in Olympiis, Pythiis, Isthmo: tum Athenis quoque, in arce; & Lacedæmone, in Amyclæo.* Et posteà iterum. Στήλων ἓξ ἑκατέρους ἑστῶσι. τὴν μὲν, ἐν Λακεδαίμονι, παρ' Ἀπόλλωνι, ἐν Ἀμυκλαίῳ. τὴν δὲ, ἐν Ἀθήναις, ἐν πόλει, παρ' Ἀθηνᾶ. *Columnam verò utrique constituerent; unam quidem, Lacedæmone, in Amyclæo; alteram verò, Athenis, in arce, juxta Minervam.* Quin & calcei illis proprii, qui Ἀμυκλαῖδες dicti: de quibus suprà à me actum. Denique colonia etiam in Italiâ, communi cum hac urbe nomine, Amyclæ vocatæ: uti suprà memoravi, cùm colonias recenserem: unde &, discriminis causâ, Gratius *Lacedæmonias* has vocavit, in Cynegetico.

Et Lacedæmoniæ primùm vidistis Amyclæ.

CAP. IV.

Anthana, ab Anthe, Neptuni filio, quem Cleomenes interfecit, denominata. Anthéa. Solini locus emendatus. Aphidna. Aphrodisias: alia ab Aphrodisiâ, quæ Laconicæ locus erat. Stephanus hîc restitutus. Asine, unde dicta. Asopus. Atæa. Athenæ. Augéa. Belbina. Suidas emendatus. Posteà vicus facta. Hesychius correctus. De eâ controversia, inter Lacedæmonios & Megalopolitanos: quæ decisa posteà à Philopœmene. Pausanias duobus locis restitutus. Ptolemæus quoque, & Polybius, item Teles, emendati.

ANthana; una de centum: dicta ab Anthe, Neptuni filio: quem Cleomenes, Leonidæ frater, interfectum excoriavit: & in corio oracula scripsit. Stephanus. Ἀνθήνα, πόλις Λακωνικὴ, μία τῶν ἑκατόν. κέκληται δὲ, ὡς Φιλοστέφανος, ἀπὸ τῆς Ἄνθης, τῆς Ποσειδῶνος· ὃν Κλεομένης, ὁ Λεωνίδου ἀδελφὸς, ἀνελὼν, καὶ ἐκδείρας, ἔγραφεν ἐν τῷ δέρματι τὰς χρησμούς. *Anthana, urbs Laconica, una è centum. vocata autem est, ut Philostephanus refert, ab Anthe, Neptuni filio: quem Cleomenes, Leonidæ frater, cùm è medio sustulisset, & excoriasset, oracula in ejus corio perscribebat.* Meminit ejus etiam Plinius, lib. IV. cap. V. Characi Anthene dicta. Stephanus, ibidem. Χάραξ Ἀνθηνὴν αὐτὴν φησιν. *Characem Anthenen dicit.* Ita etiam Thucydides. Ex quo illud quoque discimus, fuisse in territorio Cynurensi, in ipsis finibus, sed Laconicæ jurisdictionis. Ecce verba, lib. V. Περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ περὶ διαφέρονται, μεθορίας ἔσης. ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ Θυρέαν, καὶ Ἀνθήνην πόλιν. νέμονται δ' αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι. *De terrâ Cynuriâ, de quâ semper controvertunt, quippe quæ in finibus sita. Continet autem in se Thyream, & urbem Anthenen: ac possidetur à Lacedæmoniis.* *Anthéa.* Memoratur à Solino inter oppida Laconica, cap. XIII. Sed legendum ibi *Anthena:* nam hæc urbs, cum Thyreâ, in agro Cynurio sita erat. Vide locum Thucydidis paullo antè citatum; & infrà, cap. XVII. Est itaque

itaque eadem cum Anthanâ, de quâ dixi. *Aphidna.* Stephanus, in Ἀφίδνα. Ἔστι καὶ τῆς Λακωνικῆς· ὅθεν ἦσαν αἱ Λευκιππίδες, Φοίβη, καὶ Ἱλάειρα. *Est etiam Laconicæ: unde erant Leucippi filiæ, Phœbe, & Hilaira.* *Aphrodisias:* una de centum. Stephanus, in Ἀφροδισιάς. Ἑβδόμη, πόλις Λακωνικῆς, μία τῶν ἑκατόν. *Septima, urbs Laconicæ, una de centum.* Ab Æneâ conditam, Pausanias tradit, in Laconicis, & Arcadicis. Alia autem, ne confundas, est Aphrodisia, in Laconicâ eâdem. Ejus meminit Thucydides, lib. IV. Μίαν δὲ φρουρὰν, ἥπερ καὶ ἠμύναντο τοὺς Κορτύταν, καὶ Ἀφροδισίαν, τὸ μὲν ὄχλον τῶν ψιλῶν ἐσκεδασμένων ἐφόβησεν ἔμπροσθεν. *Unum autem præsidium, quod Cortytam, & Aphrodisiam, tuebatur, facto in palantem levis armaturæ multitudinem impetu, trepidationem injecit.* Ac restitui Stephanus debet, quem apparet respexisse ipsum hunc Thucydidis locum. Ἀφροδισία, χωρίον Λακωνικῆς· Θουκυδίδης, τετάρτῃ. *Aphrodisia, locus Laconicæ: Thucydides, libro quarto.* Hodiè non rectè editur: Ἀφρόδιτα. *Aphroditia.*

Asine: ab Asine, filiâ Lacedæmonis, appellata. Stephanus. Ἀσίνη, πόλις Λακωνική· ἀπὸ Ἀσίνης, θυγατρὸς Λακεδαίμονος. *Asine, urbs Laconica: ab Asine, filiâ Lacedæmonis.* Scholiastes Thucydidis, lib. IV. Ἀσίνη, πόλις ἐστὶ Λακωνική. *Asine, urbs est Laconica.* Scylax, in Periplo. Λακεδαίμων, ἔθνος· καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσιν αἵδε· Ἀσίνη, Μοθώνη. *Lacedæmon, gens: urbesque in eâ sunt hæ; Asine, Mothone.* Xenophon Hist. Græc. lib. VII. Στρατοδούλῳ δὲ καὶ εἰς Ἀσίνην τὴν Λακωνικῆς, ἐνίκησάν τε τῷ τῶν Λακεδαιμονίων φρουρὰν, καὶ Γερήνορα, πολέμαρχον Σπαρτιάτην γεγενημένον, ἀπέκτειναν. *Ductis etiam in Asinen Laconicæ copiis, pariter præsidium Lacedæmoniorum fuderunt, & Geranorem, qui polemarchus Spartanus fuerat, occiderunt.* Meminere itidem ejus, Thucydides, lib. IV, & Polybius, lib. V. *Asopus.* Strabo, lib. VIII. Ἔστι δὲ καὶ Ἀσωπὸς πόλις ἐν τῇ Λακωνικῇ. *Est autem & Asopus urbs in Laconicâ.* Meminit ejus & Ptolemæus, in catalogo urbium Laconicarum, Geogr. lib. III. Erat verò Eleutherolaconum; ut Pausanias testatur, in Laconicis: qui &, quæ

spectatu illic suo tempore digna fuerint, refert. *Atæa.* Stephanus. Ἀταία, πόλις Λακωνική. *Atæa, urbs Laconica.* *Athenæ.* Stephanus, octo ejus nominis urbes referens, hanc secundo loco memorat, in Ἀθῆναι. Δευτέρα, πόλις Λακωνική. *Secunda, urbs Laconica.* *Augéa.* Stephanus. Αὐγεία, πόλις Λοκρίδος. ἔστι καὶ Λακωνικὴ πόλις. *Augéa, urbs Locridis. est etiam urbs Laconica.* Meminit ejus & Homerus, Iliad. β. *Aulon*, una de centum. Stephanus. Αὐλών, πόλις Λακωνικὴ, μία τῶν ἑκατόν. *Aulon urbs Laconica, una è centum.* *Belbina.* Stephanus. Βελβίνα, πόλις Λακωνική. *Belbina, urbs Laconica.* Malè Βεμβίνα, *Bembina*, apud Suidam scribitur. Βεμβίνα, πόλις Λακεδαιμονίας. *Bembina, urbs Lacedæmoniæ.* Rescribe: Βελβίνα. *Belbina.* Posteà vicus factus fuit: uti licet observare apud Hesychium. Βελβίνα, κώμη Λακωνική. *Belbina, vicus Laconicus.* Sed mendosus etiam est ille locus, & corruptè hodie editur: Βελαίνα. *Belæna.* Erat de eâ controversia inter Lacedæmonios, & Megalopolitanos Arcades: sitaque erat in ipsis finibus Laconiæ. Plutarchus, in Agide. Ἐκ τούτου Κλεομένην πρῶτον οἱ ἔφοροι πέμπουσι καταληψόμενον τὸ πρὸς τὸν Βελβίναν Ἀθηναῖον. Ἐμβολὴ δ' ἦν Λακωνικῆς τὸ χωρίον ἐστὶ, καὶ τότε πρὸς τοὺς Μεγαλοπολίτας ἀμφίλογον. *Hinc Cleomenem primùm ephori mittunt, ad Minervæ templum, quod prope Belbinam, occupandum. Is locus agri Laconici aditus erat, & tunc temporis Megalopolitanis controversus.* Sed Pausanias Lacedæmoniis adjudicat, in Arcadicis. Λέγουσι μὴν δὴ οἱ Ἀρκάδες, τὸν Βελβίναν, ὃ σφετέρας εἶναι τὸ ἀρχαῖον, ἀποτμηθῆναι Λακεδαιμονίους. λέγειν δὲ καὶ εἰκότα ἐφαίνοντό μοι, καὶ ἄλλων εἵνεκα, καὶ μάλιστα, ὅτι μοὶ δοκοῦσι Θηβαῖοι μηδὲ τοῦτο ἐλαττωμένους ὀφείλειν τοὺς Ἀρκάδας, εἰ σφίσιν ἔσεσθαι σὺν τῷ δικαίῳ τὸ ἐπανόρθωμα ἔμελλεν. *Narrant Arcades, Belbinam, ad suos olim fines pertinentem, à Lacedæmoniis abscissam. Sed non satis rationi consentanea mihi videntur dicere; cùm ob alia, tum potissimùm, quòd Thebani hac in parte non videntur Arcadum fuisse causam neglecturi, si hunc agrum jure posse vindicari existimassent.* Malè illic itidem editur, Βελεμίναν. *Beleminam:* sicut

ſicut etiam in Laconicis, ubi locum maximè irriguum tradit, fluvioque Eurotâ interlui, & habere fontes item copioſos. Apud Ptolemæum, tranſpoſito λ, & β in μμ commutato, Βλεμμίνα ſcribitur: poniturque inter urbes mediterraneas. Controverſia autem, de quâ dixi, poſteà deciſa fuit à victore Philopœmene. Livius, lib. XXXVIII. *Ager Belbinatis, quem injuriâ tyranni Lacedæmoniorum poſſederant, reſtitutus eidem civitati, (Megalopoli,) ex decreto vetere Achæorum.* Refert acta Philopœmenis. Apud Polybium, Βελβινάτις, *Belbinatis*, reſcribendum, lib. II. Κατά τε τὴν Αἰγῦλιν, καὶ Βελβινάτιν, χώραν. *Cùm in Ægyti, tum in Belbinati, agro.* Perperàm editur, καὶ Βελμινάτιν χώραν. Artemidorus, inſulam facit; uti nobis refert Stephanus, in Βελβίνα: ut & Teles, De Exilio. Exſtat fragmentum, apud Stobæum, Serm. XXXVIII. Καὶ ὀνειδίζουσι μὲν, ὅ τε Κύπριος, ὁ Μυκόνιος, ὁ Βελβινήτης. *Et exprobrant quidem: hic eſt Cyprius, iſte Myconius, ille Belbinetes.* Ita ſcribo. Malè enim hodie editur, ὁ Βελβινθείτης. *ille Belbinthites.* Colligi verò inde poteſt, inſulam eum intelligere, quia cum Cypro, Myconoque, inſulis, jungit.

CAP. V.

Belemina. Bembina. Biandina. Bityla. Bœum: una de tribus, unde orti Lacedæmonii. Etiam Bœa, ſive Bœæ; & Eleutherolaconum. Livii locus emendatus. Braſiæ, & iſtæ Eleutherolaconum: anteà Oreatæ dictæ. Bryſeæ. Cæne, ſeu Cænepolis: quæ & ipſa Eleutherolaconum erat. Olim Tænarum dicebatur: Cereriſque ibi fanum, ut & Veneris, cujus quoque erectum ex marmore ſimulacrum viſebatur. Procopii locus emendatus. Cardamyle, urbs mediterranea, in ſaxo ſita: inter eas, quas Achilli Agamemnon promittebat: ab Auguſto Lacedæmoniis donata. Carnium. Chen, Myſonis Sapientis patria. Platonis locus, aliter apud Stephanum citatus.

Belemina. Vide Belbina. *Bembina.* Vide Belbina.
Biandina. Occurrit apud Ptolemæum, Geogr. lib. III.

Bitylla, vide Oetylus. *Blemmina.* Vide Belbina.

Bœum. Una è tribus, unde orti Lacedæmonii: uti fusè suprà docui, lib. III. cap. IX. Bœa dicitur Straboni, lib. VIII. ut & Plinio, lib. IV. cap. V. Plurali numero, Bœæ, dicuntur Polybio, lib. V. & Pausaniæ, in Laconicis: uti Boæ Ptolemæo, lib. III. Erat autem inter urbes Eleutherolaconum; ut videre est apud Pausaniam, libro citato. Corruptum admodum id nomen apud Livium, lib. XXXV. *Tertiâ parte copiarum ab obsidione Gythéi abductâ, ad Pleias posuit castra. Imminet is locus & Leucis, & Acriis.* Ac mox iterum. *Egressus callibus notis, nocte Pleias pervênit.* Pleias nusquam in Laconicâ observavi, uti neque usquam alibi: itaque censeo utrobique rescribendum, *Bœas.* Certè Bœas, Leucas, & Acrias, inter se vicinas fuisse, clarè discimus è Polybio, lib. V. Ἀφικνεῖτο ἡ τῆς πεονομαίας καὶ πρὸς Ἀκρίας, καὶ Λεύκας, ἔτι ἡ καὶ τὴν τῶν Βοιῶν χώραν. *Progressus verò populationibus est ad Acrias usque, & Leucas, & Bœarum item agrum.* Licet quoque observare apud Strabonem, lib. VIII. Quin Pausanias item Bœas Acriasque vicinas facit, istis verbis. Τὰ δ' ἐπέκεινα Γυθείου πρὸς θαλάσσῃ, Ἄσωπος, Ἀκρίαι, Βοιαί. *Ultrà Gythéum ad mare, Asopus, Acriæ, Bœæ.* *Brasiæ.* Stephanus. Βρασιαὶ, πόλις Λακωνική. *Brasiæ, urbs Laconica.* Erat verò inter urbes Eleutherolaconum: ut est videre apud Pausaniam, in Laconicis. Apud Ptolemæum, Πρασία, *Prasiâ*, scribitur: uti quoque apud Scylacem, in Periplo. Etiam Πρασιαὶ, *Prasiæ*, plurali numero, scribitur alibi apud Stephanum: quippe in Πρασιαῖ ita dicit. Ἔστι καὶ Λακωνικὸν πολίχνιον. *Est & Laconicum oppidulum.* Neque aliter apud Thucydidem; qui maritimum quoque oppidulum esse dicit, lib. II. Ἄραντες δὲ ἀπ' αὐτῶν, ἀφίκοντο ἐς Πρασιάς, τὸ Λακωνικῆς πόλισμα παραθαλάσσιον. *Profecti autem illinc, accesserunt Prasias, oppidulum Laconicæ maritimum.* Meminitque iterum, lib. VI, & VII. Occurrit quoque apud Polybium, lib. IV. Anteà urbi nomen Oreatæ fuit; inde in Brasiæ mutatum. Rem, & causam, tum antiquitates ejus, narrat Pausa-

Pausanias, libro citato. Aliæ erant, ne confundas, *Bryseæ*. Pausanias, de hac urbe. Ἐντεῦθέν ἐστιν ἀπιοῦσιν ἐκ Ταϋγέτου χωρίον, ἔνθα πόλις τότε ᾠκεῖτο Βρυσέαι. καὶ Διονύσου ναὸς ἐνταῦθα ἔλαφοι τιμῶνται, καὶ ἀγάλματα ἐν ὑπαίθρῳ. τὸ δὲ ἐν τῷ ναῷ, μόναις γυναιξὶν ἔστιν ὁρᾶν· γυναῖκες γὰρ δὴ μόναι καὶ τὰ ἐς τοὺς θυσίας δρῶσιν ἐν ἀποῤῥήτῳ. *Hinc abeuntibus ex Taygeto occurrit locus, ubi olim Bryseæ urbs habitata. Restat etiamnum ibi templum Bacchi, & sub dio signa quædam. nam, quod in templo est, solis mulieribus videre licet: quæ & soliæ sacra in operto faciunt.* Meminit urbis hujus Homerus, Iliad. lib. B.

Βρυσειάς τ' ἐνέμοντο. ———

Bryseasque habitabant. ———

Ubi Scholiastes vetus. Βρυσέαι, πόλις τῆς Λακωνικῆς. *Bryseæ, urbs Laconicæ.* *Cæne.* Ita Ptolemæo dicitur, lib. III. Pausaniæ, *Cænepolis*: & inter Eleutherolaconum urbes ponitur. Olim Tænarum dicebatur: & spectatu illic digna, fanum Cereris: tum, ad mare, ædes Veneris, & è marmore simulacrum. Idem alio quodam loco, in Laconicis iisdem. Ταινάρου δὲ τὸ ἄκρας πλοῦν ὅσον πεντήκοντα σταδίων, ἐφέστηκε Καινήπολις. ὄνομα δὲ καὶ πάλαι καὶ τοῦτο Ταίναρον. μέγαρον ἐν αὐτῇ ἐστὶ Δήμητρος. καὶ ὑπὲρ θαλάσσης ναός ἐστιν Ἀφροδίτης, καὶ ἄγαλμα ἐρίθεϊ λίθου. *A Tænaro verò promontorio stadia circiter quadraginta prætervectos, oppidum excipit Cænepolis, Tænarum & ipsum olim appellatum. Est in eo Cereris fanum: &, ad mare, Veneris ædes, erectumque ex marmore signum.* Emendandus est Procopius, Vandalic. lib. I. Ταινάρῳ πλησιάσαν, ἣ νῦν Καινήπολις ὀνομάζεται. Malè hodie editur, ἣ νῦν Καινεπόλις ὀνομάζεται. *Cardamyle.* Herodotus, lib. VIII. Καὶ Ἀσίνη, ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ. *Et Asine, quæ ad Cardamylen Laconicam assita est.* Ptolemæus, inter urbes mediterraneas eam ponit, lib. III. Strabo, in saxo sitam dicit, lib. VIII. Εἶτ' ὀπὶ πέτρας ἐρυμνῆς ἵδρυται Καρδαμύλη. *Inde in saxo munito sita est Cardamyle.* Hesychius, simpliciter dicit: Καρδαμύλη, πόλις. *Cardamyle, urbs.* Homerus recenset inter septem eas urbes, quas Achilli se

se daturum Agamemnon promittebat, Iliad. I. Aliquandiu in potestate Messeniorum illa fuit; & Augustus Imperator, his ademptam, donavit Lacedæmoniis: uti suprà memoravi, lib. III. cap. XIII. Meminit ejus etiam Plinius, lib. IV. cap. V.

Carnium. Memoratur à Polybio, lib. V. *Chen.* Stephanus. Χλὼ, πόλις τῆς Λακωνικῆς. *Chen, urbs Laconicæ.* Maximus Tyrius, numero plurali dicit, *Chenæ:* & exiguum oppidulum fuisse dicit, Differt. XV. Diogenes Laërtius, vicum facit, in Mysone, lib. I. Patria autem fuit Mysonis philosophi, qui de septem Sapientibus unus erat. Plato, in Protagorâ, ubi eos enumerat. Τούτων ἓν μὲν ἦν Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Βίας ὁ Πριηνεύς, καὶ Σόλων ὁ ἡμέτερος, καὶ Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος, καὶ Μύσων ὁ Χηνεύς· καὶ ἕβδομος ἐν τούτοις ἐλέγετο ὁ Λακεδαιμόνιος Χίλων. *Ex illis erat & Thales Milesius, & Pittacus Mitylenæus, & Bias Prienensis, & Solon noster, & Cleobulus Lindius, & Myson Chenensis: ac septimus inter eos Chilo Lacedæmonius dicebatur.* Quem locum paullo aliter citat Stephanus, ubi Mysoni patriam eandem probat, hoc Platonis testimonio. Χλὼ, πόλις τῆς Λακωνικῆς. ὁ πολίτης, Χηνιεύς. οὕτω γὰρ Μύσων, τῶν ἐπὶ σοφίᾳ κριθέντων εἷς, Χηνιεὺς ἐχρημάτιζεν. ἀλλὰ καὶ Χλωεὺς, ὡς Πλάτων ἐν Πρωταγόρᾳ. Τούτων τῶν ἀνδρῶν ἓν Θαλῆς, καὶ Πιττακὸς, καὶ Βίας, καὶ Κλεόβουλος, καὶ Σόλων ὁ ἡμέτερος, καὶ Μύσων ὁ Χλωεὺς, καὶ ἕβδομος ἐξ αὐτῆς τῆς Λακεδαίμονος Χίλων. *Chen, urbs Laconicæ. civis, Chenienſis. Ita enim Myson, unus de septem sapientibus judicatis, Chenienſis dicebatur. Sed etiam, Chenensis: sicut Plato, in Protagorâ. Ex his viris erat Thales, & Pittacus, & Bias, & Cleobulus, & Solon noster, & Myson Chenensis, & septimus ex ipsâ Lacedæmone Chilon.* Chenensem autem fuisse Mysonem, dicit etiam Maximus Tyrius, loco citato. Εὗρε δ' ἐν Χλωαῖς, σμικρῷ καὶ ἀθενεῖ πολίσματι, ἄνδρα ἀγαθόν· ὄνομα δὲ αὐτῷ Μύσων. *Invênit autem Chenis, quod exiguum oppidulum, nec munitum, virum bonum: nomen ipsi erat Myson.* Videndus & Diogenes Laertius, in ejus Vitâ, lib. I.

CAP.

CAP. VI.

Crocea, insignis lapicidinâ. Cyparissia. Cyphanta. Strabonis locus emendatus. Dyrrhachium. Enope. Epidaurus Limera, unde dicta. Stephani locus emendatus. Gathynia, à Lacone condita. Genesæ. Gerania. Geranthæ. Gerenia. Gythium: à quibus conditum. Glympes. Halieis. Helæa. Helos: unde Helotæ appellati. Hermione. Hippola: & Minervæ Hippolaitidis illic fanum. Lacedæmon.

Crocea. Una de centum. Stephanus. Κροκέα, πόλις Λακωνικὴ, τῶν ἑκατὸν πόλεων μία. *Crocea, urbs Laconica, centum urbium una.* Pausaniæ, vicus esse dicitur; & plurali numero, *Croceæ.* Erant hîc lapicidinæ: de quibus suprà à me dictum, lib. II. cap. XVIII. *Cyparissia.* Meminit illius Strabo, lib. VIII.

Cyphanta. Polybius, lib. IV. Καὶ Πολίχναν μὲν, καὶ Πρασιὰς, καὶ Λεύκας, καὶ Κύφαντα, ἐξαπιναίως ἐπιπεσὼν ἔλαβε. Γλυμπεῖσι δὲ, καὶ Ζάρακι, ἐπιπεσὼν, ἀπέσπασε. *Polichnam igitur, Prasias, Leucas, & Cyphanta, repentinò aggressus, capit: Glympes quoque, & Zaracem, invadens, avulsit.* Plinius, ubi urbes Laconicas recensèt, lib. IV. cap. V. *Oppida, Bœa, Epidaurus, Limera cognomine, Zarax, Cyphanta.* Meminit etiam Ptolemæus, lib. III. Pausanias, ruinas tantùm exstitisse suo ævo tradit, in Laconicis. Προελθόντι δὲ ἀπὸ Ζάρακος ἔνδον τῆς θαλάσσης ἔξ που σταδίους, καὶ ἀποστρέψαντι αὐτόθι ἐς μεσόγαιαν, καὶ ἐπαναβάντι σταδίους ὡς δέκα, Κυφάντων καλουμένων ἐρείπιά ἐστι. *Procedenti verò à Zarace juxta mare circiter sex stadia, ac reverso in mediterranea stadia plus minus decem, Cyphantorum, quæ vocantur, ruinæ occurrunt.* Nec multo pòst iterum nominat. Βρασιαὶ δὲ Κυφάντων ἀπέχουσι πλοῦν σταδίων διακοσίων. *Brasiæ verò distant à Cyphantis ducentorum stadiorum navigatione.* Strabo olim Pindum fuisse tradit, lib. IX. Τινὲς δὲ Κύφαντα λέγουσι τὸν Πίνδον. *Quidam verò Cyphanta dicunt Pindum.* Ita locum hunc restituo: malè enim hodiè editur, Τινὲς δ' Ἀκύφαντα λέγουσι. *Quidam verò Acyphanta*

dicunt. *Dyrrhachium.* Una è centum. Stephanus. Δυρράχιον, πόλις Ἰλλυρική. ἔστι καὶ ἄλλη, Λακωνική, μία τῶν ἑκατόν. *Dyrrhachium, urbs Illyrica. Est & alia, Laconica, una de centum.* *Enope.* Hæc Messeniorum primò, posteà Eleutherolaconum fuit, & Gerenia, Pausaniæ ætate, dicebatur. Vide eum, in Laconicorum fine. Memoratur inter urbes, quas Achilli Agamemnon promittebat, apud Homerum, Iliad. ι. Vide de eâ Strabonem, libro VIII. *Epidaurus Limera.* Inter Eleutherolaconum urbes erat, ut refertur à Pausaniâ. Unam de centum tradit Stephanus: qui Λιμηρὰν, velut Λιμμηρὰν, dictam nomine conciso refert, quòd haberet portus multos. Ista enim ejus verba, in Ἐπίδαυρος. Τινὲς δὲ, Λιμηρὰν Λακωνικῶς λέγουσι, μίαν τῶν ἑκατὸν, διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν λιμένας. *Quidam verò, Limeram Laconicam dicunt, unam de centum, quia multos habeat portus.* Ita scribo: quippe malè hodie editur, Λίμηρον Λακωνικῶς. Omnes Λιμηρὰν constanter dicunt. Quòd Λιμηρὰ, velut Λιμενηρὰ dicta, propter portus, etiam Hesychius tradit. Λιμηρὰ, ἡ Ἐπίδαυρος, διὰ τὸ λιμένας ἔχειν εὐφυεῖς, οἷον Λιμμηρὰ. *Limera, Epidaurus; quòd egregios portus habeat, atque eos benè à naturâ factos: tanquam Limenera.* Scholiastes Thucydidis, lib. IV. Τῶν Λιμηρᾶν. οὐκ ἀπὸ τοῦ λιμοῦ ἔτως ὠνόμασται, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν λιμένας, ἀντὶ τοῦ Λιμμηρᾶν. *Limeram. Non sic dicta est à* Λιμὸς, *Fames; sed quòd portus, qui* λιμένες, *multos habeat, pro Limeneram.* Idem quoque Strabo dicit, lib. VIII. Meminere hujus urbis etiam, Thucydides, libb. IV. VI. VII. Plinius, lib. IV. cap. V. & Scylax, in Periplo. *Etaenses.* Stephanus. Ἑταῖς, πόλις Λακωνική. *Etaenses, urbs Laconica.* *Gathynia.* A Lacone rege condita, juxta mare: ut Cedrenus nobis tradit. Ὁ τύννυν Λάκων, τῶν ἡμίσεαν χώραν λαχὼν, Λακωνικῶς ἐκάλεσεν. ἧς τριάκοντα τρεῖς χρόνους βασιλεύσας, ἔκτισε πόλιν παράλιον, τὴν Γαθυνίαν. *Lacon itaque, dimidiam regionem sorte consequutus, nomen indidit Laconicæ. in quâ cùm regnasset annos triginta tres, urbem condidit maritimam, Gathyniam.* *Genese.* Stephanus. Γενέσιον,

νέση, πόλις Λακωνική. *Genesse, urbs Laconica.* *Gerania.* Vide Gerenia. *Geranthæ.* Stephanus. Γεράνθη, πόλις Λακωνική. *Geranthæ, urbs Laconica.* Apud Pausaniam, bifariàm scribitur; *Geranthræ,* & *Geronthræ.* *Gerenia.* Inter Eleutherolaconum urbes ponitur à Pausaniâ. Vide eum, in Laconicorum fine, & Messenicorum principio. Plinio, *Gerania* dicitur, lib. IV. cap. V. *Gythium.* Stephanus. Γύθιον, πόλις Λακωνική. *Gythéum, urbs Laconica.* Scribitur Γύθιον, & Γύθιον, promiscuè, apud Auctores. Pausanias, inter Eleutherolaconum urbes refert; & Apollinem, Herculemque, condidisse. Vide eum, in Laconicis: ubi etiam, quæ spectatu illic digna, memorantur. Erat autem navale Lacedæmoniorum, & triginta stadiis à Spartâ aberat. Polybius, lib. V. Ἐπιεῖτο τὴν πρέαν ἐπὶ τὸ ναύσταθμον τῶν Λακεδαιμονίων, ὃ καλεῖται μὲν Γύθιον, ἔχει δ' ἀσφαλῆ λιμένα, τῆς δ' πόλεως ἀπέχει τριάκοντα στάδια. *Iter instituit ad Lacedæmoniorum navale, quod Gythium vocant: habet verò portum tutum, abestque ab urbe stadiis triginta.* Livius, lib. XXXII. *Certior deinde factus, Gythéum oppidum omnium rerum maritimarum Lacedæmoniis receptaculum esse, nec procul à mari castra Romana abesse, omnibus id copiis aggredi statuit.* Frequens ejus apud Auctores exstat mentio. Puto, eandem esse Gathyniam, urbem itidem maritimam, ut Cedreno nominatur, conditaque à Lacone rege dicitur: sicut paullo antè dixi. *Glympes.* Erat oppidum limitaneum, in finibus Lacedæmoniorum, & Argivorum. Mentionem ejus facit Polybius, libb. IV. & V.

Halienses. Stephanus. Ἁλιεῖς, πόλις Λακωνική, παραθαλασσία. *Halienses, urbs Laconica, maritima.* Vide illic etiam originem nominis: quòd nimirum ad mare sita. Scholiastes Thucydidis, Peloponnesi urbem dicit, ad Trœzenem, in Argolicâ regione, lib. I. Ἁλιαί, πόλις Πελοποννήσου, πρὸς Τροιζῆνα, τῆς Ἀργολικῆς μοίρας. *Haliæ, urbs Peloponnesi, juxta Trœzenem, Argolicæ regionis.* Posteà Tiryns dicta fuit: uti memorat idem Stephanus, in Τίρυνς. Meminit etiam Strabo, lib. VIII.

Helæa. Hinc avectam à Paride Helenam, refert Josephus Devonius, lib. III.

——— *ac pollens ore Lacæna,*
Ignotos visura viros, ad littora gressus
Dirigit, acclivemque freto defertur Helæam.

Et posteà.

——— *cæptum juvat urbis Helææ*
Nomen. ———

An intelligit urbem Helos? Ita arbitror: nam ad mare ea sita. Pausanias. Ἐπὶ θαλάσσῃ πόλισμα Ἕλος ἐστίν, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐμνημόνευσεν ἐν καταλόγῳ Λακεδαιμονίων.

Οἵ τ' ἄρ' Ἀμύκλας εἶχον, Ἕλος τ' ἔφαλον πολίεθρον.

Ad mare oppidulum Helos erat: cujus meminit & Homerus, in recensione Lacedæmoniorum:

Quique Amyclas habitabant, & Helos, maritimum oppidulum.

Scholiastes Homeri, ad citatum à Pausaniâ versum Homeri, Iliad. β. Ἕλος, πόλις τῆς Λακωνικῆς, παράθαλάσσιος. *Helos, urbs Laconicæ, maritima.* Stephanus, simpliciter. Ἕλος, πόλις Λακωνική. *Helos, urbs Laconica.* Scholiastes Thucydidis, lib. I. Ἕλος, πόλις τῆς Λακωνικῆς. ἧς οἱ πολῖται ἐκαλοῦντο Εἵλωτες. *Helos, urbs Laconicæ: cujus cives dicebantur Helotes.* Vide plura de hac urbe apud Pausaniam, loco citato; Strabonem, lib. VIII; & Eustathium, ad citatum Homeri locum, Iliad. β. Inde servi, dicti Helotæ: de quibus suprà à me dictum; & à Cragio multo plura. *Hermione.* Scholiastes Thucydidis, lib. I. Ἑρμιονίδα. ἀπὸ Ἑρμιόνης, πόλεως Λακωνικῆς. *Hermionidem, ab Hermionâ, urbe Laconicæ.* *Hippola.* Stephanus. Ἵππολα, πόλις ἀρχαία Λακωνική. *Hippola, urbs antiqua Laconica.* Pausaniæ tempore, ejus rudera tantùm exstabant: & in istis, fanum Minervæ Hippolaïtidis. Ecce verba, in Laconicis. Καὶ πόλεως ἐρείπια Ἱππόλας ἐστίν. ἐν ᾗ αὐτοῖς, Ἀθηνᾶς ἱερὸν Ἱππολαΐτιδος. *Et Hippolæ urbis rudera sunt: & in istis, Minervæ Hippolaïtidis fanum.* *Lacedæmon.* Eadem quæ Sparta: de quâ infrà, suo loco.

CAP.

CAP. VII.

Las, Eleutherolaconum: à Dioscuris, qui Λαπέρσαι *inde dicti, &* Λαπέρσιοι, *devastata. Unde nomen illi datum. Lerne. Leucæ. Leuctra. Solini error indicatus. Bœotorum colonia, & à Pelope condita. Litææ. Maine. Mantinéa. Marius. Messa, columbis abundans. quidam, an fuisset ea, dubitárunt. Methana. Methone. Scylacis locus restitutus. Mothone. Nedon. Onugnathus. Lycophronis locus illustratus. Oenoë. Oenûs: ubi vinum, quod laudatum.*

Las. Lycophron, in Alexandrâ.

Καὶ Λᾶν περήσῃς. ——

Et Lan trajicies. ——

Ad quem locum Isacius Tzetzes. Λᾶν, πόλιν Λακεδαίμονος, ἣν Ὅμηρος Λάαν φησί. *Lan, urbem Lacedæmonis, quam Homerus Laan dicit.* Locus Homeri, quem respexit, iste est, Iliad. β.

οἵ τε Λάαν εἶχον. ——

Quique Laan habitabant. ——

Ubi ita Scholiastes. Λάαν, πόλιν Λακωνικήν. ἣν οἱ Διόσκουροι πορθήσαντες, Λαπέρσαι ἐκλήθησαν. *Laan, urbem Laconicæ: quam Dioscuri cùm vastassent,* Λαπέρσαι *sunt appellati.* Pausanias, inter Eleutherolaconum urbes ponit: posteáque decem stadiis abfuisse à mari dicit. τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ Γυθίου, Λᾶς ἐστι, θαλάσσης μὲν δέκα στάδια, Γυθίου δὲ πεντήκοντα ἀπέχουσα. *Ad Gythii dextram, Las est: à mari quidem decem stadia, à Gythio quadraginta distans.* Quod Homeri Scholiastes, Dioscuros hinc Lapersas dictos, tradit, firmat Lycophron, cui Λαπέρσιοι dicuntur.

Τοῖς ἡμιθνήτοις διπτύχοις Λαπερσίοις.

Semimortalibus geminis Lapersis.

Ubi Tzetzes. Λαπερσίοις, ὡσεὶ τὸ πέρσαι τὴν Λᾶν, πόλιν Λακωνικῆς. *Lapersis, quòd Lan vastassent, urbem Laconicæ.* Sophocles.

Νὴ τὼ Λαπέρσα, νὴ τ' Εὐρώταν τρίτον.

Per Lapersas, per Eurotam tertium.

Strabo, lib. VIII. Τὸν δὲ Λᾶν οἱ Διόσκουροί ποτε ἐκ πολιορκίας ἑλεῖν ἱστοροῦσιν, ἀφ' οὗ δὴ Λακέρσαι προσηγορεύθησαν. *Lan verò olim Dioscuri obsidione cepisse memorantur, unde & Lacersæ dicti.* Vide etiam Stephanum, in Λᾶ: & Eustathium, ad Iliad. β. Nomen verò Las accepit, quòd in saxo sita esset: cum λᾶς Græcis lapis dicatur. Eustathius, loco citato. Κεῖται δ' ὅπι πέτρας ὑψηλῆς, διὸ Λᾶ καλεῖται, ὡς ἀπὸ τοῦ λᾶς, ὁ λίθος. *Sita verò est in sublimi saxo: unde & La vocatur, tanquam à λᾶς, lapis.* Totidem verbis Stephanus dicit. Meminit urbis etiam Ptolemæus, Geogr. lib. III. Posteà vicus tantùm fuit: atque ita dicitur Livio, lib. XXXVIII. *Lacedæmonii, ut aliquem liberum ad mare haberent aditum, si quando Romam, aliove quo, mitterent legatos, simulque ut emporium, & receptaculum peregrinis mercibus, ad necessarios usus esset, nocte adorti vicum maritimum, nomine Lan, improviso occupavere.* Et paullo pòst. *Decretumque, eo referente, factum est, cùm in fidem Achæorum, tutelamque, T. Quinctius, & Romani, Laconicæ oræ castella, & vicos, tradidissent, &, cùm abstinere his ex fœdere Lacedæmonii deberent, Las vicus oppugnatus esset, cædesque ibi facta: &c.* *Lerne.* Inter oppida mediterranea recensetur à Ptolemæo, lib. III. *Leucæ.* Recensetur inter oppida Laconicæ quædam Polybius, lib. V. *Leuctra*, sive *Leuctrum.* Plutarchus, in Pelopidâ, ad mare fuisse docet. Καὶ τὸ Λακωνικῆς πολίχνιον πρὸς τῇ θαλάσσῃ, Λεῦκτρον ὀνομάζεται. *Etiam Laconicæ oppidulum maritimum, Leuctrum vocatur.* Inter Eleutherolaconum urbes memoratur à Pausaniâ: qui & refert, quæ spectatu illic digna. Nomen illi à Bœotiæ Leuctris datum, quorum & colonia erat, Pelopemque condidisse, refert Strabo, lib. VIII. Solinus, ubi de Laconiæ urbibus agit, cap. XIII. *Prætereà aliquot urbes, inter quas Leuctra: non obscura jam pridem Lacedæmoniorum fœdo exitu.* Ubi vehementer errat, quòd celeberrimam pugnam Leuctricam, quæ pugnata ad Bœotiæ Leuctra fuit, tribuit Laconiæ Leuctris. *Litææ.* Stephanus. Λιταίαι, πόλις Λακωνική. *Litææ, urbs Laconica.*

Maine.

Maine. Olim Tænarum. Vide infrà, cap. XI. *Mantinéa.* Laonicus Chalcocondyles, lib. IX. Τὸ ἕτερον ἐς τὴν Μαντινείαν τὴν Λακωνικῆς, πρὸς τῇ θαλάττῃ ἔσαν, καταφυγόντα. *Cùm alter Mantinéam Laconicæ, ad mare sitam, confugisset.* *Marius.* Inter Eleutherolaconum urbes à Pausaniâ memoratur: qui de eâ, ejusque rebus, ita scribit. Μαρμὸς δὲ, ἄλλο Ἐλευθερολακώνων πόλισμα, ὃ ἀπὸ Γερονθρῶν σταδία ἑκατὸν ἀφέστηκεν. ἱερόν ἐστιν αὐτόθι ἀρχαῖον, κοινὸν θεῶν ἁπάντων· καὶ πρὸς αὐτὸ ἄλσος, παρεχόμενον πηγάς. εἰσὶ δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἐν ἱερῷ πηγαί. ὕδωρ δὲ ἄφθονον, εἴπερ ἄλλο τι χωρίον, παρέχεται καὶ Μαρμός. *Marius verò, aliud est Eleutherolaconum oppidulum, distans Geronthris centum stadia. Fanum ibi est antiquum, diis omnibus commune: juxtà lucus, multis fontibus irriguus. Sunt & fontes in Dianio. Aquam verò copiosam, si quis alius locus, etiam Marius præbet.* *Messa.* Pausanias, postquam de Hippolâ verba fecit. ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω Μέσσα, πόλις, καὶ λιμήν. *Paullo verò ulteriùs Messa, urbs, & portus.* Ac magna ibi columbarum erat copia: unde & Πολυτρήρωνα, *multas columbas habentem*, dicit Homerus, in recensione urbium Laconicarum, Iliad. β.

Οἱ δ' εἶχον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν,
Φάρην τε, Σπάρτην τε, Πολυτρήρωνά τε Μέσσην.
Hi verò habitabant cavam Lacedæmonem immensam,
Pharinque, & Spartam, & columbis abundantem Messam.

Respexit hunc locum Hesychius, cùm inquit. Μέσσην, πόλιν Λακωνικῆς. *Messam, urbem Laconicæ.* Mirum est, quod scribit Strabo, quosdam veterum de hac urbe, an exstaret, disputare; cùm Pausaniæ etiam tempore illa fuerit. Verba Strabonis, ecce ista, lib. VIII. Τῶν δὲ ὑφ' Ὁμήρου καταλεγομένων, τὴν μὲν Μέσσην ἐδαμοῦ δεικνυσθαί φησι. *Quas autem Homerus recenset (urbes Laconicæ,) ex his Messam nusquam ostendi aiunt.* Sunt qui Messenam hanc putârint, ita dictam per apocopen, ut Grammatici appellant. Strabo, libro citato. Ἔνιοι δὲ, καὶ ἀποκοπὴν δέχονται τὴν Μεσσήνην. εἴρηται γὰρ, ὅτι καὶ αὕτη μέρος ἦν τῆς Λακωνικῆς. *Quidam verò, trun-*

truncatè dictam accipiunt, pro Messenâ: nam, hanc quoque Laconicæ partem esse, jam dictum est. Et Laconicæ etiam tribuit Scholiastes Pindari, Pyth. Od. IV. Ἐκ δὲ Μεσσήνης τῆς Λακωνικῆς πόλεως, ὁ Ἀμυθὰν ἀφῖκται. *Ex Messenâ verò, urbe Laconicæ, Amythan adest.* *Methana.* Scylax, in descriptione Laconiæ. Μεθάνα, πόλις, καὶ λιμήν. *Methana, urbs, & portus.* *Methone.* Idem Scylax. Λακεδαιμόνων, ἔθνος. καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσιν αἵδε· Ἀσίνη, Μεθώνη, Ἀχίλλειος λιμήν. *Lacedæmon, gens. & urbes in eâ istæ: Asine, Methone, Achilleus portus.* Ita rescribo: & mendose per *o* scribi in principio existimo, Μοθώνη. *Mothone.* Thucydides, lib. II. Καὶ ἐς Μεθώνην τὴν Λακωνικῆς ἀποβάντες, τῷ τείχει προσέβαλον, ὄντι ἀσθενεῖ, καὶ ἀνθρώπων ἐκ ἐόντων. *Et Methonem Laconicæ adorti, impetum fecere in murum, qui invalidus: tum nec multi homines inerant.* Diodorus Siculus, lib. XI. Καταπλεύσας δὲ τὴν Λακωνικῆς εἰς Μεθώνην, τοῦτο μὲν τὸ χωρίον εἷλε. τῶν δὲ Λακεδαιμονίων βοηθησάντων, ἀνέζευξεν. *Ad Methonem verò Laconicæ classe delatus, locum quidem illum cepit; sed, Lacedæmoniis opem ferentibus, retrò cessit.* Stephanus. Μεθώνη, πόλις Θρᾴκης, καὶ τῆς Λακωνικῆς. *Methone, urbs Thraciæ, & Laconicæ,* Meminit ejus etiam Procopius, Vandal. lib. I. At *Mothone*, Messeniæ erat: & constanter ita scribitur apud Pausaniam, in Messenicis, locis pluribus. *Mothone.* Vide in præcedenti, *Methone.* *Onugnathus.* Strabo, lib. VIII. Εἶτα πόλις, ὑπὲρ Χερρονήσου ἱδρυμένη, Κυπαρισσία, λιμένα ἔχουσα. εἶτα ἡ Ὀνυγνάθου, λιμένα ἔχουσα. *Deinde est urbs, in peninsulâ sita, Cyparissia, portum habens: inde Onugnathus, portum habens.* Scholiastes Euripidis, in Orestem, idem cum Maleâ videtur facere, cùm dicit, vulgò ὄνυ καταμάγυλον appellatam. Μαλέα δὲ, ἀκρωτήριόν ἐστι τῆς Λακεδαιμονίας, λεγόμενον ὑπό τινων ἰδιωτικῶς ὄνυ καταμάγουλον. *Malea, promontorium Lacedæmoniæ, vulgo Asini maxilla dictum quibusdam.* Lycophron, Γαμφυλαῖς ὄνυ dixit, voce æquipollente.

—— Γαμφηλαῖς ὄνυ,
Καὶ Λᾶν περήσῃς. ——

—— *Ma-*

—— *Maxillas asini,*

Et Lan, trajicies.

Oenoë. Vide in sequenti, *Oenûs.* De quâ urbe ita Stephanus. Οἰνῆς, πολίχνιον Λακωνικῆς. *Oenûs, oppidulum Laconicæ.* Atque vinum illic erat, quod laudabant. Athenæus, lib. I. Ἀλκμὰν δέ πᾳ, ἄπυρον οἶνον, καὶ ἄνθε῾ ὀσδοντα, φησὶ τ᾽ ὀκ πέντε λόφων, ὅς ἐστι τόπ῾, Σπάρτης ἀπέχων σταδίυς ἑπτά. καὶ τ᾽ ὀκ Δεινθιάδων, ἐρύματός τιν῾. καὶ τ᾽ ἐξ Οἰνοῦντ῾. *Alcman verò alibi, non coctum igne vinum, & florem redolens, memorat, è quinque collibus; qui est locus, Spartâ distans septem stadiis: tum Denthiadum, qui munitus quidam locus: tum Oenûnte.* Fuit & ejusdem ibi nominis fluvius: cujus meminit Polybius, lib. II. & Livius lib. XXXIV. Urbem verò, eandem puto, quæ Οἰνόη dicitur à Ptolemæo, ponitur que in mediterraneis.

CAP. VIII.

Oetylus; ab Oetylo heroë dicta: ac nonnullis item Tylus: idque unde. Plinius, & Ptolemæus, emendantur. Fanum ibi Sarapidis; & Apollinis Carnéi simulacrum. Oreatæ: posteà Brasiæ. Pallene: quæ Pellana aliis dicitur; Pelanaque, & Pellenè. Tyndari, cùm, pulsus ab Hippocoonte, exularet, habitatio. Scholiastes Euripidis emendatus. Fanum Æsculapii, & fons Pellanis: quidque in eo usu venerit. Pephnum, sive Pephnus. Pharis, posteà Pharæ. Plinii locus alter restitutus.

Oetylus: nomen habens ab Oetylo, heroë quodam. Stephanus. Οἴτυλ῾, πόλις Λακωνικῆς, ἀπὸ Οἰτύλυ ἥρω῾. *Oetylus, urbs Laconicæ, ab Oetylo heroë.* Pausanias, inter Eleutherolaconum urbes ponit: & de heroë, à quo nomen illi datum, posteà dicit. Ἀπὸ τούτυ σταδία ἑξ λιμνῶ῾ πεντήκοντά ἐστι καὶ ἑκατὸν ἐπὶ Οἴτυλον. ὁ δὲ ἥρως, ἀφ᾽ οὗ τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἐγένετο, Ἀργεῖ῾ τὸ ἀνέκαθεν, Ἀμφιάνακτ῾ αὐτὸς υἱὸς ὤν, ἐς Ἀντιμάχυ. *Ab hoc portu stadia sunt centum quinquaginta ad Oetylum. Heros verò, à quo nomen inditum est civitati, Argis oriundus fuit, Amphianacte natus, Antima-*

timachi filio. Meminit quoque Eustathius, ad Iliad. β. ubi Homerus, in recensione urbium Laconicarum, ita inquit.

—— ἠδ' Οἴτυλον ἀμφενέμοντο.
—— *& Oetylum incolebant.*

Scholiastes ejus anonymus. Οἴτυλον. ἔστι ἡ καὶ αὕτη πόλις Λακεδαιμονίας. *Oetylum. Est verò etiam hæc urbs Laconicæ.* Hesychius, simpliciter urbem dicit; nullâ loci, ubi sita, mentione. Οἴτυλος, πόλις. *Oetylus, urbs.* Strabo, etiam Tylum dictam esse tradit, lib. VIII. Μεταξὺ δ' ἀπὸ τῶν Θυρεάτων ἀρξαμένοις, ὁ Τύλος ἐστί· καλεῖται δ' ὑπό τινων Οἴτυλος. *Medio loco, si à Thyridibus incipias, occurrit Tylus, quam nonnulli Oetylum vocant.* Et est emendandus Plinius, lib. IV. cap. V. *Ad meridiem autem Cypariſſius ſinus, cum urbe Cypariſſiâ, ſeptuaginta duorum millium paſſuum circuitu. Oppida, Tylos, Methone: locus, Helos.* Male hodiè eo loco *Pylos* editur. Origo variati nominis hinc exiſtit, quòd nonnulli legerint in Homeri versu, quem citavi,

—— ἠδ' οἱ Τύλον ἀμφενέμοντο.
—— *& qui Tylum incolebant.*

Est id ipsum observare apud Stephanum: quem auctorem etiam Eustathius profert, loco citato. Apud Ptolemæum, inter urbes mediterraneas collocatur: sed corruptè editur, Βίτυλα. *Bityla.* Digna illic visu erant; fanum Sarapidis, & Apollinis Carnéi simulacrum. Pausanias. Θέας ἦν ἄξια ἐν Οἰτύλῳ Σαράπιδός ἐστιν ἱερὸν, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ Καρνείου ξόανον Ἀπόλλωνος. *Sunt Oetyli digna quæ ſpectentur, Sarapidis templum, & Apollinis Carnéi ſimulacrum in foro.* *Oreatæ.* Posteà Brasiæ appellatæ. Rem, & causam, pluribus Pausanias narrat, in Laconicis. Illic vide, si est tanti. De Brasiis verò, vide quæ notavi suprà. *Pallene.* Diodorus Siculus, lib. XV. Ἀρκάδες ἦν, Λυκομήδει στρατηγὸν προχειροτονήσαντες, καὶ προσδόντες αὐτῷ ἐπιλέκτους ὀνομαζομένους, ὄντας πεντακισχιλίους, ἐστράτευσαν ἐπὶ Παλλήνην τὴν Λακωνικῆς. *Arcades verò, duce creato Lycomede, traditâque ei ſelectorum, quos vocabant, militum quinque millium manu, adverſus Pallenen Laconicæ mittunt.* Ac confugit

fugit eò Tyndarus, regno pulsus ab Hippocoonte fratre. Scholiastes Euripides, ad Orestem. Τ' στερον ὕ Ἡρακλῆς, ὅτι τῷ φόνῳ ξ Τίονε Φονίσας Ἱππκόωντα, ἅμα τοῖς παισὶ, κ καταγαγὼν τ Τυνδάρεων ἀπὸ Φρίξης, κ Πελλήνης, ἐγχειρίζι αὐτῷ τὴν ἀρχὴν τ Σπάρτης. *Posteà verò Hercules, ob cædem Hyioni interfecto Hippocoonte, unà cum filiis, reducens Tyndarum à Phrixâ, & Pellenâ, Spartæ illi principatum in manum tradit.* Ita enim hîc restituo: malè editur, κ Πέλλης, & *Pellâ*. Pausanias. Προϊόντι ὕ ὡς ὅτι τὴν Πελλάναν, Χαρακωμά ἐστιν ὀνομαζόμενον. κ ἡ μ τοῦτο Πελλάνα, πόλις τὸ ἀρχαῖον. Τυνδάρεων ὕ οἰκῆσαι φασὶν, ὅτι Ἱππκόωντα, κ τὰς παῖδας, ἔφυγεν ἐκ Σπάρτης. *Hinc Pellanam versus progredienti, occurrit, quod Characoma dicunt. hinc Pellana est, urbs antiquitus. Tyndarum verò habitasse illic ferunt, cùm è Spartâ fugeret Hippocoontem, filiosque.* Adsita illi vallis erat: idque est discere ex Plutarcho, in Agesilai Vitâ. Τῆς ὕ γῆς ἀναδαθείσης, τὴν μὴ ἀπὸ ξ κ Πελλήνης χαράδρα, πρὸς τὸ Ταΰγετον, κ Μαλέαν, κ Σελλασίαν, κλήρους γενέσθαι τετρακισχιλίους πεντακοσίους· τὴν ὕ ἔξω, μυρίους πεντακισχιλίους. *Terrâ verò distributâ, quod à Pellenæ valle esset, ad Taygetum, & Maleam, ac Sellasiam, in quater mille quingentas sortes tribueretur; quod ultrà foret, in quindecim millia.* Dignum hîc, quod spectaretur, erat fanum Æsculapii, & fons Pellanis: in quem postquam virgo quædam, aquam hauriens, concidisset, capitis ejus velamentum in alio fonte, cui Lancea nomen erat, inventum esse ferebatur. Vide Pausaniam, in sequentibus illic verbis. Apud Strabonem, legitur plurali numero, *Pelana*, & neutro genere, ut Grammatici loquuntur: & eandem urbem dicit, quæ nonnullis Enope vocata fuit; aliis, etiam Gerenia. Ecce verba, lib. VIII. Ἐνόπην οἱ μὲν τὰ Πέλανα φησὶν, οἱ δὲ τόπον τινὰ περὶ Καρδαμύλην, οἱ δὲ τὴν Γερηνίαν. *Enopen verò quidam esse Pelana dicunt, quidam autem locum quendam circa Cardamylen, quidam denique Gereniam.* Polybio, *Pellene* scribitur, in fine libri XVI. ac Plutarcho, & Euripidis Scholiastæ, locis citatis. Sed discrimen tantùm est in dialecto: nam Πελλήνη, Doricè

Πελλάνα scribitur, diciturque. *Pelana.* Vide, *Pellana.* *Pellene.* Vide ibidem. *Pephnum.* Stephanus. Πέφνον, πόλις Λακωνική. *Pephnum, urbs Laconica.* Erat verò urbs maritima. Pausanias. Θαλάμων δὲ ἀπέχει σταδίους εἴκοσι Πέφνος ὄπη θαλάσσῃ. προσκέιται δὲ νησὶς, πέτρας τι μεγάλων ὐ μείζων· Πέφνος καὶ ταύτῃ τὸ ὄνομα. *Thalamis verò viginti stadiis abest Pephnus, mari adjacens. assitaque est parva insula, haud ingenti saxo major: & huic quoque Pephnus nomen.* *Pharis.* Stephanus. Φάρις, πόλις τῆς Λακωνικῆς. *Pharis, urbs Laconicæ.* Homerus, in recensione urbium Laconicarum, Iliad. β.

οἵ τ' εἶχον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν,
Φάρίν τε, Σπάρτην τε. ——
Quique habitabant cavam Lacedæmonem immensam,
Pharinque, & Spartam. ——

Meminit etiam Strabo, lib. VIII. & Pausanias, in Laconicis. Posteà *Pharæ* à Lacedæmoniis, & finitimis, appellata. Pausanias, in Messenicis. Ἦλθεν ὄπη πόλιν τῆς Λακωνικῆς, τὸ μὲν ἀρχαῖον ὄνομα καὶ ἐν Ὁμήρῳ καταλόγῳ Φάρίν, ὑπὸ δὲ τῶν Σπαρτιατῶν, καὶ περσίκων, καλούμενον Φαράς. *Contendit ad Laconicæ urbem, quæ in Homeri etiam recensione nomine antiquo Pharis, à Lacedæmoniis verò, & finitimis, Pharæ dicitur.* Itaque scribendum *Pharæ* apud Plinium existimo, ubi hactenus *Pheræ* editur, lib. IV. cap. V. *Dehinc à Tænaro ager Laconicus, liberæ gentis: & sinus circuitu (passuum) ducentorum sex millium; trajectu triginta novem millium. Oppida, Tænarum, Amyclæ, Pharæ, Leuctra, & intus Sparta.* Hodiè, ut dixi, *Pheræ* eo loco editur. Cave cum Pheris confundas, quæ Messeniæ, ac Thessaliæ, non Laconicæ.

CAP.

CAP. IX.

Pitane, ad Eurotam flumen sita: & à filiâ Eurotæ Pitanâ nomen consecuta. Aliis, non urbs, sed vicus: aliis, tribus, Menelai regis patria: non item philosophi Arcesilai. Solini error indicatus. Πιτανάτης λόχος. *Prasiæ. Psamathûs. Pyrrhichus: inter Eleutherolaconum censita.* Πύρρις χάραξ. *Pyrrhi castra. Nomen datum à Pyrrho, Achillis filio. Sellasia, ad Oenûntem sita: ac vastata ab Achivis, post victoriam de Cleomene reportatam. Nonnullis, locus Laconicæ dictus. Diana* Σελασία. *Side: à Danai filiâ Sida appellatâ.*

Pitane. Ejus meminere, Plinius, lib. IV. cap. V. Solinus, cap. XIII. Pausanias, in Laconicis. Polyænus, lib. II. in Agesilai strategemate XIV. Ausonius, Epigr. XXIII. Sita autem erat ad Eurotam flumen. Pindarus, Olymp. Od. VI.

Πρὸς Πιτάναν ἢ παρ' Εὐρώτα πόρον
Δεῖ σάμερον γ' ἐλθεῖν ἐν ὥρᾳ.
Ad Pitanen autem juxta Eurotæ meatum
Oportet hodie venire tempestivè.

Ubi Scholiastes. Πιτάναν νῦν τὴν ὁμώνυμον πόλιν λέγει τῇ ἡρωΐδι, ἐπικαμπίλῳ τῆς ὄχθης ἐπ' Εὐρώτα ποταμῷ. *Pitanam nunc dicit urbem ejusdem cum heroinâ nominis, sitam in ripâ Eurotæ fluvii.* Nomen autem ei inditum à Pitanâ, Eurotæ filiâ. Vide ibidem Scholiasten, in sequentibus mox verbis. Plutarchus, De exilio. Οὐδὲ γὰρ Ἀθηναῖοι πάντες κατοικοῦσι Κολυττόν, οὐδὲ Κορίνθιοι Κράνιον, οὐδὲ Πιτάνην Λάκωνες. *Neque enim omnes Athenienses Colyttum inhabitant, neque Cranéum Corinthii, neque Pitanen Lacones.* Scholiastes Thucydidis, vicum dicit, lib. I. Τὸν Πιτανάτην, ἀπὸ Πιτάνης κώμης. *Pitanaten, à Pitane vico.* Hesychius verò, tribum facit: & ex eâ oriundum Menelaum. Πιτανάτης στρατὸς, ὁ τῶν Ἑλλήνων· ἤτοι ἀπὸ μέρους, ἢ διὰ τὸ Μενέλαον, ὃς ἦν Πιτανάτης· ἢ χάριν ἐστράτευσαν. ἔστι δὲ καὶ Πιτάνη φυλή. *Pitanates exercitus, qui Græcorum erat: sive à parte, sive propter Menelaum, qui Pitanates: cujus*

gratiâ militabant. Est autem Pitane tribus. Ac, quod Menelaum attinet, ex Euripide itidem est observare, in Troadibus: ubi chorus introducitur, illi imprecans, ne Laconicam in terram, & Pitanen illic patriam, unquam redeat.

——— μηδὲ γαῖαν
Ποτ' ἔλθοι Λάκαιναν,
Πατρῷόν τε θάλαμον ἑστίας,
Μηδὲ πόλιν Πιτάνας.

——— *neque terram*
Unquam veniat Lacænam,
Patriumque thalamum laris,
Nec urbem Pitanes.

Magnus error est Solini, qui Arcesilai quoque patriam hanc esse tradit, in enumeratione urbium Laconicarum, cap. XIII. *Therapnæ, unde primùm cultus Dianæ: Pitane, quam Arcesilaus philosophus, inde ortus, prudentiæ suæ merito in lucem extulit.* Nam Æolica illi Pitane patria erat, non Laconica. Vide Diogenem Laërtium, in ejus Vitâ, lib. IV. Porrò ab hac urbe Pitane, etiam Πιτανάτης λόχος dicebatur: de quo suprà plura dixi.

Prasiæ. Vide suprà, *Brasiæ.* *Psamathûs.* Vide, *Amathûs.*

Pyrrhichus. Inter Eleutherolaconum urbes à Pausaniâ memoratur: qui & pluribus post exponit, unde dicta, & quæ visu digna habuerit. Ac fortasse eadem est, quæ πύρρου χάραξ dicitur Polybio, lib. V. τῇ δ' ὑστέρᾳ, περὶ ὥραν ἄμα τῷ χώραν, εἰς τὸ πύρρου καλούμενον κατέβη χάραξ. *Postero die, dum agrum populatur, ad Pyrrhi, quæ vocant, castra pervenit.* Livius, *Pyrrhi castra* dicit lib. XXXV. *Et Nabis, recepto Gythéo, cum expedito exercitu inde profectus, cùm præter Lacedæmonem raptim duxisset, Pyrrhi, quæ vocant, castra occupavit.* Certè à Pyrrho inter alia nomen datum, tradit Pausanias, in Laconicis, istis verbis. Τῷ ποταμῷ δὲ σταδίους πεντήκοντα ἀπέχει Πύρριχος, ἐν μεσογαίᾳ. τὸ δὲ ὄνομα τῇ πόλει γενέσθαι φασὶν ἀπὸ Πύρρου, τοῦ Ἀχιλλέως. *A fluvio verò distat stadiis quadraginta Pyrrhichus, in mediterraneâ regione. Nomen*

men verò inditum urbi memorant à Pyrrho, Achillis filio. Sellasia. Stephanus. Σελλασία, πόλις Λακωνική. *Sellasia, urbs Laconica.* Paullo antè penultimam per ϛ diphthongum ræpræsentat. Σελλάσϛα, πόλις τῆς Λακωνικῆς. *Sellasséa, urbs Laconicæ.* Ad Oenuntem flumen sitam fuisse, docet Livius, lib. XXXIV. *Die altero ad Sellasiam super Oenunta fluvium pervenit.* Idem observare licet apud Polybium, lib. II. Meminitque ejus iterum, lib. XVI. ut & Diodorus Siculus, lib. XV. Xenophon, non in Laconicâ eam ponit, verùm propè, Hist. Græc. lib. II. Ἐπεὶ ἦσαν ἐν Σελλασίᾳ, πλησίον τῆς Λακωνικῆς. *Cùm essent Sellasiæ, prope Laconicam.* Pausanias, tantùm rudera superfuisse suo ævo, nobis tradit; & vastatam ab Achivis, post victoriam de Cleomene reportatam. Ἀναστρέψασι δὲ, καὶ κατὰ τὸν λεωφόρον ἰοῦσι, ἐρείπια Σελασίας ἐστί. ταύτην, καθάπερ πρότερον ἔγραψα, ἐνδραποδίσαντο Ἀχαιοὶ, Λακεδαιμονίους, καὶ τὸν βασιλέα Κλεομένη, τὸν Λεωνίδα, μάχῃ νικήσαντες. *Revertenti autem, & viâ militari eunti, rudera Selasiæ occurrunt, quam Achivi, ut antè scripsi, subegerunt; victis pugnâ Lacedæmoniis, ac Cleomene item rege, Leonidæ filio.* Idem dixit anteà, in Corinthiacis: quo respexit, cùm ait, καθάπερ πρότερον ἔγραψα. ut antè scripsi. Hesychius, Laconicæ esse locum dicit: ac videri hinc Dianam Selasiam appellatam. Σελασία, Ἄρτεμις. Σελασία, τόπος τῆς Λακωνικῆς· ὅθεν εἰκὸς κληθῆναι τὴν Ἄρτεμιν. *Selasia, Diana. Selasia, locus Laconicæ: unde verisimile est vocatam esse Dianam.* Meminit ejus & Plutarchus, in Agide.

Side. Scylax, in descriptione Laconiæ. Μετὰ δὲ ταύτην, ἡ προκειμένη ἄκρα Μαλέα. Σίδη, πόλις, καὶ λιμήν. *Post hanc, promontorium, de quo dictum est, Malea. Side, urbs, & portus.* Meminit etiam Pausanias, in Laconicis: & à Sidâ, Danai filiâ, dictam ait.

CAP.

CAP. X.

Sparta; quæ & Lacedæmon. A Cecrope condita, tempore Mosis: vel à Sparto, Phoronéi filio, tempore Jacobi patriarchæ. Dicta à Sparto, Amyclantis filio: vel à Spartis, qui cum Cadmo: aut à Spartâ, Eurotæ filiâ, Lacedæmonis regis uxore. Posteà, Lacedæmon dicta: civibusque frequentata ab Euryſthene, & Patrocle, poſtquam ſorte regionem accepiſſent. Error eorum, qui à rege Lacedæmone dictam volunt, declaratus. Ejus ſitus, ac figura; & ſuburbium, Λίμναι dictum. item arx. ac quæ ea. item magnitudo, civiumque multitudo. Muris primò nullis cincta, & quàm diu: inde cincta; & id quando, ac quàm diu item, fuerit. Hi deſtructi, & inſtaurati: idque à quibus. Ejus effigies Amyclis, mulier cum lyrâ, Ariſtandri Parii opus. Civitas, Tyrtæo data, & quo modo: jura autem civitatis univerſa, Tiſameno, & fratri Hegiæ. Herodoti locus illuſtratus.

POſt tot urbes, tandem ſuo ordine commemoranda nobis etiam venit *Sparta;* quæ & *Lacedæmon* dicta. De quâ etſi quædam Cragius, lib. I. cap. II; dicam tamen etiam ipſe, quæ ſunt mihi obſervata. Conditam à Cecrope nonnulli tradunt, Moſis tempore. Honorius, De imagine mundi, lib. III. *Tempore etiam Moſis Lacedæmon urbs condita à Cecrope.* Alii, conditorem ejus Spartum faciunt, Phoronei filium; conditamque dicunt anno Jacobi patriarchæ centeſimo & quadrageſimo. Euſebius, Chron. lib. II. PM. ΕΤΟΣ ΙΑΚΩΒ Σπάρτη ἐκτίσθη ὑπὸ Σπάρτου, παιδὸς Φορωνέως. Quæ ſic vertit Hieronymus. *Sparta condita eſt à Sparto, Phoronéi filio.* CENTESIMUS QUADRAGESIMUS ANNUS JACOB. Beda, De ſex ætatibus mundi. *Jacob, annorum* CXXX, *deſcendit in Ægyptum in animabus* LXX. *Hujus temporibus Sparta quoque à Sparto, filio Phoronéi, regis Argivorum, conditur.* Stephanus, ab Amyclantis filio Sparto dictam tradit. Λακεδαίμων, πόλις ἐνδοξοτάτη τῆ ἐν Πελοποννήσῳ· ἡ Σπάρτη πρότερον, ἀπὸ Σπάρτου, τοῦ Ἀμύκλαντος. *Lacedæmon, urbs clariſſima Peloponneſi: priùs Sparta appellata, à Sparto,*

Sparto, Amyclantis filio. Alibi tamen, à Spartis, qui cum Cadmo erant, nomen esse datum tradit. Σπάρτη, Λακωνικὸν χωρίον, ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμου Σπαρτῶν. περὶ ὧν Τιμαγόρας φησὶν, ἐκπεσόντας αὐτοὺς εἰς τὴν Λακωνικὴν, Σπάρτην ἀφ' ἑαυτῶν ὀνομάσαι. *Sparta, locus Laconicæ, à Spartis, qui cum Cadmo erant. de quibus Timagoras ait, in Laconicam ejectos, Spartam à se nominasse.* De Sparto, Amyclantis filio, item Spartis, qui cum Cadmo, refert etiam Eustathius, ad Iliad. β: idque ex Stephano, ut apparet, & Pausaniâ. Ἔνιοι δὲ φασὶν, ὅτι Λακεδαίμων πόλις ἐνδοξοτάτη τῶν ἐν Πελοποννήσῳ· ἡ Σπάρτη πρότερον, ἀπὸ Σπάρτου, υἱοῦ Ἀμύκλαντος. ἢ διότι Λέλεγες, οἱ πρῶτοι συνοικήσαντες τὴν πόλιν, διασπαρμένοι τὸ πρὶν, εἶτα ἐκεῖ συνῆλθον, καὶ ᾤκησαν εἰς ταὐτό. οἱ δέ τινες, χωρίον φασὶ τὴν Σπάρτην Λακωνικὴν, κληθὲν ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμου Σπαρτῶν· οἳ, ἐκπεσόντες εἰς τὴν Λακωνικὴν, ἀφ' ἑαυτῶν τὴν Σπάρτην ὠνόμασαν. *Alii verò dicunt, Lacedæmonem esse urbem, earum, quæ in Peloponneso sunt, clarissimam: quæ Sparta priùs appellata, à Sparto, Amyclantis filio. vel quòd Leleges, qui inhabitârunt primi eam urbem, anteà sparsi, huc convenerint, atque unà habitaverint. quidam verò sunt auctores, locum Laconicæ Spartam esse, dictum à Spartis, qui cum Cadmo advenerunt, &, ejecti in Laconicam, à se Spartam nominârunt.* Ac de Spartis, qui cum Cadmo advenerunt, iterum meminit, ad Odyss. α. Alii memorant, conditam à Lacedæmone, quarto rege: qui, uxorem cùm duxisset filiam Eurotæ, Spartam, urbi nomen ejus dedit: uti testis est Pausanias, ipso in principio Laconicorum. Posteà *Lacedæmon* dicta est. Pausanias. Ἀπὸ δὲ Θόρνακος προελθόντι, ἔστιν ἡ πόλις, Σπάρτη μὲν ὀνομασθεῖσα ἐξ ἀρχῆς, προσλαβοῦσα δὲ ἀνὰ χρόνον καὶ Λακεδαίμων ἡ αὐτὴ καλεῖσθαι. πῶς δὲ τὸ ὄνομα τοῦτο ἔκτισται τῇ γῇ. *A Thornace verò descendentibus, urbs occurrit, Sparta quidem à principio, posteà etiam Lacedæmon, cùm hoc anteà regionis nomen esset, appellata.* Strabo, lib. x. Καθάπερ Σπάρτη τε καὶ Λακεδαίμων ἡ αὐτὴ εἴρηται. *Sicut Sparta, & Lacedæmon, eadem dicta est.* Atque eo nomine commemoratur apud Thucydidem, Polybium, Livium, Virgilium,

Horatium, Ovidium, Apuleium, alioſque item plures. Civibus autem infrequentior habebatur, donec Heraclidæ eam, Euryſthenes, & Patrocles, reges, occupârunt. Indicat Strabo, lib. X. Τὸν μὲν γὰρ ἱστορεῖσθαι Κισσοῦ παῖδα, ὃς τὸ Ἄργος κλίσαντος, περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἡνίκα Πατροκλῆς τὴν Σπάρτην συνῴκιζε. *Eum enim in hiſtoriis memorari Ciſſi filium, ejus, qui Argos condidit, eo tempore, quo Spartam Patrocles civibus frequentiorem faciebat.* Quanquam autem unicum Patroclem nominat, dubium non eſſe tamen ullum poteſt, quin Euryſthenes operam communicârit. Et reſpexit huc Thucydides: è quo illud quoque diſcimus, ad choros id, & ſacra, factum. Ecce verba, lib. V. Τοῖς ὁμοίοις χοροῖς, καὶ θυσίαις, καταγαγεῖν, οἵσπερ, τοπεῶτον Λακεδαίμονα κτίζοντες, τὰς βασιλέας καθίσαντο. *Eiſdem choris, & ſacris, reducere, quibus reges conſtituerant, cùm primùm Lacedæmonem condidere.* Certè duo illi reges, cùm Laconicam, uti ſuprà à me dictum, occupaſſent, Spartam ſibi regiam ſedem capientes, civibus frequentiorem effecere: ſicut cæteras quoque urbes, in quas item, qui id facerent, dimittebant. Strabo, lib. VIII. Φησὶ δ' Ἔφορος, τὰς κατασχόντας τὴν Λακωνικὴν Ἡρακλείδας, Εὐρυσθένη τε καὶ Πατροκλῆ, διελεῖν εἰς ἓξ μέρη, καὶ πόλισαι τὴν χώραν· τὴν μὲν Σπάρτην, βασίλειον ἀποφῆναι σφίσιν αὐτοῖς· εἰς δὲ τὰς ἄλλας, πέμψαι βασιλέας, ἀπιτρέψαντας, δεχεσθαι συνοίκους τοὺς βουλομένους τῶν ξένων, διὰ τὴν ὀλιγανδρίαν. *Ait verò Ephorus, potitos Laconicâ Heraclidas, Euryſthenem, & Patroclem, eam in ſex partes diviſiſſe, & urbes ibi condidiſſe. Ac Spartam quidem, ſibi regiam declaraſſe; in cæteras urbes, miſiſſe reges, quibus in mandatis dederant, uti, hominum penuriâ, peregrinos, qui id vellent, ad cohabitandum admitterent.* Et ab his, quæ *Sparta* hactenus, de Eurotæ filiâ Spartâ, appellata, *Lacedæmon* dicta fuit; à ſortitione illâ Heraclidarum, de quâ ſuprà à me actum, lib. III. cap. IX. Stephanus. Λακεδαίμων, πόλις ἐνδοξοτάτη τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, ἡ Σπάρτη πρότερον. Λακεδαίμονα δὲ, οἱ μὲν, ἀπὸ Λακεδαίμονος· ἢ ὅτι, μετὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, συνῳκισμένων κλήρῳ διανεμηθῆναι τὴν

τὴν χώραν, καὶ τ' Λαχόντα πάντων λαβεῖν, καὶ Λακεδαίμονα κληθῆναι. *Lacedæmon, urbs clarissima earum, quæ in Peloponneso erant, antea Sparta appellata. Lacedæmona verò, quidam appellatam volunt à Lacedæmone. aut, quòd post Heraclidarum reditum, qui compacto regionem distribuerant, prima etiam hæc sortitò obvenisset, & sit Lacedæmon dicta.* Constantinus Porphyrogeneta, lib. II. Them. VI. Λακεδαιμονία τ' Λακωνικῆς, ἡ πρὶν Σπάρτη. *Lacedæmonia Laconicæ, quæ antea Sparta.* Errant autem vehementer, qui à rege Lacedæmone dictam esse urbem volunt: cùm is regionem totam à suo nomine Lacedæmonem, urbem ab uxore suâ Spartam dixerit; uti suprà memoravi. Situs ejus, & figura, à Polybio traduntur, lib. V. Τῆς γὰρ Σπάρτης, τῷ μὲν καθόλου σχήματι περιφερὲς ὄσης, καὶ κειμένης ἐν πόποις ὑποπέδοις, κατὰ μέρος δὲ περιεχούσης ἐν αὐτῇ διαφόρους, ἀνωμάλους, καὶ βαθυώδεις, τόπους, &c. *Cùm enim Sparta, si figuram ejus spectes universim, sit rotunda, positaque in loco plano, sed quæ parte quâdam sui locos quosdam inæquales, atque instar tumulorum, complectatur,* &c. Loco plano sitam esse, tumulosque intra se continuisse, etiam Straboni dicitur: qui suburbium quoque refert, cui nomen Λίμναι fuit, lib. VIII. Ἔστι μὲν δὴ ἐν κοιλοτέρῳ χωρίῳ τὸ τ' πόλεως (τ' Σπάρτης) ἔδαφος, καίπερ ὀρῶν ἐπολαμβάνον ὄρη μεταξύ. ἀλλ' οὐδέν γε μέρος λιμνάζει. τὸ δὲ παλαιὸν ἐλιμνάζετο τὸ προάστιον, καὶ ἐκάλουν αὐτὸ Λίμνας. *Solum urbis (Spartæ) est in loco aliquantùm concaviore, quamvis tamen etiam montes intra se contineat. nulla tamen ejus pars stagnum habet. olim verò suburbium habuit, cui item Limnæ nomen.* Meminit suburbii etiam Scholiastes Thucydidis, lib. II. Οἱ Λακεδαιμόνιοι Ἀλκαμένη, ἐν προαστείῳ θρασυνόμενον περιπατοῦντα, κακῶς ἐχρήσαντο. *Lacedæmonii Alcamenem, in suburbio superbè agentem conspicati, malè habuerunt.* Quod ad colles, qui in urbe, de his etiam Pausanias: qui hoc addit, arcis loco, quam non aliam habebant, eum habitum fuisse, qui inprimis emineret. Verba ista, in Laconicis. Λακεδαιμονίοις δὲ ἡ ἀκρόπολις μὲν, ἐς ὕψος περιφανὲς ἐξέχουσι, οὐκ ἔστι, καθὰ δὴ Θηβαίοις ἡ Καδμεία, καὶ ἡ Λάρισα Ἀργείοις. ὄντων δὲ ἐν τῇ πόλει λόφων

καὶ ἄλλων, τὸ μάλιστα ἐς μετέωρον ἀνῆκον, ὀνομάζουσιν ἀκρόπολιν. *Lacedæmonii arcem, in excelso exstructam loco, non habent, uti Cadméam Thebani, & Larissam Argivi; sed, cùm in urbe multi sint colles, eorum maximè eminentem, arcem appellant.* Non usque adeò magnam fuisse, nec Athenis magnitudine comparandam, inde constat, quòd, cùm illæ in ambitu ducenta ferè stadia habuerint, sicut doceo in Opere De Fortunâ Atticâ, hæc duntaxat quadraginta octo habuerit. Id est discere ex Polybio, lib. IX. Εἴπῃ τις, τὴν μὲν τῶν Μεγαλοπολιτῶν πόλιν πεντήκοντα σταδίων ἔχειν τὸ περίβολον, τὴν δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα. *Dicat quispiam, urbem quidem Megalopolitanorum, quinquaginta in circuitu stadia habere; Lacedæmoniorum verò, octo & quadraginta.* Inde est illa comparatio, quam Thucydides instituit, lib. I. Λακεδαίμων γὰρ εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη, λείφθείη δὲ τά τε ἱερὰ, καὶ τὰ κατασκευῆς τὰ ἐδάφη, πολλοῦ ἂν, οἶμαι, ἀπιστίαν τὴν δυνάμεως, προελθόντος πολλοῦ χρόνου, τοῖς ἔπειτα πρὸς τὸ κλέος αὐτῶν εἶναι. Ἀθηναίων δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων, διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι ὑπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως, ἢ ἔστιν. *Nam Lacedæmon, si urbs vastaretur, relinquantur verò fana, & ædificiorum areæ, posteri, progressu temporis, vix habere, ut opinor, fidem possent, tantam eorum potentiam fuisse, quanta quidem nunc est gloria. At, Athenienssibus si idem fiat, tamen ex aspectu urbis, qualis ea appareret, duplo majorem potentiam, quàm est, conijcere liceret.* Posteà videtur tamen in multo majus excrevisse. Unde etiam Titus Quinctius Flamininus, cùm de eâ obsidendâ deliberaret, ita ait, apud Livium, lib. XXXIV. *Jam nunc hoc ita proponere vos animis oportet, hybernandum circa Lacedæmonis mœnia esse: quæ mora si laborem tantum, ac periculum, haberet, ut & animis, & corporibus, ad sustinenda ea parati essetis, hortarer vos: nunc impensâ quoque magnâ eget, in opera, in machinationes, & tormenta, quibus TANTA URBS oppugnanda est.* Justinus, lib. XXVIII. *Antigonus autem, cæsis occidione Spartanis, fortunam TANTÆ URBIS miseratus, à direptione milites prohibuit.* Civium autem, nempe

qui

qui gerendis armis apti essent, octo illic millia fuisse tradunt. Certè bello Persico Xerxis sic fuisse, Herodotus docet: apud quem roganti Xerxi sic Demaratus, regno pridem dejectus, atque ad eum profugus, respondet. Ἔστιν ἐν τῇ Λακεδαιμονίῃ Σπάρτη πόλις, ἀνδρῶν ὀκτακισχιλίων μάλιστα. καὶ ἔστι πάντες εἰσὶν ὁμοῖοι τοῖσδε ἐνθάδε μαχεσαμένοισι. *Est in Laconicâ urbs Sparta, quæ virorum octo plurimùm millia habet: hique omnes similes sunt iis, qui hîc pugnaverunt.* Quem locum respexit Eustathius, ad Iliad. β. Ἡρόδοτος δὲ λέγει, ὅτι ἐν Λακεδαίμονι Σπάρτη πόλις, ἀνδρῶν ὀκτακισχιλίων μάλιστα. *Herodotus verò dicit, in Laconicâ urbem esse Spartam, quæ octo plurimùm millia virorum habeat.* Verùm posteà, uti major multo fuit, quod jam dixi, ita quoque plures cives, incolæque, exstitere. Observare est apud Livium, qui de Nabidis tyranni tempore loquitur, lib. XXXIV. *Erat eo tempore valida urbs, & MULTITUDINE CIVIUM, INCOLARUMQUE, & omni bellico apparatu, instructa.* Muros autem non habebat. Xenophon, lib. De Agesilao. Αὐτῶν Σπαρτιατῶν δὲ μόνων ἀπολωλότων ἐν τῇ ἐν Λεύκτροις μάχῃ, καὶ λελειμένων, ὅμως διεφύλαξε τὴν πόλιν, καὶ ταῦτα ἀτείχιστον οὖσαν. *Ipsis Spartanis in pugnâ Leuctricâ interfectis non paucioribus, quàm superstites remansissent, urbem tamen, quanquam muro haud munitam, est tutatus.* Diogenes Cynicus, in Epistolâ ad Aniceridem, ubi de Lacedæmoniis agit. Ἀτείχιστον δοκοῦντες δι' ἀνδρίαν οἰκεῖν τὴν Σπάρτην, ἀφύλακτον τὴν ψυχὴν τοῖς πάθεσιν ἐκδεδώκασι. *Qui sine muris, fortitudinis causâ, Spartam habitare videntur, animam affectibus incustoditam dediderunt.* Cornelius Nepos, in Agesilao. *Cùm Epaminondas Spartam oppugnaret, esset que sine muris oppidum, talem se imperatorem præbuit, ut eo tempore omnibus apparuerit, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse.* Procopius Sophista, in Epistolâ quâdam. Λυπεῖ δή με καὶ ἡ πατρὶς, ὅτι μέρος τετειχισμένη, ὅτι δὴ μὴ τὸ ἀτείχιστον Σπάρτης ἐστὶν εἰκών. *Dolet verò mihi etiam patria, muro ex parte communita, quòd carentis muro Spartæ simulacrum haud existat.* Videndus etiam Joannes Tzetzes, Var. Hist. Chil.

IX. cap. CCLXXVI. Ac sic mansit annis ferè octingentis. Lycortas, in Oratione adversus Lacedæmonios, apud Livium, lib. XXXIX. *Cùm sine muris per octingentos ferè annos liberi, aliquando etiam principes Græciæ, fuissetis, muris, velut compedibus circundatis, vincti, per centum annos servistis.* Bello Persico ingruente, in communi Græciæ totius metu, deliberatum, an includere eam muris oporteret. Aphthonius, cap. De propositi definitione. Ἐπόντων Περσῶν, Λακεδαιμόνιοι βουλεύονται τειχίσαι τὴν Σπάρτην. *Invadentibus Persis, Lacedæmonii deliberant de cingendâ muro Spartâ.* Pòst muniri in partem cæpta, sub tyrannis. Idem Livius, lib. XXXIV. *Fuerat quondam sine muro Sparta. tyranni nuper, locis patentibus, atque planis, objecerant murum. altiora loca, & difficiliora aditu, stationibus armatorum, pro munimento objectis, tutabantur.* Huc Procopii etiam verba, anteà citata, pertinent. Ædificari autem muri primùm cæpti, cùm Cassander Græciam invaderet. Justinus, lib. XIV. *Profectus in Græciam, (Cassander,) multis civitatibus bellum infert: quarum excidio, veluti vicino incendio, territi Spartani, urbem, quam semper armis, non muris, defenderant, tum, contrà responsa fatorum, & veterem majorum gloriam, armis dissisi, murorum præsidio includunt.* Pausanias, factum illud dicit, cùm Demetrius eam, ac deinde & Pyrrhus, oppugnaret: omnium autem validissimos fecisse tyrannum Nabidem. Ecce verba, in Achaicis. Καὶ τὸ τείχη τὰ Σπάρτης καταβάλλουσιν ἐς ἔδαφος· οἰκοδομηθέντα μὲν ἢ πρότερον ἐπ' αὐτοσχεδίου, καὶ ὅτε τε τὰ Δημητρίου, καὶ ὕστερον τὰ Πύρρου, καὶ Ἠπειρωτῶν, στρατείας· ὅτε δὲ τὰ τυραννίδος τὰ Νάβιδος καὶ ἐς τὸ ἀσφαλέστατον ὀχυρωθέντα. *Et Spartæ muros demoliti sunt; qui, Demetrio, ac deinde etiam Pyrrho, & Epirotis, oppugnantibus, tumultuario opere exstructi fuerant: Nabis verò tyrannus, validissimè communivit.* Idem dicit & in Atticis. Certè, validam fuisse tempore Nabidis, etiam testatur Livius, ubi de ejus rebus agit, lib. XXXIV. *Erat eo tempore VALIDA URBS, & multitudine civium, incolarumque; & omni bellico apparatu, instructa.* Et postea.

eà. *Sed Lacedæmonem, VALIDISSIMAM URBEM, viris, armisque, oppugnaturos.* Pòst dejecit eos Philopœmen: quâ de re videndus Livius, lib. XXXVIII; Plutarchus, in Philopœmene, & Tito Quinctio Flaminino; ac Pausanias, in Achaicis, & Arcadicis. Factum autem illud fuit anno circiter centesimo, postquàm primùm structi essent. Lycortas, apud Livium, in Oratione adversus Lacedæmonios, in citatis antè verbis, lib. XXXIX. *Muris, velut compedibus circundatis, vincti, per centum annos servitiis.* Nec multo tamen pòst, quàm diruti, Appii Claudii mandato, qui legatus ad res Achaiæ componendas missus erat, instaurati. Pausanias, in Achaicis. Ἐταχύθη ὴ ἡ ἐξ ἀρχῆς αὖθις Σπαρτιάτης ὁ κύκλος ἔ ἄστυ. *Ac principio rursum urbs Spartanis muro communita est.* Præter ipsa ferè mænia, Eurotas præterfluebat. Livius, de Spartâ agens, lib. XXXIV. *Lato satis, & patenti, limite, ad Eurotam amnem, sub ipsis propè fluentem mœnibus, pervenit.* Coluthus, De raptu Helenæ.

Σπάρτιν καλλιγύναικα, φίλην πόλιν Ἀτρειωνος,
Κεκλιμένην ἐνόησε παρ' Εὐρώτεο ῥεέθροις.
Spartam, formosis fœminis præstantem, amicam urbem Atridæ,
Assitam intellexit Eurotæ fluentis.

Cicero, De Invent. lib. II. *Fluvius Eurotas, is qui propter Lacedæmonem fluit, ita magnus, & vehemens, factus est, ut eo traduci victimæ nullæ possent.* Polybius, lib. VIII. ὃς ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν παρὰ τὸν ἀπὸ τ Λακεδαίμονα ῥέοντος Εὐρώτα. *Cui inditum est hoc nomen ab Eurota, qui præter Lacedæmonem fluit.* Non rectè *circumfluere* dicit Cæstius Pius, apud Senecam Rhetorem, Suas. II. *Hanc (Spartam) Eurotas amnis circumfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam.* Sita autem erat ad eum fluvium latere orientali. Polybius, ubi Spartam describit, lib. V. Τῆ ὴ ποταμῆ παραῤῥέοντος ἐκ τ πρὸς ἀνατολὰς αὐτῆς μέρεων, ὃς καλεῖται μὲν Εὐρώτας, γίνεται ὴ τ πλείω χρόνον ἄβατος, διὰ τὸ μέγεθος. *Cùm à parte ejus orientali fluvius præterlabatur, qui Eurotas appellatur; ac plerunque haud transiri vado possit, propter copiam aquarum.*

aquarum. Effigies ejus, Amyclis spectabatur; mulier, quæ lyram tenebat, opus Aristandri Parii. Pausanias, ubi commemorat, quæ in eâ urbe erant visu digna. Ἀριστανδρος ὁ Πάριος, γυναῖκα ἐποίησεν, ἔχουσαν λύραν, Σπάρτῃ δῆλον. *Aristander verò Parius, mulierem fecit, lyram tenentem, Spartam scilicet.* Ac de urbe, hæc in genere: partes ejus, templa, loca singularia, & spectatu digna alia, à Pausaniâ accuratè describuntur: quæ, si voles, illic vide. Tanti autem civitatis suæ jus Spartanis fuit, ut id ipsum nemini communicârint, nisi unico Tisameno, & illius fratri Hegiæ: non facturi, nisi summa huc necessitas, bello Persico imminente, compulisset. Est videre apud Herodotum; qui id narrat, & quàm ægrè huc adduci ipsi quiverint, lib. IX. Ait itaque de illis. Μοῦνοι δὴ πάντων ἀνθρώπων ἐγένοντο ἔτι Σπαρτιήτησι πολῖται. *Sanè verò soli ex hominibus cunctis hi Spartanis cives sunt facti.* Cragius existimat, haud verum ab Herodoto dici; & exemplis in contrarium contendit. Ac initio, ex Strabone, & Aristotele, quoslibet à regibus admissos scribit, & donatos civitate. Sed in eo valdè fallitur. Nam concessa regio inhabitanda peregrinis, ob penuriam incolarum, sed non Sparta. Inde addit, de Terpandro, & Thalete, ac Pherecyde: quod non facilè probabit. Memorat Plutarchus, illis habitos honores summos, sed non datam civitatem. Ecce verba, in Vitâ Agidis, & Cleomenis. Τέρπανδρόν τε, καὶ Θάλητα, καὶ Φερεκύδην, ξένους ὄντας, ὅτι τὰ αὐτὰ τῷ Λυκούργῳ διεπλεκον ᾄδοντες, καὶ φιλοσοφοῦντες, ἐν Σπάρτῃ τιμηθῆναι διαφερόντως. *Terpandrumque, & Thaletem, ac Pherecydem, quanquam peregrini essent, quia eadem, quæ Lycurgus, semper canerent, studiumque sapientiæ exercerent, summo Spartæ in honore habitos esse.* De Tyrtæo, haud negari quidem potest; & in speciem concessa illi civitas, atque Spartæ habitare, quod omninò peregrino nulli licitum, datum fuit; cùm illius, tum & sui honoris caussâ, ne quid duce peregrino opus unquam habuisse viderentur: uti clarum ex Pausaniæ apophthegmate. Sed, ut dederint civitatem, ac in eâ mansionem, velut civi,

civi, jura tamen civium cuncta non dedere. Neque ulli sanè dabant. Hoc Athenienses dicunt, in Oratione suâ ad Lacedæmonios, apud Thucydidem, lib. I. Ἄμικτα γὰρ τά τε καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς νόμιμα τοῖς ἄλλοις ἔχετε. *Vestra enim jura cum aliis non communicatis.* Ad quem locum Scholiastes. οὐδενὶ γὰρ ξένῳ μεταδίδοσαν τῶν παρ' αὐτοῖς νομίμων οἱ Λακεδαιμόνιοι. *Nulli enim peregrino Lacedæmonii jura sua participabant.* Itaque Tisamenus expressè illud apud Herodotum, in citato antè libro, stipulatur. Ὡς, ἢν μὲν πολιήτην σφέτερον ποιήσωνται, τῶν πάντων μεταδιδόντες, ποιήσῃ ταῦτα, ἐπ' ἄλλῳ μισθῷ δ' ἔ. *Se, si civem ipsum suum facere vellent, item jura civitatis omnia impertirentur, id facturum, & non aliâ mercede.* Idem etiam disertè mox pro Hegia fratre petit. Δεῖν ἔλι κῆ τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτῶ Ἡγήλεω γενέσθαι Σπαρτιήτην, ὅτι τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι, τοῖσι κῆ αὐτὸς γίνεται. *Oportere civem Spartanum etiam fieri fratrem Hegiam, iisdem conditionibus, quibus ipse quoque fieret.* Et hæc quidem dicere visum, ut Herodoto fidem adstruerem, quam in dubium vocabat vir doctissimus.

CAP. XI.

Tænarum, à Tænaro denominatum, Jovis filio, aut Icarii; cujus quidam & nepotem eum tradunt. A Tettige Cretensi conditum, qui sepultus item illic. Donarium Arionis, delphino insidentis, idque in Apollinis templo. Servius, Hyginus, Germanici Interpres, & Petrus Comestor, emendati. Neptuni etiam illic templum, & ἀσφαλίου cognomento, à Tænaro dedicatum: tum Neptuni quoque festum, ibi celebrari solitum. Descensum ibi ad inferos patere, creditum. Lucani locus illustratus. Ejus vertex, Θυελίδες. Fons, in quo portus, & naves, conspicerentur: idque quâ ex causâ cessaverit. Triballorum habitatio, & Tyrrhenorum. Postea Maine dicta.

TÆnarus, sive *Tænarum:* nam utroque modo scribitur. Solinus, in Laconicæ descriptione, cap. XIII. *Est & oppidum Tænarum, nobili vetustate.* Apuleius, Milesi. lib. VI. *Lacedæmon, Achaiæ nobilis civitas, non longè sita est. hujus conterminam, deviis*

abditam locis, quære Tænarum. Refert quoque inter oppida Laconicæ Plinius, lib. IV. cap. V. Apud Ptolemæum, *Tænarium* ſcribitur, lib. III. Eratque in eo oppido natus Euphemus Argonauta, cujus meminit Orpheus, in Argonauticis.

Ταιναρίδὲς δ' Εὔφημος ἔβη, Μαλεάιδος ἄκρης
Ἐκπρολιπὼν αὐλῶνας. ——

Tænarienſis verò venit Euphemus, Maleæ promontorii
Relinquens aulonas. ——

Nomen illi datum à Tænaro, Jovis filio; ſive ab Icario. Stephanus. Ταίναρος, πόλις, ἀπὸ Ταινάρου, ὃς Γεραίστου μὲν ἀδελφὸς, Διὸς δὲ παιδός. ὃς πλέων σὺν Καλαύβρῳ τῷ ἀδελφῷ, καὶ τόπον τῆς Πελοποννήσου καταλαβών τινα, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρύσατο, ὃ καλεῖται Ταίναρον. Ἔστι καὶ Ταίναρος ὁ Ἰκαρίου υἱὸς· ἀφ' οὗ καλεῖται ἥ ἄκρα, καὶ ἡ πόλις, καὶ ὁ λιμήν. *Tænarus, urbs: à Tænaro, Geræſti quidem fratre, Jovis verò filio: qui cum fratre Calabro navigans loco quodam Peloponneſi occupato, Neptuni illic fanum condidit, Tænarum dictum. Eſt etiam Tænarus Icarii filius: à quo nomen promontorio, urbi, & portui.* Apollonii Scholiaſtes, non à Tænaro, Icarii filio, ſed à Tænaro, Elati filio, Icarii nepote, nomen tribuit. Ejus verba ita habent, lib. I. Φερεκύδης, ἐν τῇ ἐννάτῃ, φησίν· ὅτι Ἔλατος ὁ Ἰκαρίου γαμεῖ Ἐριμήδαν τὴν Δαμασίκλου. Τέκνα δὲ γίνεται Ταίναρος. ἀφ' οὗ Ταίναρον καλεῖται ἡ πόλις, καὶ ἡ ἄκρα, καὶ ὁ λιμήν. *Pherecydes, libro nono, ait; Elatum, Icarii filium, uxorem duxiſſe Erimedam, Dămaſicli filiam: ex eo verò natum Tænarum: à quo Tænarum appellatur urbs, & promontorium, & portus.* Condidit autem, Tettix Cretenſis. Heſychius. Τέττιγος ἕδρανον, ἡ Ταίναρος. Τέττιξ γὰρ ὁ Κρὴς Ταίναρον ἔκτισεν. *Tettigis ſedes, Tænarus. Tettix enim Cretenſis Tænarum condidit.* Plutarchus, De ſerâ num. vind. Τοῦτο δ' ἦν ὁ Ταίναρος. ἐκεῖ γάρ, φασὶν, ἐλθόντα μετὰ σόλα Τέττιγα τὴν Κρῆτα, πόλιν κτίσαι. *Is autem locus erat Tænarus. Ibi enim, aiunt, poſtquam claſſe appuliſſet, Tettigem Cretenſem urbem condidiſſe.* Quin ſepulcrum quoque ejus illic fuit. Suidas, in Ἀρχίλοχος. Καὶ αὐτὸν κελεύσαι ἐλθεῖν εἰς Ταίναρον, ἔνθα Τέττιξ τέθαπται. *Ac jubere*

ipſum

ipsum ire Tænarum, ubi sepultus Tettix. Posteà *Cænepolis* dicta: uti suprà memoravi, cùm de eâ urbe agerem. Erat verò non urbs tantùm, verùm etiam promontorium, atque portus: ut videmus in verbis citatis Stephani, & Scholiastæ Apollonii. De promontorio, Scholiastes Thucydidis, lib. I. Ταίναρον, ἀκρωτήριον Λακωνικῆς, ἱερὸν Ποσειδῶνος. *Tænarum, promontorium Laconicæ, Neptuno sacrum.* In eo, ex ære, insidens delphino Arion spectabatur. Pausanias. Ἀναθήματα δὲ ἄλλα τέ ἐστιν ἐν Ταινάρῳ, καὶ Ἀρίονος τοῦ κιθαρῳδοῦ χαλκοῦς, ἐπὶ δελφῖνος. *In Tænaro cùm alia sunt donaria, tum ex ære Arion citharædus, delphino insidens.* Solinus, cap. XIII. *In Lacomâ, spiraculum est, Tænaron. & Tænaron est promontorium, adversum Africæ, in quo sanum est Methymnæi Arionis. quem delphine eò advectum, imago testis est, ad effigiem casus, & veri operis, expressa ære.* Herodotus, postquam totam de Arione historiam fusè narravit, addit, lib. I. Καὶ Ἀρίονός ἐστι ἀνάθημα χάλκεον οὐ μέγα ἐπὶ Ταινάρῳ, ἐπὶ δελφῖνος ἐπεὼν ἄνθρωπος. *Et Arionis donarium ex ære non magnum est in Tænaro, homo insidens delphino.* Et ex eo A. Gellius, lib. XVI. cap. XIX. *Esse fabulæ argumentum, quod simulacra duo ænea ad Tænarum viserentur, delphinus vehens, & homo insidens.* Dion Chrysostomus, Orat. XXXVII. Ἀρίων, μουσικὸς μίμημα χαλκοῦν οὐ μέγα, ἀνέθηκεν ἐπὶ Ταινάρῳ, καὶ αὐτὸν ἐπὶ ᾧ εὐεργέτει καθήμενον. *Arion, cùm ex ære simulacrum haud magnum fecisset, id in Tænaro dedicavit; & seipsum, delphino, qui benè fecerat, insidentem.* Servius, ad Eclog. XIII. *Arion Lesbius citharædus optimus fuit: qui, cùm à Pyranto, rege Corinthiorum, petiisset, uti sibi liceret peragrare alias civitates, permissu ejus per multa oppida collectis beneficio cantilenæ opibus, Corinthum petere cæpit. in cujus necem cùm nautæ, & servuli, conjurassent, Apollo eum in somnis monuit, citharædi habitu accepto, citharâ canens ut vitaret insidias; auxilium ei non defuturum, promittens. in quem cùm conjuratorum manus involasset, petit ab eis Arion, ut sibi citharâ canere liceret. quod cùm ab illis permissum esset, ad ejus cantilenam convenere delphines. is, ubi somnio*

fidem factam videt, in mare se præcipitavit; &, exceptus ab uno delphine, Athenarum Laconice promontorium provectus est: ibique, ad memoriam casuum suorum, in templo Apollinis delphini signum insidentem se cum citharâ posuit. Sed corruptus variè is locus: & initio corrigendum: *cùm à Periandro, rege Corinthiorum, p.* ac deinde, circa finem. *exceptus ab uno delphine, ad Tænarum, Laconicæ promontorium, p.e.* Corruptus item est Petrus Comestor; ex quo discimus, regis Josiæ tempore id accidisse, Hist. Schol. in Regum lib. IV. cap. XXXVII. *In diebus Josiæ Arion à delphino in Tænarum deportatus est.* Mendosissimè hodiè editur, *in theatrum deportatus.* Certè ad Tænarum appulisse Arionem, docet etiam Oppianus, Halieut. lib. I. & Joannes Tzetzes, Var. Hist. Chil. I. cap. XVII. Eusebius, adscribit regni ejus anno septimo vicesimo. Observa autem, in citatis Servii verbis, Apollinis quoque illic templum, in quo dedicatum hoc donarium ab Arione, exstitisse. Quod verò ad prius mendum attinet, id constanter locis pluribus in Hygino est, Fab. CXCIV. ubi semper *Pyranthus* scribitur, pro *Periander:* sicut etiam in obliquis casibus. Neque aliter apud Interpretem Germanici, in Phænomenis Aratéis: ubi insuper, *Vrion*, & *Orion*, pro *Arion.* Pro Apollinis verò templo, χῶρον ἡελίῳ, *locum Solis*, dicit Homerus, Hymno in Apollinem.

Πὰρ ᾗ Λακωνίδα γαῖαν, ἀλιστέφανον πολίεθρον,
Ἵξον, ἠ χῶρον περιμβρότῳ Ἠελίοιο,
Ταίναρον. ——

Ad Laconicam autem terram, & mari coronatam urbem, Venerunt, & locum oblectantis homines Solis, Tænarum. ——

Nec Apollinis tantùm ibi templum erat, verùm etiam Neptuni. Strabo, lib. VIII. Τὸ μὲν Ταίναρον, ἀκτή ἐστιν ἐκκειμένη, τὸ ἱερὸν ἔχουσι Ποσειδῶνος, ἐν ἄλσει ἱδρυμένον. *Tænarum quidem, littus est porrectum; fanum habens Neptuni, in luco situm.* Mela, lib. II. cap. III. *In Laconico, Githius, & Eurotas: in ipso Tænaro, Neptuni*

Neptuni templum. Dicebatur autem is Neptunus, cognomento Ἀσφάλιος. Suidas. Ταίναρον, ἀκρωτήριον Λακωνικῆς, ἔνθα καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν Ἀσφαλίου. *Tænarum, promontorium Laconicæ, ubi templum Neptuni Asphalii.* Meminit itidem Plutarchus, in Pompeio: & Mela, lib. II. cap. III. Thucydides, lib. I. Cornelius Nepos, in Pausaniâ: ac complures quoque alii. Dedicatum autem à Tænaro: ut videmus in citatis Stephani verbis. πλέων (ὁ Ταίναρος) σὺν Καλάβρῳ τῷ ἀδελφῷ, καὶ τόπον τινὰ Πελοποννήσου καταλαβών τινα, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρύσατο. *Navigans (Tænarus) cum fratre Calabro, loco quodam Peloponnesi occupato, Neptuni illic fanum condidit.* Sed Neptuno non duntaxat templum ibi dedicatum, sed & festum institutum: cujus meminit Hesychius, in Ταιναρίας. Denique, fuisse & portum, quod Stephanus dicit, & Scholiastes Apollonii, in citatis antè verbis, etiam ex Thucydide apparet, lib. VII. Ὧνπερ μὲν οὖν ἐν τοῖς πρώτοις ὁρμήσαντες ἀπὸ τοῦ Ταινάρου τοῦ Λακωνικῆς, ἐς τὸ πέλαγος ἀφῆκαν. *Hi quidem igitur, inter primos à Tænaro Laconicæ solventes, in mare vela dederunt.* Etiam ex Statio, ubi de Tænaro loquitur, Theb. II.

Illic Ægæo Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos. ——

Descensum quoque ad inferos fuisse illic, à veteribus memoratum. Apollodorus, lib. II. Παραγενόμενος δὲ εἰς Ταίναρον τοῦ Λακωνικῆς, ἔστι τοῦ ᾅδου καταβάσεως τὸ στόμιον ἐστι. *Cùm accessisset ad Tænarum Laconicæ, ubi descensus ad inferos ostium est.* Scholiastes Pindari, Pyth. Od. IV. Ταίναρόν ἦ, πόλις Λακωνική. ἐν ᾗ πύλη ἐστιν εἰς ᾅδου. *Tænarum verò, urbs Laconica: in quâ porta est ad inferos.* Virgilius, Georg. lib. IV.

Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis.

Ubi vide Philargyrium, Servium, & Probum: item Acronem, ac Porphyrionem, ad Horatii lib. I. Od. XXXIV. Ac se ibi ad inferos etiam descendisse, uxoris repetendæ causâ, scribit Orpheus, non longè à principio Argonauticorum.

Ἄλλα δέ σοι κατέλεξ', ἅπερ εἶσιδον, ἠδ' ἐνόησα,
Ταινάρου ἠνίκ' ἔβλω σκοτίου ὁδὸν, ἄϊδός τε εἴσω,
Ἠμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ, δι' ἔρωτ' ἀλόχοιο.
Alia verò tibi recensui, quæ vidi, & intellexi.
Cùm tenebrosâ Tænari viâ ingressus sum ad inferos,
Citharâ meâ fretus, propter amorem conjugis.

Hinc Lucanus capiendus, lib. IX.

—— *& apertam Tænaron umbris.*

Describit eleganter Statius, loco citato.

Est locus, Inachiæ dixerunt Tænara gentes,
Quà formidatum Maleæ spirantis in auras
It caput, & nullos admittit culmine visus.
Stat sublimis apex, ventosque, imbresque, serenus
Despicit, & tantùm fessis insiditur astris.
Illic exhausti posuere cubilia venti,
Fulminibusque iter est. medium cava nubila montis
Insumpsere latus: summos nec præpetis alæ
Plausus adit colles, nec rauca tonitrua pulsant.
Ast ubi prona dies longos super æquora fines
Exigit, atque ingens medio natat umbra profundo,
Interiore sinu frangentia littora curvat
Tænarus, expositos non audax scandere fluctus.
Illic Ægæo Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos. ——

Porrò, ut hoc quoque moneam, ejus vertex Θυρίδες appellabatur. Pausanias. Ἐντεῦθεν ἀποχόντι σταδίους τριάκοντα εὑρίσκεται Θυρίδες, ἄκρα Ταινάρου. *Illinc digressis stadia triginta, occurrunt Thyrides, vertex Tænari.* Meminit earum quoque Strabo, lib. VIII. Isacius Tzetzes, ad Lycophronem, duo ait promontoria in Laconicâ ita dicta. Δύο εἰσὶν ἄκρα ἐν τῇ Λακωνικῇ, Θυρίδες λεγόμεναι. *Duo sunt promontoria in Laconicâ, Thyrides dicta.* Sed nec fons prætermittendus: qui inspectus, olim portus, atque naves, oculis objiciebat. Pausanias. Ἔστι δὲ ὑπὲρ Ταινάρου πηγὴ, νῦν μὲν ἀδὴν,

ἐδὲν, ὥστε καὶ θαῦμα, παρεχομένη, πρότερον ἢ τοῖς ἐνιδοῦσιν ἐς τὸ ὕδωρ, τὰς λιμένας, φασὶ, καὶ τὰς ναῦς, θεάσασθαι παρεῖχε. *Est verò & fons in Tænaro, qui nihil jam mtraculi præbet: olim autem inspicientibus, portus, & naves, ut aiunt, spectandas præbebat.* Quomodo verò id desierit, mox subjungit. Τοῦτο ἔπαυσε γυνὴ τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ ἐς λοιπὸν τὰ τοιαῦτα ἀποδείκνυται, μεμιασμένῳ ἐναποπλύνασα ἐσθῆτα. *Cessare hanc aquam fecit mulier, ne in posterum talia ostenderentur, cùm in eo vestem pollutam abluisset.* Fuit autem, ut hoc quoque per occasionem dicam, juxta Tænarum, uti & Taygetum montem, Triballorum habitatio. Docet id Laonicus Chalcocondyles, De reb. Turc. lib. I. ubi de Triballis agit. Ταῦτα δὴ τὰ γένη, ὡς μάλιστα διέσπαρται ἀνὰ τὴν Εὐρώπην, πολλαχῇ ᾤκησαν, ἄλλῃ τε δὴ, καὶ ἔν τινι τῆς Πελοποννήσου χώρᾳ, τῆς τε Λακωνικῆς ἐς τὸ Ταΰγετον ὄρος, καὶ ἐς τὸ Ταίναρον. *Hi verò populi, variè dispersi, in pluribus Europæ locis habitârunt, cùm alibi, tum in Peloponnesi quâdam regione, & ad Taygetum Laconiæ montem, ac Tænarum.* Etiam Tyrrheni illic habitârunt. Vide narrantem Plutarchum, lib. De Virt. Mul. Illud denique etiam dicendum hoc loco, posteà Maïnen dictam: uti observare licet apud Nicephorum Gregoram, lib. IV. & Georgium Frantzen, lib. I. cap. IV.

CAP. XII.

Teuthrone, urbs Eleutherolaconum: condita à Teuthrante. Diana ibi culta Issoria: & fons, Naia. Thalamæ, & ipsæ inter Eleutherolaconum urbes. Thea. Therapne, vicina Spartæ: ubi Diana primùm culta. Menelai illic templum, ut & Helenæ, ac sepulcrum. A Therapne, Lelegis filiâ, nominata. Plinii locus, Stephanique, item Statii, ac Lutatii, emendatus. Etiam Sparta appellata, & mari assita. A nonnullis, locus esse, non urbs, dicta: ac Dioscurorum item illic fanum. Statii locus illustratus. Apollini sacratus locus.

Teuthrone. Inter Eleutherolaconum urbes ponitur à Pausaniâ: qui & mari assitam dicit, conditamque à Teuthrante Athe-

Athenienſi: tum Dianam item Iſſoriam illic cultam, ac fuiſſe fontem Naiam. Ἀπὸ δὲ Πυῤῥίχου καταβάντι ἐς θάλασσαν, ἔστι τοῦ Θρώνη. τὸν δὲ οἰκιστὴν οἱ πάντα τοῦθραυστὸν Ἀθηναῖον ὄντα ἀποφαίνουσι. τιμῶσι δὲ θεῶν μάλιστα Ἰσσωρίαν Ἄρτεμιν. καὶ πηγή σφισιν ἐστι Ναία. *A Pyrrhicho ad mare tendenti, Teuthrone occurrit. conditorem tradunt incolæ Teuthrantem Athenienſem. Inter deos verò maximè colunt Dianam Iſſoriam: ac fontem habent Naiam.* Meminit Teuthronis etiam Ptolemæus. *Thalamæ.* Etiam hæc Eleutherolaconum urbs commemoratur à Pauſaniâ. A Ptolemæo inter urbes mediterraneas recenſetur, lib. III. *Thea.* Stephanus. Θέα, πόλις τῆς Λακωνικῆς. *Thea, urbs Laconicæ.* Meminit Theenſium, qui hanc urbem incolebant, etiam Thucydides. *Therapnæ,* ſive *Therapne;* nam utroque modo ſcribitur. Mela, lib. II. cap. III. *In Laconide Therapne, Lacedæmon, Amyclæ.* Etymologici Auctor. Θεράπνη, πόλις Λακεδαιμονίας. *Therapne, urbs Laconicæ.* Erat autem non longè à Spartâ. Coluthus, De raptu Helenæ, poſtquam de Spartâ verba fecit, addit.

Γείτονα παπταίνων ἐρατὴν θηεῖτο Θεράπνην.
Vicinam ſpectans amabilem Therapnen admirabatur.

Et obſervare eſt apud Pauſaniam, ubi Spartam deſcribit. Τὸ δὲ Ἐφηβαῖόν ἐστι καὶ ἐκτὸς τῆς πόλεως, Θεράπνης δὲ πολὺ ἀφεστηκός. *Ephebæum verò etiam eſt extra urbem, non longè à Therapne urbe diſtans.* Illic primùm culta Diana. Solinus, cap. XIII. *Therapnæ, unde primùm cultus Dianæ.* Erat ibidem Menelai templum; uti item, pariter atque Helenæ, ſepulcrum. Pauſanias. Θεράπνη δὲ ὄνομα μὲν τῷ χωρίῳ γέγονεν ἀπὸ τῆς Λέλεγος θυγατρός. Μενελάῳ δὲ ἐστιν ἐν αὐτῇ ναός. καὶ Μενέλαον, καὶ Ἑλένην, ἐνταῦθα ταφῆναι λέγουσι. *Therapne verò nomen loco datum fuit à Lelegis filiâ. Menelai verò ibi templum eſt: ac Menelaum, Helenamque, ibi referunt ſepultos.* Ubi illud quoque obſerva; à Therapne, Lelegis filiâ, nomen inditum fuiſſe. Menelaum verò, ac Helenam, ibi coli conſueviſſe, ſuprà docui, lib. I. cap. III. Tryphiodorus, De Ilii excidio, Helenam vocat Νύμφην Θεραπναίην, *Nympham Therapnæam,* ubi de eâ agit, iſto verſu.

Τοίη

Τοίη μαρμαίρουσα Θεραπναίη τότε νύμφη.
Talis tunc radians Therapnæa nympha.

Apud Plinium, non rectè scribitur, *Theramnæ*, lib. IV. cap. v. uti neque apud Stephanum, istis verbis. Θεράμναι, πόλις Λακωνική, ἣν ἔνιες Σπάρτην φασίν. *Theramnæ, urbs Laconica, quam nonnulli Spartam dicunt.* Rescribe, in Plinio, *Therapnæ*; & in Stephano, Θεράπναι. Ubi illud quoque observa, quod non alibi temerè obvium, Spartam item eam urbem appellatam. Apud Statium, pluribus locis rectè scribitur *Therapnæ*, & *Therapnæus*: sed mendosè, Theb. VII.

—— *Theramnæi fugerunt carbasa fratres.*

Et apud Lutatium, illo loco. *Theramne, Laconiæ civitas est.* Videtur ad mare sita fuisse: idque nobis Orpheus indicat, in Argonauticis, cùm inquit;

—— ἁλικλύστους τε Θεράπνας.
—— *Therapnas, quæ mari alluuntur.*

Quidam, locum potiùs, quàm urbem, dicunt. Pausanias, in citatis verbis. Θεράπνη ἦ ὄνομα μὴν τῷ χωρίῳ γένοιτο. *Therapne verò nomen loco datum fuit.* Etiam Suidas. Θεράπναι, τόπος ἐστὶν ἐν τῇ Λακεδαιμονίᾳ. *Therapne, locus est in Lacedæmonia.* Stephanus, urbem, & locum, distinguit; ac, fuisse Dioscurorum illic templum, nobis refert. Θεράπναι, (ita enim jam scribendum esse monui,) πόλις Λακωνική, ἣν ἔνιες Σπάρτην φασίν. ἔστι καὶ τόπος, ἔχων ναὸν τῶν Διοσκούρων. *Therapnæ, urbs Laconica, quam nonnulli Spartam dicunt. Est & locus, habens fanum Dioscurorum.* Scholiastes Pindari, Isthm. Od. I. Γρέον, ὅτι τῶν Λακωνικῶν ἐν Θεράπναις τὸ ἱερόν ἐστι Διοσκούρων. *Sciendum est, in Laconicæ Therapnis fanum esse Dioscurorum.* Ac respexit eò Statius, in Carmine ad Julium Menecratem, Silv. lib. IV.

Et vos Tyndaridæ, quos non horrenda Lycurgi
Taygeta, umbrosæque magis coluere Therapnæ.

Ac credebant Lacedæmonii, quo die sub terrâ agebant, sub Therapne eos agere. Inde Pindarus, de illis loquens Nem. Od. x.

Μεταμιβόμμοι δ' ἐναλλὰξ ἀμέραν, ταὶ μὲν πατρὶ φίλῳ Διΐ νέμονται, ταὶ δ' ὑπὸ κεύθεσι γαίας, ἐν γυάλοις Θεράπνας, Πότμον ἀμπιπτάλαντις ὁμοῖον. ——

Alternantes verò per vices diem, unum quidem apud patrem carum
Jovem degunt, alterum autem sub latebris terræ, in cavitatibus Therapnes,
Fatum explentes simile. ——

Ubi Scholiastes vetus. Μεταβαλόντες ἢ αὐτοὶ οἱ Διόσκουροι, ἢ ἡ διαδοχῆς ἐναλλάσσοντες τὰς ἡμέρας, μίαν μὲν διάγουσιν ἐν τῷ ἐρανῷ ὡς θεοὶ, μίαν ἢ ἐν τοῖς ὑπογείοις τ' Θεράπνης. *Permutantes verò inter se Dioscuri, ac dies per vices alternantes, unum quidem in cælo degunt tanquam dii, alterum autem in locis subterraneis Therapnes.* Utranque veterum sententiam, de urbe, & loco, tradit etiam Scholiastes Apollonii: qui hoc addit, sacrum Apollini fuisse locum, lib. 1. Θεράπναι, τόπος τ' Σπάρτης· οἱ ἢ, πόλιν. ὁ ἢ Ἀπολλώνιος, τόπον ἱερὸν Ἀπόλλωνος. *Therapnæ, locus Spartæ: quidam, urbem esse, dicunt. Apollonius verò, locum Apollini sacrum.*

Fuit itidem urbs, *Thestia.* Hanc à Thestio olim rege conditam ad Eurotam flumen, refert Cedrenus, ubi de Laconicæ regibus. Καὶ μεθ' αὐτὸν ἄλλοι τινες ἦρξαν, ἕως Θεστίου· ὃς δὴ τὴν Εὐρώταν ποταμὸν πόλιν ᾠκοδόμησε τὴν Θεστίαν. *Ac post ipsum alii quidam regnavere, usque ad Thestium; qui ad fluvium Eurotam urbem Thestiam condebat.* *Thurium.* Ptolemæo memoratur inter urbes mediterraneas.

CAP.

CAP. XIII.

Thyréa, in agro Cynurio, Laconicæ, & Argolicæ, limitaneo; unde nata inter illos controversia, & mox bellum: in quo Othryadæ virtus emicuit. Lutatii locus restitutus, & Plutarchi. Seneca Rhetor illustratus. Quot in pugnâ hac pugnârint. item quando. Menander rhetor emendatus. Coronæ, in memoriam victoriæ ejus, Thyreaticæ appellatæ. Solini locus restitutus, ut & Stephani. Trinassus. Tripolis. Tylus. Zarax, sive Zarex: à Cleomene deleta.

THyréa. Sita erat in agro Cynurio, Laconicæ, & Argolicæ, limitaneo. Thucydides, lib. II. Ἡ δὴ Θυρεᾶτις γῆ, μεθορία τῆς Ἀργείας, καὶ Λακωνικῆς, ἐστιν. *Thyreensis verò ager, Argolicam, & Laconicam, dividit.* Docet idem, lib. IV. Ἀφικνεῖντο ἐπὶ Θυρέαν. ἥ ἐστι μὲν τῆς Κυνουρίας γῆς καλουμένης, μεθορία δὲ τῆς Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς· νεμόμενοι δὲ αὐτὴν ἔδοσαν Λακεδαιμόνιοι Αἰγινήταις ἐκπεσοῦσιν ἐνοικεῖν. *In Thyream abeunt. quæ est quidem terræ, quam Cynuriam vocant, inter Argolicam, & Laconicam, limitaneæ: sed possidentes Lacedæmonii, Æginetis, patriâ ejectis, dederant inhabitandam.* Duas autem ea terra urbes in se continebat, Thyréam hanc, de quâ ago, & Anthenen: & Lacedæmonii eam possidebant. Ac Lacedæmonios quidem possedisse, vides in Thucydidis verbis, jam citatis. Et est alius ejus locus, qui & de duabus illis urbibus docet, lib. V. Περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ πέρι διαφέρονται, μεθορίας οὔσης. ἔχει δ' ἐν αὐτῇ Θυρέαν, καὶ Ἀνθήνην πόλιν. νέμονται δ' αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι. *De terrâ Cynuriâ, de quâ, quòd in finibus sita sit, semper inter eos controversia est. Continet verò in se Thyréam, & Anthenen urbem; possident verò ipsam Lacedæmonii.* Et adjudicarunt olim Amphictyones: uti docet nos Plutarchus, in minoribus Parallelis. Sed de controversiâ illâ, cujus meminit Thucydides, etiam videre licet apud Herodotum, lib. I. ac Strabonem, itidem lib. I. Et in bellum ea erupit: de quo Theseus, vetus Auctor, in fragmento apud Stobæum,

bæum, Serm. VII. Λακεδαιμόνιοι, καὶ Ἀργεῖοι, ἐπὶ χωρίῳ Θυρέας, ὃν μεθορίῳ κείμενης, μέχρι μὲν ἴσου, ὅλοις τοῖς στρατεύμασι παρετάσσοντο πρὸς ἀλλήλους. τέλος ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπιλέξαι παρ' ἑκατέρων τριακοσίους, καὶ ἐκείνων μαχεσαμένων, τοῖς κρατήσασι διαφέρειν τὸ χωρίον. ἔπερ γενομένης, Ὤθρυάδης, Λακεδαιμόνιος στρατιώτης, πολλοὺς ἀποκτείνας, καὶ πολλὰ τετρωμένος, ἔκειτο μεταξὺ τῶν ἀνῃρημένων Λακεδαιμονίων, μόνος περιληφθείς· Ἀργείων δὲ δύο, Ἀλκήνωρ, καὶ Χρομίος. ὧν ἀπελθόντων εἰς Ἄργος, ἀπαγγεῖλαι τοῖς νίκην, ὁ Ὤθρυάδης, πολλοὺς σκυλεύσας τῶν πολεμίων, τρόπαιον ἔστησε. καὶ, χρησάμενος τῷ τῶν τραυμάτων αἵματι, ἐπέγραψε, Λακεδαιμόνιοι καθ' Ἀργείων. καὶ τοῦτο πράξας, ἀπέθανε. *Lacedæmonii, & Argivi, de agro Thyréo, in confinio sito, aliquandiu totis inter se exercitibus concertabant. tandem verò visum fuit, utrinque eligere trecentos: qui cùm pugnassent, penes victores regionis jus futurum. Quo facto, Othryades, miles Lacedæmonius, cùm interfecisset multos, ipse etiam vulneribus multis saucius, jacebat inter occisos Lacedæmonios, solus superstes; cùm ex Argivis duo reliqui facti essent, Alcenor, & Chromius. qui cùm Argos abiissent, ad victoriam nuntiandam, Othryades, multis hostium spoliatis, trophæum erexit: vulnerumque usus sanguine, inscripsit; LACEDÆMONII DE ARGIVIS. & hoc facto, expiravit.* Meminit Statius, cùm inquit, Theb. IV.

Et Lacedæmonium Thyree lectura cruorem.

Ad quem locum sic Lutatius. *Thyree, civitas. Hujus populi duo quondam inter se dissidentes, Lacedæmonii, & Argivi. & Lacedæmoniorum dux Othryades, cùm ejus exercitus jam prope victor esset, tamen gravi vulnere jaceret, excepto, antequam totam animam exhalaret, sanguine, trophæa jussit attolli: quibus digito, sanguine oblito, hæc scripsit, κτ* aptron e prata λείον.* Verùm in postremis verbis nihil sani est. Sic emendo. *Hæc scripsit, Διὶ τροπαιοῦχῳ.* Firmat emendationem meam Plutarchus, qui historiam plenè narrat, in citatis Parallelis, istis verbis. Ἀργείων, καὶ Λακεδαιμονίων, ὑπὲρ Θυρεάτιδος χώρας πολεμούντων, οἱ Ἀμφικτύονες ἔκριναν, πολεμῆσαι ἑκατέρους, καὶ τὸν νικησάντων εἶναι τὴν χώραν. Λακεδαιμόνιοι μὲν

μὲν ἦν, Ὀθρυάδῃ ἐπίησαν στρατηγόν. Ἀργεῖοι δ', Θέρσανδρον. Πολεμίων δ', δύο ἐκ τῶν Ἀργείων περιελείφθησαν, Ἀγήνωρ, καὶ Χρόμιος. οἵπερ εἰς τὴν πόλιν ἤγγειλαν τὴν νίκην. Ἡρεμίας δ' ὑπαρχούσης, ὁ Ὀθρυάδης, ἔτι ζήσας, καὶ ἡμικλάστοις δόρασιν ἐπερειδόμενος, τὰς τῶν νεκρῶν ἁρπάζων ἀσπίδας, περιείλετο· καὶ τρόπαιον στήσας, ἐκ τοῦ ἰδίου αἵματος ἐπέγραψεν, Διὶ τροπαιούχῳ. *Argivis, & Lacedæmoniis, de agro Thyreatico altercantibus, Amphictyones censuerunt, uti bello utrinque inter se certarent, ac victorum fore terram. Itaque Lacedæmonii à suâ parte Othryaden fecere ducem, Argivi verò Thersandrum. Cùm pugnassent, duo ex Argivis superstites manserunt, Agenor, & Chromius; qui victoriam civibus renuntiârunt. Othryades verò, adhuc vivus, nullo jam infesto ultrà, hastilibus semifractis innixus, mortuorum scuta abstulit: ac, trophæo erecto, suo sanguine inscripsit; Jovi tropæucho.* Verùm illic, pro Ἀγήνωρ, rescribendum est, Ἀλκήνωρ, ex Herodoto, lib. I; Theseo, in citatis verbis; Pausaniâ, in Corinthiacis; & Suidâ, in Ὀθρυάδης. qui hanc pugnam fusè etiam illic narrant. Breviter autem Valerius Maximus, lib. III. cap. II. *Othryadæ quoque pugnâ pariter, ac morte speciosâ, Thyreatium laude, quàm spatio, latius solum cernitur. Qui sanguine suo scriptis literis, direptam hostibus victoriam, tantùm non post fata sua, in sinum patriæ cruento trophæi titulo retulit.* Eleganter Antonius Atticus, apud Senecam Rhetorem. *Othryades, penè à sepulcro victor, digitis vulnera gessit, ut trophæa Laconum inscriberet. dignum Spartano sacramento virum, cujus ne literæ quidem fuere sine sanguine!* Et Othryadæ quidem virtus, quæ in bello hoc emicuit, etiam commemoratur à Libanio, in Apologiâ Archidami, Declam. XXIV. Ac trecenti in hac pugnâ cum trecentis concertabant. Indicat Strabo, lib. VIII. Περὶ ὧν (Θυρεῶν) Ἀργείοις, καὶ Λακεδαιμονίοις, συνέξη ἀγὼν, τριακοσίοις πρὸς τριακοσίους. ἐνίκων δ' Λακεδαιμόνιοι, στρατηγοῦντος Ὀθρυάδα. *De quibus (Thyréis) Argivi, & Lacedæmonii, concertabant, trecenti adversus trecentos: ac vincebant Lacedæmonii, duce Othryade.* Idem dicit etiam Suidas, loco citato: ac,

multo ante utrunque, Herodotus, lib. I; & Isocrates, in Archidamo. Inde Seneca Rhetor, Suas. II. *Ut unum Othryaden citem, annumerare trecentis exempla possum.* Vides item in citatis Theseï verbis. Ampelius, tantùm quinquaginta concertasse utrinque dicit, in Libro Memoriali, ubi de regibus Lacedæm. agit. Corruptus est Solini locus, qui id bellum anno Romuli decimoseptimo gestum dicit, cap. XIII. *Anthea, & Cardamylæ, ubi quondam fuit Thyrra, nunc Locus dicitur: in quo anno* XVII. *regni Romuli, inter Laconas, & Argivos, memorabile fuit bellum.* Rescribendum: *Anthena, & Cardamyle. Ibi quondam fuit Thyréa; nunc Locus dicitur.* Erat certè Thyréa, Solini tempore, non ampliùs urbs, sed locus tantum. Ita quoque Plinii ævo, quem exscripsit: cujus hæc de eâ verba, lib. IV. cap. v. *Ubi fuere Cardamyle, Pitane, Anthena: locus Thyréa, Gerania.* Quæ verba etiam evincunt, in Solino itidem scribendum, *Anthena:* uti suprà quoque dixi, hujus libri cap. VIII. Sicut verò rege Romanorum Romulo bellum illud gestum fuit, ita quoque Spartanorum Theopompo: uti suprà indicavi, cùm de eo rege agerem. Sed in numero annorum, item in Solino, mendum; ac scribendum, *anno* XXXII *regni Romuli.* Nam Olympiadis decimæquintæ annus primus, quo id bellum gestum fuit, incidit in Romuli tricesimum secundum. Hieronymus, in Chronico Eusebiano, ad id tempus. *Bellum, quod in Thyréâ, inter Lacedæmonios & Argivos, gestum est, hoc tempore fuit.* Meminit verò hujus belli etiam Stephanus, sed mendoso itidem loco. Θυρέα πρὸς ἧς Ἀργεῖοι, καὶ Λακεδαιμόνιοι, ἐπολέμησαν. ἔστι δὲ καὶ τῆς Καναρηΐας γῆς, μεθορία δὲ τῆς Ἀργείας, καὶ Λακεδαιμονίας. *Thyréa, de quâ Argivi, & Lacedæmonii, bellum gesserunt. Est autem sita in terrâ Cænargiâ, in confinio agri Argivi, & Laconici.* Omninò rescribi debet: ἔστι δὲ καὶ τῆς Κυνουρίας γῆς. *Est autem sita in terrâ Cynuriâ.* Quippe in Cynuriâ sitam, ex Thucydidis citatis antè locis satis certum. Meminit rei hujus gestæ etiam Menander rhetor, cap. Πῶς δεῖ ἀπὸ βασιλείων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν. Αὐτῶν δὲ τῶν

δὲ τ ὑπομνήσεων, αἱ μὲν κοιναὶ, αἱ δ' ἴδιαι. ἴδιαι μὲν, ὡς τὸ περὶ Θυρέαν Λακεδαιμονίων ἔργον. *Ex ipsis verò argumentis, alia sunt communia, alia propria: propria quidem, ut res ad Thyréam gestæ à Lacedæmoniis.* Ita scribo. Malè per diphthongum scriptum à librario, Θυραίαν. *Thyræam.* Denique illud hîc addendum, Lacedæmonios, in victoriæ, quam hoc bello reportarunt, monumentum, quasdam è palmâ coronas, quas vocabant Thyreaticas, gestasse, in festo gymnopædiarum: easque posteà psilinas dictas. Athenæus, lib. XV. Θυρεατικοὶ. οὕτω καλοῦνται στέφανοί τινες παρὰ Λακεδαιμονίοις, ὡς φησι Σωσίβιος, ἐν τοῖς περὶ θυσιῶν· ψιλίνους αὐτοὺς φάσκων νῦν ὀνομάζεσθαι, ὄντας ἐκ φοινίκων. φέρειν δ' αὐτοὺς ὑπόμνημα τ ἐν Θυρέᾳ γενομένης νίκης, τοὺς προεστάτας τ ἀγομένων χορῶν ἐν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ, ὅτε καὶ ταῖς γυμνοπαιδίαις ἐπιτελοῦσι. *Thyreaticæ. sic vocantur coronæ quædam apud Lacedæmonios, ut ait Sosibius, in Opere De sacrificiis: dicens, psilinas nunc vocari, è palmâ confectas. gestare autem eas, in victoriæ, ad Thyréam reportatæ, monumentum, illos, qui præessent choris, celebratis in hoc festo, & cùm gymnopædias agitant.* Meminitque coronarum istiusmodi etiam Hesychius. Θυρεατικοί. στέφανοί τινες, παρὰ Λακεδαιμονίοις. *Thyreaticæ. coronæ quædam, apud Lacedæmonios.* Et hæc quidem de Thyréâ. *Trinassus.* Ptolemæus navale dicit; & inter urbes in Laconico sinu refert, lib. III. Καὶ ἐν τῷ Λακωνικῷ κόλπῳ, Ταίναρον, Καινὴ, Τευθρώνη, Λαῖς, Γύθιον, Τρίναστος ὄπιδον. *Et in Laconico sinu, Tænarum, Cæna, Teuthrone, Las, Gythium, Trinassus navale.* Pausaniæ ævo, mœnia supererant tantùm: isque locum præsidio munitum potiùs, quàm urbem, fuisse arbitratur. Ἐν ἀριστερᾷ δὲ Γυθείου, στάδια περιελθοῦσι ὡς τριάκοντα, ἔστιν ἐν τῇ ἠπείρῳ Τρινάστου καλουμένης τείχη, φρούριόν ποτε, ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ οὐ πόλεως. *Ad sinistram verò Gythéi, stadia circiter triginta progressò, Trinassi, quæ vocatur, muri sunt in continenti, olim castelli, ut mihi videtur, & non urbis.* *Tripolis.* Prope fines Megalopolitanorum Livio commemoratur, lib. XXXV. *Ita perculsis hostibus, Philopœmen protinus ad depopulandam Tripolin*

Laconici

Laconici agri, qui proximus finem Megalopolitarum est, duxit.

Tylus Vide *Oetylus.* *Zarax.* Inter Eleutherolaconum urbes ponitur à Polybio, & Pausaniâ. Meminit Plinius, lib. IV. cap. V. Polybius, in Argivorum finibus ponit, & excisam à Cleonymo olim tradit, lib. IV. Ἐπιδαύρου δὲ σταδίους ἑκατὸν ἀπέχει Ζάραξ, ἄλλως μὲν λιμένα χωρίον, τῶν δὲ Ἐλευθερολακώνων μάλιστα τοῦτο ἐκπεπόνηται. Ἐπεὶ καὶ Κλεώνυμος, ὁ Κλεομένους, καὶ Ἀγησιπόλιδος, μόνον τοῦτο τῶν Λακωνικῶν πολισμάτων ἐπόησεν ἀνάστατον. *Epidauro verò stadiis centum abest Zarax, locus portum cæteroquin aptum habens: sed ex omnibus Eleutherolaconum urbibus hæc afflicta maximè fuit. siquidem Cleonymus, Cleomenis filius, Agesipolidis nepos, unum hoc Laconicum excîdit oppidum.* Apud Stephanum, per η scribitur. *Zarex.* Ecce verba. Ζάρηξ, πόλις Λακωνικὴ, πρὸς τῇ θαλάσσῃ. *Zarex, urbs Laconica, ad mare sita.* Eodem modo est apud Ptolemæum.

CAP. XIV.

Ægila; ubi Dianæ fanum. Caricus. Caryæ, sive Carya: ubi Diana Caryatis. Carystus, vino nobilis. Colonæ; ubi Bacchi, Colonatæ cognomento dicti, fanum; & Cottinæ scorti Domus: quæ & buculam ex ære ibi loci dedicavit. Cortyta. Coryphasium. Cynosuris: ubi canes præcellentes. Derrha, sive Derrhium: ubi Diana Derrhiatis. Stephani locus emendatus. Pausaniæ, Stephani, & Hesychii, dissidium. Δύμη. *Pratinæ* Δυμαῖαι. *Athenæus emendatus. Iopis. Issaria. Polyæni locus restitutus. Messapéæ: ubi Jupiter, cognomento Messapeensis.* Μεσσόα; *sive Mesoa: Alcmanis poëtæ patria. Nedon: unde Minerva Neduſia. Onogla: locus vino clarus. Pieria, ubi vicus, Sacus. Sandalium: ubi Helenæ sandalium excidit, cùm persequeretur Paris. Sciritis. Scolitas: ubi Jupiter Scolitas. Sphageæ. Stathmi: ubi vinum præstans erat. Tumuli magni, sepulcra Phrygum, qui secuti Pelopem erant.*

POstquam urbes memoravimus, loca quædam videamus. In his *Ægila*; ubi fanum Dianæ erat. Pausanias, in Messen. Ἔστι δὲ Αἴγιλα τῆς Λακωνικῆς, ἔνθα ἱερὸν ἵδρυται ἄγιον Ἀρτέμιδος.

Est

Est & Ægila Laconica, ubi sacrum Dianæ. Festum ibi à matronis celebratum tradit idem, in sequentibus mox verbis. *Caricus.* Isacius Tzetzes, ad Lycophronem. οἵλυες ἦσαν ἀπὸ τῶν Καρικῶν ποτῶν, τυπέσι δὲ Λακεδαιμονίας. Καρικὸς γὰρ, ποταμὸς, καὶ τόπος, Λακωνικῆς. *Qui erant à Caricis laticibus, id est Laconiâ. Caricus enim, fluvius, & locus, Laconicæ.* *Caryæ.* Pausanias. Τὸ χωρίον Ἀρτέμιδος, καὶ Νυμφῶν, ἐστιν αἱ Καρύαι. καὶ ἄγαλμα ἔστηκεν Ἀρτέμιδος ἐν ὑπαίθρῳ Καρυάτιδος. *Locus est Dianæ, & Nymphis, sacer, Caryæ: estque sub dio Dianæ Caryatidis simulacrum.* Stephanus, Κάρυα dicit, genere neutro, ut loquuntur Grammatici. Κάρυα, χωρίον τῆς Λακωνικῆς. *Carya, locus Laconicæ.* Meminit quoque Lucianus, libro De Saltatione. Olim inter urbes erat: verum excîderunt Græci, quòd cum Persis consensisset. Vide plenè memorantem id Vitruvium, lib. I. cap. I. De Dianâ Caryatide, quæ ibidem colebatur, suprà dixi, lib. I. cap. II. *Carystus.* Vino nobilis. Vide suprà, lib. I. cap. XIV. *Colone.* In ipsâ urbe Spartâ erat: ubi Bacchi quoque fanum, & Cottinæ item domus, meretricis hîc famosæ; quæ & buculæ ex ære statuam ibi dedicaverat. Athenæus, lib. XIII. Ἐν ᾗ Λακεδαίμονι, ὥς φησι Πολέμων ὁ Περιηγητὴς, ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων, εἰκών ἐστι διαβοήτε ἑταίρας Κοττίνας. ἣν φησι καὶ βοῦν ἀναθεῖναι χαλκῆν, γράφων ὅτως. Καὶ τὸ Κοττίνας ἢ τῆς ἑταίρας εἰκόνιον, ἧς, διὰ τὴν ὄμορφίαν, αἴκημά τι λέγεται καὶ νῦν ἐγγυτάτω τῆς Κολώνης, ἵνα τὸ Διονύσιόν ἐστιν, ὄμορφὰς, καὶ πολλοῖς ἐγνωσμένον τοῖς ἐν τῇ πόλει. ἀνάθημα δ' αὐτῆς ἐστιν ὑπὲρ τὸ τῆς Χαλκιοίκου, βοΐδιόν τι χαλκοῦν, τὸ εὐφρηνιδόον εἰκόνιον. *Lacedæmone verò, ut ait Polemon Periegeta, in Opere, De donariis, quæ sunt Lacedæmone, imago quædam est Cottinæ, celebratæ meretricis quam ex ære dedicasse bovem dicit, ita scribens. Ac Cottinæ verò meretricis imaguncula, cujus, quòd illustris esset, domus etiam nunc quædam memoratur proximè Colonen, ubi Bacchi fanum est, insignis, multisque in civitate nota. Donarium verò ejus exstat supra Chalciæci fanum, bucula ex ære, imaguncula, de quâ dictum.* Bacchus verò, cujus ibi fanum extitisse dicitur,

ut hoc obiter quoque dicam, ab hoc loco Κολωνάτας cognomento appellatur. Pausanias, in Laconicis. Ἀπαντικρὺ δ', ἥ τε ὀνομαζομένη Κολώνα, καὶ Διονύσου Κολωνάτου ναός. *Ex adverso verò, & Colona est, quæ vocatur, & Bacchi Colonatæ fanum.* *Cortyta.* Stephanus. Κορτύτη, χωρίον Λακωνικόν. *Cortyta, locus Laconicus.* Meminit ejus & Thucydides, lib. IV. *Coryphasium.* Κορυφάσιον, χωρίον Λακωνικόν. *Coryphasium, locus Laconicæ.* Meminit ejus etiam Thucydides, semel, iterumque, lib. IV. *Cynosuris.* Scholiastes Callimachi, Hymno in Dianam. Κυνοσουρίς, τόπος Λακωνικῆς. *Cynosuris, locus Laconicæ.* Canes ibi præstantes erant: uti suprà memoravi, lib. III. cap. I. *Derrha.* Ibi Diana, *Derrhiatis* cognomento, colebatur. Stephanus. Δέρρα, τόπος Λακωνικῆς· ἀφ' οὗ Δερεάτιδος Ἀρτέμιδος ἱερόν. *Derrha, locus Laconicæ: à quo Dianæ Dereatidis fanum.* Sed scribendum: Δερριάτιδος. *Derrhiatidis.* Eodem modo apud Hesychium, in Καλαλαβίς, scribitur. Ἐν τῷ τῆ Δερεάτιδος ἱερῷ Ἀρτέμιδος ἀδόμενοι ὕμνοι. *Hymni in Dianæ Dereatidis fano cantati.* Itidem est rescribendum, Δερριάτιδος. *Derrhiatidis.* Pausaniæ, in Laconicis, locus iste *Derrhium* dicitur: è quo illud quoque discimus, non procul Taygeto abfuisse. Τοῦτό τε ἔστι τὸ Λαπίθαιον ἐστὶν ἐν τῷ Ταϋγέτῳ· καὶ ἀπόῤῥω Δέρριον, ἔνθα Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἐν ὑπαίθρῳ Δερριάτιδος. *Est itaque Lapithæum hoc in Taygeto: & non procul inde Derrhium, ubi sub dio Dianæ Derrhiatidis est simulacrum.* Nota autem illud etiam; à Pausaniâ simulacrum memorari, cùm Hesychius, Stephanusque, fanum dicant. *Dyme.* Hesychius. Δύμη, ἐν Σπάρτῃ Φυλὴ, καὶ τόπος. *Dyme, Spartæ tribus, & locus.* Qui inde erat, Δυμᾶς dictus: fuitque in fœminas Δυμαίας comœdia Pratinæ, Δυμαίαι inscriptæ. Malè legitur apud Athenæum, lib. IX. Τραλίνας, ἐν Δυμάναις, pro, Πρ. ἐν Δυμαίαις. Neque rectè Casaubonus vult, Λακαίναις. *Iopis.* Stephanus. Ἰώπις, Λακωνικὴ χώρα. *Iopis, Laconicæ locus.* *Messapeæ.* Stephanus. Μεσσαπέαι, χωρίον Λακωνικόν. τὸ ἐθνικὸν Μεσσαπεύς. ἔστω γὰρ ὁ Ζεὺς ἐκεῖ ὑμᾶτων. *Messapeæ, locus Laconicæ; gentile,*

tile, Messapeeus: eo enim cognomento Jupiter illic colitur. Ac de Jove quidem, hujus cognomenti, quod illic addit, sic Pausanias. Ἔστι δὲ ἐν τῷ πεδίῳ Διὸς Μεσσαπέως τέμενος. γενέσθαι δέ οἱ τὸ ἐπίκλησιν ἀπὸ ἀνδρὸς λέγουσιν, ἱερωσυνθέντα τῷ θεῷ. *Est autem in campo Jovis Messapeensis fanum: idque ei inditum cognomen tradunt de sacerdotis nomine.* *Issoria.* Ubi Diana Issoria culta. Hesychius. Ἰσσωρία, ἡ Ἄρτεμις, καὶ ἑορτὴ, καὶ τόπος ἐν Σπάρτῃ. *Issoria, Diana, & festum, & locus Spartæ.* Plutarchus, in Agesilao, neutro genere dicit, & fuisse locum munitum. Κατελάβοντο τὸ Ἰσσώριον, ἔστι δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστι, φύρκῃ καὶ δυσκβίαστον τόπον. *Occupârunt Issorium, ubi Dianæ fanum est, locum benè septum, ac munitum.* Stephanus, montem dicit. Ἰσσώριον, ὄρος τῆς Λακωνικῆς, ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Ἰσσωρία. *Issorium, mons Laconicæ, à quo Diana Issoria.* Polyænus, collem tradit, lib. II. in strategemate Agesilai XIV. Τῶν ὁπλιτῶν οἱ πολλοὶ κατελάβοντο λόφον, ἱερὸν Ἀρτέμιδος Ἰσσωρίας, ἐγγὺς Πιτάνης. *Armatorum multi occuparunt collem, Dianæ Issoriæ sacrum, prope Pitanen.* Ita enim locus ille legi debet. *Messoa.* Stephanus. Μεσσόα, τόπος τῆς Λακωνικῆς. *Messoa, locus Laconicæ.* Hæc Alcmanis poëtæ patria erat. Suidas. Ἀλκμὰν, Λάκων, ἀπὸ Μεσσόας. *Alcman, Lacon, à Messoâ.* Apud Pausaniam, unico *s*, *Mesoa*, scribitur. *Nedon.* unde cognomen Minervæ Nedusiæ. Suidas. Νέδων, ποταμὸς, καὶ τόπος Λακωνικῆς. ὅθεν Νεδουσία Ἀθηνᾶ. *Nedon, fluvius, & locus Laconicæ: unde Nedusia Minerva.* Vide etiam Stephanum, in Νέδων, & Strabonem, lib. VIII. *Onogla.* Locus, vino nobilis: exstatque ejus mentio apud Athenæum, lib. I. Vide suprà, lib. I. cap. XIV. *Pieria.* Ibi vicus, Σάκος appellatus. Stephanus. Σάκος, κώμη τῆς ἐν Λακεδαίμονι Πιερίας. *Sacus, vicus Pieriæ, quæ est in Laconicâ.* *Sandalium.* Nomen datum, quia Helenæ sandalium, Alexandrum persequentem fugientis, eo loco excidisset. Ptolemæus Hephæstionis, apud Photium, Nov. Hist. lib. IV. Ἐν Λακεδαίμονι τόπος τὸ Σανδάλιον, ἀπὸ τῆς Ἑλένης σανδαλίου ἐκπεσόντος, αὐτῆς ἐν αὐτῷ διωκομένης ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, ἕλκει τινὶ

κλῆσιν. *Lacedæmone locus quidam est Sandalium appellatus, à sandalio Helenæ; quod ibi excidit, cùm eam Alexander persequeretur.*

Sciritis: Thucydides, lib. v. Καὶ αὐτοὶ ἐφρούρουν ἐν τῇ Παρράσιᾳ, πεδίῳ ὄντι τῆ Σκιρίδι τῆς Λακωνικῆς. *Et ipsi præsidium agebant in agro Parrhasio, in Sciritide Laconicæ sito.* Meminit etiam Diodorus, lib. xv. *Scolitas.* Ibi Jupiter itidem Scolitas cultus. Vide suprà, lib. I. cap. I. *Sphageæ.* Xenophon, Hist. Græc. lib. VI. Περὶ ἣν τὸν Μνασίππου θάνατον ἐτύγχανεν ὢν τῆς Λακωνικῆς πρὸς τὰς Σφαγέας. *Quo quidem Mnasippus occubuit, fortè ad Laconicæ Sphageas erat. Stathmi.* Locus, vino nobilis. Vide suprà, lib. I. cap. XIV. Denique & tumuli magni ostendebantur, quos sepulcra Phrygum esse, qui secuti Pelopem erant, asserebant. Athenæus, lib. XIV. Ἴδοις δ' ἂν κἀν τῇ Πελοποννήσῳ πανταχοῦ, μάλιστα δ' ἐν Λακεδαίμονι, χώματα μεγάλα, ἃ καλοῦσι τάφους τῶν μετὰ Πέλοπος Φρυγῶν. *Visuntur in Peloponneso ubique, maximè verò in Lacedæmone, ingentes tumuli; quos sepulcra esse dicunt Phrygum, qui cum Pelope erant.* Erant verò etiam plura Laconicæ loca; uti vici, fontes, fluvii, atque montes: quæ quandoquidem à Pausaniâ accuratè universa memorantur, equidem hîc recensere arbitror supervacaneum. Eum adeat, quisquis fortè scire volet.

CAP.

CAP. XV.

Thornax. Apollinis Pythaëi simulacrum; cui dedicando aurum Crœsus dedit. Etiam fanum. Hesychii locus restitutus. Posteà Coccygius, aut Coccyx, dictus; quia Jupiter, in cuculum mutatus, Junonem illic vitiasset. Theocriti Scholiastes emendatus. Platanistas: locus, in quo ephebi certabant. Theocriti locus correctus. Porticus Persica: unde ita appellata. Carnus, sive Carnéus, ab Hippota, sive Aleta, interfectus: filius Jovis, & Europæ. Pausaniæ locus mutilus esse indicatur, & suppletur. Achæi Phthiotæ olim Spartam tenuerunt; à Pelope usque ad Heraclidarum reditum. Brasidiæ cenotaphium Spartæ, sepulcrum Amphipoli.

NUnc nonnulla, ad propositum mihi Opus pertinentia, sine ordine, nisi quem Pausanias ponit, in Laconicis, ejus illustrandi causâ, explicabo. Ejus verba ista occurrunt. Ἐν ᾧ Θόρνακι, ἐς γὰρ τῦτο ἀφίξῃ πρόϊὼν, ἄγαλμά ἐστι Πυθαέως Ἀπόλλωνος. *In Thornace verò, nam progressus huc pervenies, est Apollinis Pythaëi simulacrum.* De Apolline Pythaëo, dixi olim, Lectionum Atticarum lib. IV. cap. II. Thornax verò, erat mons Laconicæ. Stephanus. Θόρναξ, ὄρος τῆς Λακωνικῆς. *Thornax, mons Laconicæ.* Ad Apollinis verò ejus simulacrum cùm habere aurum vellent, quosdam in Lydiam ablegârunt, qui id illic compararent: ac cùm Sardes eam ob causam advenissent, Crœsus illis, quod coëmerant, universum est largitus. Herodotus, lib. I. Πέμψαντες γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐς Σάρδις, χρυσὸν ὠνέοντο, ἐς ἄγαλμα βελόμενοι χρήσασθαι τῦτῳ, τὸ νῦν τῆς Λακωνικῆς ἐν Θόρνακι ἵδρυται Ἀπόλλωνος. Κροῖσος δὲ σφι ὠνεομένοισι ἔδωκε δωρεήν. *Nam cùm Lacedæmonii misissent Sardes, aurum emerunt, eo uti cupientes ad hoc signum, quod in Thornace Laconicæ est Apollini dedicatum. Crœsus verò his qui emerant dono dedit.* Pausanias dicit, ad Apollinem, qui Amyclis, exornandum transtuliisse. Καὶ τὸ χρυσὸν, ὃν Κροῖσος ὁ Λυδὸς τῷ Ἀπόλλωνι ἔπεμψε τῷ Πυθαεῖ τῦτῳ, ἐς κόσμον ἔν Ἀμύκλαις κατεχρήσαντο ἀγάλματος. *Ac quod aurum Crœsus*

Lydus miserat Apollini huic Pythaëo, ad ornandum simulacrum, quod Amyclis, transtulerunt. Neque simulacrum tantùm, verùm etiam fanum erat: & Apollo, uti Pythaëus dictus, sic, à monte, etiam Thornax. Observare illud licet apud Hesychium, isto loco. Θόρναξ, ὑποπόδιον· ἢ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἐν τῇ Λακωνικῇ. ἀπὸ Θόρνακος, Θόρναξ Ἀπόλλων. *Thornax, suppedaneum: aut fanum Apollinis, in Laconicâ. A Thornace, Thornax Apollo.* Ita verba ea restituo, malè hodiè divulsa. In hoc Jovem, cùm Junonis pudicitiæ immineret, cuculi indutâ formâ, consedisse fabulantur; & Coccygium inde item, nomine mutato, dictum. Pausanias, in Corinthiacis. Ἔστι δ' ἐν ὁδῷ κατ' ἐς ταύτην ἴοντι Πρώνος μέση, καὶ ἔστι Θόρνακος καλεμένη τὸ ἀρχαῖον. ἀπὸ δὲ τοῦ Διὸς ἐς κόκκυγα ὄρνιθα ἀλλαγῆς, λεγομένης ἐνταῦθα γενέσθαι, μετονομασθῆναι τὸ ὄρος φασίν. ἱερὰ δὲ καὶ ἐς τόδε ἐπὶ ἄκρων τῶν ὀρῶν, ἐπὶ μὲν τῷ Κοκκυγίῳ Διός, ἐν δὲ τῷ Πρώνι ἐστὶν Ἥρας. *Via est autem, media inter Pronem collem, atque eum qui antiquitùs Thornax dictus. sed à Jovis in avem cuculum mutatione, quæ hîc accidisse fertur, alio nomine appellatum montem tradunt. quin & fana etiamnum in supremo montium exstant: in Coccygio quidem, Jovis; in Prone verò, Junonis.* Emendandus est Theocriti Scholiastes, Idyll. XV. ubi Θρόναξ, malè literâ transpositâ, pro Θόρναξ, scribitur: insuper & Coccyx dictus, non Coccygius, memoratur. Ecce verba. Βελόμενος δὲ (ὁ Ζεὺς) ἀφανὴς γενέσθαι, καὶ μὴ ὀφθῆναι ὑπ' αὐτῆς (τῆς Ἥρας,) τὴν ὄψιν μεταβάλλει εἰς κόκκυγα, καὶ καθέζεται εἰς ὄρος, ὃ πρῶτον μὲν Θρόναξ ἐκαλεῖτο, νῦν δὲ Κόκκυξ. *Cupiens vero (Jupiter) invisibilis fieri, neque conspici ab ipsâ (Junone,) formam mutat in cuculum; considetque in monte, qui antè quidem Thronax dicebatur, at nunc Coccyx.* Sed scribendum ibi est, ut monui, Θόρναξ. De Coccygis autem nomine, consentit etiam Hesychius, cùm inquit. Κόκκυξ, τὸ ζῶον, ἢ τὸ ὄρειον, καὶ λόφος. *Coccyx, animal, sive cuculus, & collis.* Erat locus, ubi ephebi exercebantur, πλατανισὰς appellatus. Pausanias. Τοῖς μὲν, (τοῖς Βιδιαίοις,) ἐπὶ τῷ τὸ Πλατάνιστον καλέμενον, καὶ ἄλλες τε ἐφήβων ἀγῶνας ἔθεναι καθέ-

σηκεν.

σηκεν. *Hi quidem, (Bidiæi,) ea quæ Plataniſta dicuntur, alaque epheborum ludicra, curant.* Sed luxatum locum puto, atque ſic reſtituendum. τὰ ὅπι τῷ πλαταιισᾷ καλεμένῳ. *ea quæ in Plataniſtâ, quem vocabant, peragebantur.* Locum autem, & certamen, ipſe poſteà deſcribit. Καὶ χωρίον πλαταιισᾶς ἐστιν, ἀπὸ τῶ δένδρων· αἱ δὴ ὑψηλαὶ, καὶ συνεχεῖς, ὡσεὶ αὐτὸ αἱ πλάτανοι πεφύκασι. ἔνθα τοῖς ἐφήβοις μάχεσθαι καθέσηκε, κύκλῳ μὲν εὔριπος περίεχει, καὶ ταύτα ὡς ἐς νῆσον θάλασσα· ἔφοδοι δὲ ἀπὶ γεφυρῶν. γεφυρῶν δὲ ἐφ' ἑκάτερα, τῇ μέν ἐστιν ἄγαλμα Ἡρακλέους, τῇ δὲ εἰκὼν Λυκέργε. *Eſt & locus Plataniſtâs, nomen habens ab arboribus. nam platani excelſæ, ac denſæ, circa eum enatæ ſunt. Ubi ephebi autem pugnant, Euripus ambit, planè ſicut inſulam mare: eſtque aditus per pontes. & in pontium alterâ parte, Herculis eſt ſimulacrum; in alterâ, Lycurgi effigies.* Meminit hujus Plataniſtæ & Theocritus, in Epithalamio Helenæ, quæ Spartana erat, Idyll. XVIII.

Πρᾶτά τοι στέφανον λωτῷ χαμαὶ αὐξομένοιο
Πλέξασαι, σκιερὸν καταθήσομεν ἐς Πλαταιισᾶν·
Πρᾶται δ' ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ
Λαζόμεναι, σταξεῦμες ὑπὸ σκιερὸν Πλατανισᾶν.
Primæ tibi coronam ex loto humi naſcente
Nectentes, in umbroſo deponemus Plataniſtâ.
Primæ etiam argenteâ è pyxide liquidum unguentum
Accipientes, ſtillabimus ſub umbroſo Plataniſtâ.

Sic emendo. utrobique σκιερὸν πλατάνιστον non rectè editur. Scio equidem, ab Homero ipſam platanum etiam πλατάνιστον dici, Iliad. β. ſed, in re, quæ Spartæ geri memoratur, innui hunc Plataniſtam, planè cenſeo: ſi quis tamen aliter ſentiat, per me licet. In foro, nobiliſſima erat porticus Perſica, è manubiis exſtructa, quas de Perſis, prælio ad Platæas inito, reportârunt. Pauſanias, ubi Spartam deſcribit. Ἐπιφανέστατον δὲ τῶν ἀγορᾶς ἐστιν, ἣν στοὰν Περσικὴν ὀνομάζουσιν, ἀπὸ λαφύρων ποιηθεῖσαν τῶν Μηδικῶν. *Nobiliſſima autem, eorum quæ in foro ſpectantur, eſt porticus Perſica, quam appellant, quod è Medicis manubiis ſit exſtru-*

exstructa. De eâdem sic Vitruvius, lib. I. cap. I. *Lacones, Pausaniâ Cleombroti filio duce, Platæéo prælio, paucâ manu infinitum numerum exercitus Persarum cùm superavissent, acto cum gloriâ triumpho, spoliorum, & prædæ, porticum Persicam, ex manubiis, laudis, & virtutis, civium, indicem victoriæ, posteris pro trophæo constituerunt: ibique captivorum simulacra, barbarico vestis ornatu, superbiâ meritis contumeliis punitâ, sustinentia tectum collocaverunt: uti & hostes horrescerent, timore eorum fortitudinis affecti; & cives, id exemplum virtutis aspicientes, gloriâ erecti, ad defendendam libertatem essent parati.* Ubi de Carnéo Apolline verba facit, Carnum dicit interfectum ab Hippotâ, Phylantis filio. Τὸν τὸ Κάρνον ἀποκτείναντα Ἵππότᾳ τῷ Φύλαντος, ἐνέπεσεν εἰς τὸ στρατόπεδον τοῖς Δωριεῦσι μιάσμα Ἀπόλλωνος, καὶ Ἵππότης τε ἔφυγεν διὰ τὸν φόνον. *Hunc Carnum cùm Hippotas occîdisset, Phylantis filius, ira Apollinis in exercitum Dorienstum incidit, & Hippotes cædis causâ in exilium est actus.* Idem Apollodorus refert, sed fuisse magum dicit, & non nominat; at conspectum tantùm ipsis; & oracula edidisse. lib. II. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς μαίνης, χρησμὸς λέγων, καὶ ἐνθεάζων, ὃν ἐνόμισαν μάγον εἶναι, διὰ λύμην δὲ στρατοῦ πρὸς Πελοποννησίων ἀπεσταλμένον. τοῦτον βαλὼν ἀκοντίῳ Ἵππότης, ὁ Φύλαντος, ὁ Ἀντιόχου, τοῦ Ἡρακλέους, τυχὼν ἀπέκτεινεν. *Apparuit enim ipsis vates, oracula dicens, & afflatus divinitus, quem existimabat magum, ac contra Peloponnesios in perniciem exercitus missum. Hunc jaculo percussum Hippotes, Phylantis filius, Antiochi nepos, Herculis pronepos, interfecit.* Et, ejectum in exilium, posteà addit. Τὸν μὲν Ἵππότην ἐφυγάδευσαν. *Hippoten quidem solum vertere coëgerunt.* Ubi observa, quòd apparuisse eum ipsis dicat. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς. *Apparuit enim ipsis.* Inde φάσμα, sive *spectrum*, Conon dicit, in Narrationum Excerptis, apud Photium quæ exstant, cap. XXVI. Διέξισιν, ὡς φάσμα Ἀπόλλωνος, ὄνομα Κάρνος, Δωριεῦσιν ἐπόμβριον, Ἵππότης, ὃς τὰ ἀφ' Ἡρακλέους, ἀναιρεῖ, ὅτι κατήεσαν εἰς Πελοπόννησον Ἡρακλεῖδαι, καὶ λοιμὸς τότε πρόσπεσόντος, χρησμὸν λαβόντες, ἤλασαν τὸν Ἵππότην δὲ στρατοπέδου. *Narrat,*

quo

quo modo Apollinis ſpectrum, cui nomen Carno erat, Dorienſes ſequens, Hippotes, quidam ex Heraclidis, interfecerit, cùm in Peloponneſum Heraclidæ redirent, ac, cùm peſte eapropter laborarent, accepto oraculo, in exilium ejeciſſent. Sed Hippotes hic, quem Pauſanias, Apollodorus, & Conon, dicunt, Aletes à Callimachi Scholiaſte appellatur, Hymno in Apollinem. Καρνεῖον. ἀπὸ Κάρνου τοῦ μάντεως, τοῦ ἀναιρεθέντος ὑπὸ τοῦ Ἀλήτου, ὃς ἦν τῶν Ἡρακλειδῶν. *Cárneum. à Carno vate: qui occiſus ab Aletæ, qui ex Heraclidis erat.* At Hippoten, etiam Theocriti Scholiaſtes dicit. qui videndus, Idyll. v. Poſteà, Carnéum Europæ fuiſſe filium, dicit, ab Apolline, ac Latonâ, educatum. Πραξίλλη μὲν δὴ πεποιημένα ἐστὶν, ὡς Εὐρώπης εἴη Καρνεὸς, καὶ αὐτὸν ἀνεθρέψατο Ἀπόλλων, καὶ Λητώ. *Praxilla quidem verſibus prodidit, Europæ filium fuiſſe Carnéum, atque eum educatum ab Apolline, & Latonâ.* Verùm mutilus eſt locus; exciditque nomen patris, nempe Jovis: itaque reſtituendum, ὡς Διὸς, καὶ Εὐρώπης, εἴη Καρνεὸς. *Filium Jovis, & Europæ, fuiſſe Carnéum.* Ac Praxilla, quam hîc citat, ita dixerat. Teſtis mihi eſt Theocriti Scholiaſtes, Idyll. v. Πράξιλλα μὲν, ἀπὸ Καρνείας φησὶν ὠνομάσθαι, καὶ Διὸς καὶ Εὐρώπης υἱὸν, ὃν λέγει ἐρασθῆναι τοῦ Ἀπόλλωνι. *Praxilla quidem, à Carnéo nomen accepiſſe, ait, Jovis & Europæ filio, quem Apollo adamavit.* Heſychius. Καρνεῖον, ὄνειδος Ἀπόλλωνος. ἴσως ἀπὸ Κάρνου, τοῦ Διὸς, καὶ Εὐρώπης. *Carnéus, cognomentum Apollinis: fortè à Carno, Jovis & Europæ filio.* Ubi obſerva, Carnum, & Carnéum, indifferenter dici.

Achæos olim Spartam tenuiſſe, dicit poſteà. Ἐν τοῦ μάντεως κλῃδὶ ἡμῶν, Ἀχαιῶν ἐν ἐχόντων τὴν Σπάρτην. *In Crii vatis ædibus cultus, cùm Achæi adhuc Spartam poſſiderent.* Ἀρχελάου δ' ἦν Τήλεκλος. ὃς τότε πόλις Λακεδαιμόνιοι τὰ περιοικίδων πολέμῳ κρατήσαντες, ἐξεῖλον Ἀμύκλας, καὶ Φάριν, καὶ Γεραυθρὰς, ἐχόντων ἔτι Ἀχαιῶν. *Archelai verò filius fuit Teleclus. Hujus temporibus Lacedæmonii finitimas urbes, Amyclam, & Pharin, & Geranthras, bello captas, everterunt, cùm Achæi adhuc tenerent.* Indicat id ipſum Pindarus, ita loquens, Pythionic. Od. I.

Ἰφικλέος μὲν παῖς, ὁμόδαμος ἐὼν
Σπαρτῶν γένει,
Τυνδαρίδας δ', ἐν Ἀχαιοῖς
Ὑψίπεδον Θεράπνας οἰκέων ἕδος.
Iphiclis quidem filius, popularis existens
Spartorum generi,
Tyndarides verò, inter Achæos
Alti soli Therapnæ habitans sedem.

Intelligendi verò Achæi Phthiotæ; qui, cum Pelope in Peloponnesum ingressi, eam totam, cum Laconicâ quoque ipsâ, tenuerunt. Strabo, lib. VIII. Ἀχαιοὺς τοὺς Φθιώτας φασὶ, συγκατελθόντας Πέλοπι εἰς τὴν Πελόπεννησον, οἰκῆσαι τὴν Λακωνικήν. τοσοῦτον δ' ἀρετῇ διενεγκεῖν, ὥστε τὴν Πελοπόννησον, ἐκ πολλῶν ἤδη χρόνων Ἄργος λεγομένην, τότε Ἀχαϊκὸν Ἄργος λεχθῆναι· καὶ οὐ μόνον γε τὴν Πελοπόννησον, ἀλλὰ καὶ ἰδίως τὴν Λακωνικὴν οὕτω πεσσαγορευθῆναι. *Achæos Phthiotas, aiunt, qui cum Pelope in Peloponnesum advenerunt, Laconicam inhabitasse: ac virtute ita quidem excelluisse, uti tunc Pelopennesus, diu Argos appellata, Achaicum Argos diceretur. nec Peloponnesus tantùm, sed peculiariter Laconica ipsa ita fuerit nuncupata.* Posteà Heraclidæ eam, cum exercitu Dorienſium invadentes, occupârunt. Docet idem illud Strabo, in sequentibus istic verbis. Κατὰ δὴ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, Φιλονόμῳ παραδόντος τὴν χώραν τοῖς Δωριεῦσι, μετανέστησαν (οἱ Ἀχαιοὶ) ἐκ τῆς Λακωνικῆς εἰς τὴν τῶν Ἰώνων, τὴν νῦν Ἀχαΐαν καλουμένην. *Cùm verò Heraclidæ redirent, prodente regionem illam Dorienſibus Philonomo, migravere (Achæi) in Ionum ditionem, quæ & hodie Achaia dicitur.* Et hoc est, quod paucis verbis dicit Scholiastes Pindari, ad citatum ejus locum. Πρότερον οἱ Ἀχαιοὶ τὴν Σπάρτην ᾤκουν· αὖθις δὲ, τῶν Ἡρακλειδῶν μετὰ Δωριέων ἀφικομένων, Δωριεῖς προσωνομάσθησαν. *Antèa Achæi Spartam habitabant: posteà verò, ubi eò Heraclidæ cum Dorienſibus advenere, Dorienses sunt vocati.* Proceſſere verò ex urbibus obscuris tribus, Bæo, Cytinio, & Erineo: uti suprà memoravi, lib. III. cap. IX. Brasidæ cenotaphium, honò-

honoris ergo, à Spartanis ſtructum erat, in exitu è foro ad occidentem. Pauſanias. Ἐκ δὲ τῆς ἀγορᾶς πρὸς ἥλιον ἰόντι δυόμενον, παράφορος κενὸς Βρασίδᾳ, τῷ Τελλιδος, πεποίηται. *E foro exeunti verſus ſolem occidentem, Braſidæ, Tellidis filio, tumulus exſtructus eſt honorarius.* Sepulcrum verò ejus, erat Amphipoli. Memorat Thucydides, lib. v. Μετὰ δὲ ταῦτα, τὸν Βρασίδαν οἱ ξύμμαχοι πάντες, ξὺν ὅπλοις ἁπασπόμφοι, δημοσίᾳ ἔθαψαν ἐν τῇ πόλει (Ἀμφιπόλει,) πρὸ τοῦ νῦν ἀγορᾶς ἔσης. καὶ τὸ λοιπὸν οἱ Ἀμφιπολῖται, ὡσιέρξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον, ὡς ἥρωί τε ἐντέμνουσι, καὶ θυσίας δεδώκασιν, ἀγῶνας, καὶ ἐτησίους θυσίας. *Poſt hæc autem, Braſidam univerſi ſocii, cum armis comitati, intra urbem (Amphipolin,) ante forum quod nunc eſt, publico funere ſepelierunt. deinde Amphipolitani, monumento ejus circumſepto, tanquam heroi parentârunt, & honores tribuerunt, certamina, & ſacra anniverſaria.* Theocriti Scholiaſtes, Idyll. VII. Ὁ Λακεδαιμόνιος δὲ Βρασίδας, ἐ θάπτεται ἐν Κῷ, ἀλλ' ἐν Ἀμφιπόλει. *Braſidas verò Lacedæmonius non ſepultus eſt in Co, ſed Amphipoli.*

CAP. XVI.

Leſchæ duæ: una, Crotanorum dicta; altera, Varia. Infantes huc deferri ſoliti; & explorari, an vitâ digni. Oeonus, Licymnii filius, ab Hippocoontis filiis interfectus. Diodorus Siculus, & Scholiaſtes Euripidis, emendati. Ejus ſepulcrum. Herculis templum. Venus, Μοιρφὼ cognomento: à Tyndaro dedicata, ſedens, cum calyptrâ, & compedibus; atque illud quâ de cauſâ. Lapithæum, pars Taygeti montis, nomen ſuum ab indigenâ Lapithâ habens. Stephani locus reſtitutus. Lapithas iſte, quiſnam fuerit. Achillis fanum, à Prace conditum: & is qui fuerit. Stephani locus illuſtratus. Ariſtonis regis uxor, initio deformis, poſteà formoſa facta, ope Helenæ. Idem accidit Liviæ, Germanici filiæ, Druſi uxori. Ariſtuſa, priùs mulier, poſteà vir, Ariſton dicebatur.

LEſchæ Spartæ erant duæ: una, Crotanorum dicta; altera, Varia. De priore, ſic Pauſanias. Κατὰ τοῦτο δὲ πόλεως πάφοι τῶν Ἀγιαδῶν βασιλέων εἰσὶ, καὶ πλησίον ὀνομαζομένη λέσχη Κροτανῶν. *In hac urbis parte ſepulcra ſunt regum Agidarum, ac juxtà Leſche*

Crotanorum appellata. De alterâ, posteà ita dicit. Ἐν Σπάρτῃ ἡ Λέσχη ἐστὶ, καλουμένη ποικίλη. *Spartæ est Lesche, Varia dicta.* In harum alteram, aut utramque indifferenter, nam incertum est, soliti deferri infantes, uti corporis habitus exploraretur à tribulium natu maximis: unde, si improbarentur, ad Taygeta mittebantur, in voraginosum locum, cui nomen Ἀποθέτῃ, uti illic, ceu inutiles reipublicæ, morerentur. Explicatur res hæc tota à Plutarcho, in Lycurgo. Τὸ δὲ γεννηθὲν οὐκ ἐπὶ τῷ κύριον ὁ γεννήσας τρέφειν, ἀλλ' ἔφερε λαβὼν εἴς τόπον τινὰ, Λέσχην καλούμενον· ἐν ᾧ καθήμενοι τῶν φυλετῶν οἱ πρεσβύτατοι, κατανοοῦντες τὸ παιδάριον, εἰ ῥωμαλέον καὶ εὐπαγὲς εἴη, καὶ ῥωμαλέον, τρέφειν ἐκέλευον, κλῆρον αὐτῷ τῶν ἐννακισχιλίων ἀποσημαίνοντες. εἰ δὲ ἀγεννὲς, καὶ ἄμορφον, ἀπέπεμπον εἰς τὰς λεγομένας Ἀποθέτας, φῶρα τοῦτον, καὶ βαραθρώδη τόπον· ὡς ἄτε αὐτῷ ζῆν ἄμεινον, ἄτε τῇ πόλει, τὸ μὴ καλῶς εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πρὸς εὐεξίαν, καὶ ῥώμην, πεφυκός. *Arbitrium alendi partus, non erat penes parentem; sed acceptum deferebat in locum quendam, Leschen dictum: ubi tribulium natu maximi considentes, cùm infantem cognovissent, si compactis, ac robustis, membris esset, eum alere jubebant, atque sortem ex novem millibus assignabant: malè natum, & deformem, amandabant in voraginosum locum, ad Taygetum, quem vocabant Apothetas; ceu nec ipsi, neque urbi, vivere eum expediret, qui non statim à principio bono corporis habitu, & robore, esset.* Oeonus, Licymnii filius, cum Hercule Spartam ingressus, ab Hippocoontis filiis est occisus. Id disertè à Pausaniâ pluribus verbis memoratur. Οἰωνὸς, ἡλικίαν μὲν μειράκιον, ἀνεψιὸς δὲ Ἡρακλεῖ, Λικυμνίᾳ γὰρ παῖς ἦν, καὶ ἀδελφὸς τῆς Ἀλκμήνης, ἀφίκετο εἰς Σπάρτην ἅμα Ἡρακλεῖ. περιόντι δὲ καὶ θεωμένῳ τὴν πόλιν, ὡς ἐγίνετο κατὰ Ἱπποκόωντα τὴν οἰκίαν, ἐκ ταύτης οἱ κύων ἐπεφέρετο οἰκτρός· ὃν τυχὼν λίθῳ ὁ Οἰωνὸς, καὶ καταβάλλει τὸν κύνα. ἐπεκθέουσιν ὧν οἱ Ἱπποκόωντος οἱ παῖδες, καὶ, ῥοπάλοις τύπτοντες, καταμαίζουσι τὸν Οἰωνόν. *Oeonus, ætate puer, Herculis verò consobrinus, Licymnii filius, Alcmenæ fratris, cum Hercule Spartam venit, cúmque visendæ urbis causâ obambularet, & ad ædes Hippocoontis accessisset,*

sisset, cum canis domus custos hîc inuasit: Oeonus verò, immisso lapide, canem ferit. quam ob causam filii Hippocoontis, incursantes, fustibus Oeonum feriunt, & occîdunt. Eustathius, ad Iliad. β. Οἰωνὸς ὁ, ὁ τοῦ Λικυμνίου, παρελθόντος ἐπὶ θέαν Λακεδαίμονος, ἀναιρεθῆναι αὐτὸν οἱ Ἱπποκωνίδαι, φονεύσαντος κυνὸς ἕνεκα. *Quum verò Oeonus, Licymnii filius, ad Spartam visendam processisset, filii Hippocoontis, canis interfecti causâ, ipsum occîdunt.* Eum stadio vicisse, dicit Pindarus, Olymp. Od. x.

Στάδιον μὲν ἀρίστευσεν δρόμου τανον,
Ποσὶ τρέχων, παῖς ὁ Λικυμνίου
Οἰωνός. ——

Stadium quidem vicit rectum,
Pedibus currens, filius Licymnii
Oeonus. ——

Ad quem locum Scholiastes. Τὸν δὲ Οἰωνὸν Πίνδαρος, ὡς ἤδη ἀνδρωμένον, νικῆσαί φησι σταδιον, τῷ τῶν πρώτων θέσιν τῶν Ὀλυμπίων. ἔνιοι δέ, παῖδα ὄντα αὐτὸν, ὑπὸ τῶν Ἱπποκωνιδῶν διαφθαρῆναι. *Oeonum verò, dicit Pindarus, veluti jam virum factum, circa primam Olympiorum institutionem victorem fuisse: quidam verò, adhuc puerum, ab Hippocoontis filiis interfectum.* Ac constanter ita illic locis quatuor nominatur, sicut quinque apud Pausaniam: itaque malè Γίωνος scribitur, apud Diodorum Siculum, lib. IV. Γίωνον δὲ, τὸν Λικυμνίου, φίλον ὄντα Ἡρακλέους, οἱ υἱοὶ τοῦ Ἱπποκόωντος, εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν ὄντες, ἀπέκτειναν. *Hyionum verò, Licymnii filium, qui amicus Herculis erat, filii Hippocoontis, numero viginti, occîderunt.* Et posteà. Δυσφερῶν δὲ τῷ τετελευτηκέναι Γίωνον, τὸν Λικυμνίου. *Ægrè ferens, occisum Hyionum, Licymnii filium.* Neque meliùs apud Euripidis Scholiasten, ad Orestem. Τέταρον δὲ Ἡρακλῆς, ἐπὶ τῷ φόνῳ τοῦ Γίωνος, φονεύσας Ἱπποκόωντα, ἅμα τοῖς παισὶ, καταγαγὼν τὸν Τυνδάρεων ἀπὸ Φρυξῶν, καὶ Πέλλης, ἐγχειρίζει αὐτῷ τὴν ἀρχὴν τῆς Σπάρτης. *Posteà verò Hercules, ob Hyionum interfectum, Hippocoonte unà cum filiis occiso, cùm Tyndarum à Phrixâ, & Pellâ, reduxisset, Spartæ ei principatum in manus tradit.* Utrobique

Oeoni nomen reponendum. Certè Oeonus, non Hyionus, etiam à Plutarcho dicitur, in Quæst. Rom. Atque ille, hunc in modum interfectus, juxta templum Herculis sepultus fuit. Pausanias, in sequentibus verbis. Τῷ δὲ μνῆμα τῷ Οἰωνῷ πεποίηται πλησίον τὸ Ἡρακλεῖον. *Monumentum verò Oeono factum est juxta Herculis templum.* Ubi observa Herculis quoque templum Spartæ: cujus meminit etiam Cicero, De divin. lib. 1. *Lacedæmoniis, paullo ante Leuctricam calamitatem, quæ significatio facta est, cùm in Herculis fano arma sonuerunt, Herculisque simulacrum multo sudore manavit?* Venus, Μορφὼ cognomento, suprà mihi memorata, lib. II. cap. XV. Ejus simulacrum, sedens, cum calyptrâ, ac compedibus, idque è cedro, Tyndarus feciſſe dicitur. Quare verò compedes injectæ ei, duplex causa reddebatur. Pausanias, in Laconicis. Ἐπίκλησις μὲν δὴ τῇ Ἀφροδίτης ἐστὶν ἡ Μορφώ. κάθηται δὲ ἡ, καλύπτραν τε ἔχουσα, καὶ πέδας περὶ τοῖς ποσί. περιθεῖναι δέ οἱ Τυνδάρεων τὰς πέδας φασὶν, ἀφομοιοῦντα τοῖς δεσμοῖς τὸ ἐς τὰς συνοικοῦντας τὰ γυναικῶν βέβαιον. τὰ γὰρ δὴ ἕτερον λόγον, ὡς τὴν θεὸν πέδαις ἐλυμαίνετο ὁ Τυνδάρεως, γενέσθαι τῆς θυγατρὸς ἐξ Ἀφροδίτης ἠγέμονα τὸ ὀνείδη, τὸν δὲ τὴν ἀρχὴν προσῆκεν· ἦ γὰρ δὴ παντάπασιν ἄνηθες, κέδρου ποιησάμενον ξόανον, καὶ ὄνομα Ἀφροδίτην θέμενον, ἐλπίζειν ἀμύνεσθαι τὴν θεόν. *Cognomen verò Veneris est Morpho. Sedet verò, cum calyptrâ, & compedibus circum pedes. ac compedes quidem, addisse Tyndarum aiunt, nempe vinculis innuentem, firmâ erga viros fide fœminas esse oportere. etenim, quod alii ferunt, Tyndarum compedibus ulcisci deam voluisse, probrum filiabus suis à Venere objectum putantem, credere nullo modo possum. nam profectò stolidum omninò foret, facto è cedro simulacro, inditoque Veneris nomine, putare se hac ratione deam ulcisci.* Ac feciſſe quidem Tyndarum, aut Lacedæmonium legislatorem alium quenquam, nullâ compedum mentione, sed posteriorem ob causam, dicit Isaacius Tzetzes, ad Lycophronem. Μορφώ. Τοῦτο τὸ ξόανον φασὶ πεποιῆσθαι τῇ Ἀφροδίτῃ ὑπὸ Λακεδαιμονίου τινὸς νομοθέτου, αἰνιξαμένου τὸ μὴ ἀσελγαίνειν τὰς παρθένους, ἢ πείθεσθαι τούτῃ τῇ θεᾷ.

τῇ θεᾷ. οἱ δὲ, Τυνδαρέων φασι, διὰ τὸ ἁμάρτημα τῆς Ἑλένης. *Morpho. Hoc simulacrum aiunt factum esse à Lacedæmonio quodam legislatore, innuere volente, non libidinosè agere virgines debere, neque deæ item huic morem gerere. quidam verò, Tyndarum fecisse, dicunt, propter Helenæ delictum.* Lapithæum, erat mons Laconicæ, pars Taygeti; nomen autem illi datum à Lapithâ quodam, viro indigenâ. Πεντεκαίδεκα δὲ ἀπὸ Ἐλευσινίου σταδίους ἀφέστηκε Λαπίθαιον, καλούμενον ἀπὸ αὐτόχθονος ἐγχωρίου Λαπίθου. τοῦτο τε δὴ τὸ Λαπίθαιον, ἔστιν ἐν τῷ Ταϋγέτῳ. *Ab Eleusinio stadia quindecim distat Lapithæum, dictum à Lapithâ, viro indigenâ. Estque istud Lapithæum in Taygeto.* Stephanus vero, in Λαπίθη, emendandus. Ἔστι καὶ Λαπίθαι ὄνομα ὄρους τῆς Λακωνικῆς. *Est etiam Lapithæ nomen montis Laconicæ.* Rescribe. Ἔστι καὶ Λαπίθαιον ὄνομα ὄρους. *Est etiam Lapithæum nomen montis.* Verbi Λαπίθαιον syllaba ultima cum priore verbi ὄνομα coaluerat: quod sæpissimè à librariis festinantibus in Auctoribus describendis factitatum, viri docti observârunt. Lapithas verò, à quo pars Taygeti montis (μέρος) Lapithæum appellatur, ille ipse est censendus, cujus filia Diomeda, ex quâ filium Cynortam Amyclas sustulit, memoratur Apollodoro, lib. III. Ἀμύκλα δὲ, καὶ Διομήδης, τῆς Λαπίθου, Κυνόρτης. *Amyclæ verò, & Diomedæ, Lapithæ filiæ, Cynortes.* Erat quoque Achillis fanum, quod à Prace, Pergami, Neoptolemi filii, pronepote, dedicatum affirmabant. Pausanias. Μετὰ δὲ αὐτὸ, ἱερόν ἐστιν Ἀχιλλέως. ποιῆσαι δέ σφισι τὸ ἱερὸν Σπαρτιάταις λέγουσι Πρᾶκα, ἀπόγονον τρίτον Περγάμου καὶ Νεοπτολέμου. *Post hoc verò, Achillis fanum est. Exstruxisse autem id Spartani dicunt Pracem, pronepotem Pergami, Neoptolemi filii.* Est verò Prax ille ipse, à quo Praces, Praciæque, appellatæ: uti nobis auctor Stephanus, istis verbis. Πρακίαι, καὶ Πράκες, ἔθνος· ἀπὸ Πρακὸς, ὃς ἐξ Ἠπείρου μὲν ὁρμωμένος, οἰκήσαντος δὲ ἐν τῇ Λακωνικῇ. *Praciæ, & Praces, gens: à Prace, qui ex Epiro quidem oriundus, sed in Laconicâ habitavit.* Admirandum autem planè, quod de Aristone rege à Pausaniâ refertur, uxorem eum habuisse formosissimam, quæ defor-

deformis maximè, cùm virgo esset. Ἀρίστωνι δὲ τῷ Ἀγασικλέους, ἀγαγομένῳ γυναῖκα, ἰδίᾳ παρθένων μὲν, τὰ ἐν Λακεδαίμονι, εἶναι φασιν αἰσχίστω, γυναικῶν δὲ τὰ εἰδὼς καλλίστω ὑπὸ Ἑλένης γενέσθαι, ἐγένετο υἱὸς Δημάρατος. *Aristoni verò, cùm uxorem duxisset, quam inter virgines Lacedæmonias maximè deformem narrant, inter mulieres verò formosissimam ab Helenâ factam esse, filius natus est Demaratus.* Herodotus, de re eâdem, lib. VI. Ἀρίστωνι, βασιλεύοντι ἐν Σπάρτῃ, καὶ γήμαντι γυναῖκας δύο, παῖδες οὐκ ἐγίνοντο. καὶ, ὑπὸ γὰρ συνεγινώσκετο αὐτὸς τοῦτο εἶναι αἴτιος, γαμέει τρίτῳ γυναῖκα. ὧδε δὴ γαμέει. ἦν οἱ φίλος τῶν Σπαρτιητέων ἀνὴρ, τῷ περισσότερα τῶν ἀστῶν μάλιστα ὁ Ἀρίστων. τούτῳ τῷ ἀνδρὶ ἐτύγχανε ἐοῦσα γυνὴ καλλίστη μακρῷ τῶν ἐν Σπάρτῃ γυναικῶν· καὶ ταύτης μέν τι καλλίστη ἐξ αἰσχίστης γενομένη. *Aristo, Spartæ regnum obtinens, cùm è duabus uxoribus liberos haberet nullos, neque sibi ejus culpæ conscius esset, tertiam uxorem ducit, hunc in modum. Erat ei amicus quidam è Spartanis, quo inter cives universos præter cæteros utebatur Aristo. Huic viro uxor erat formosissima, ex maximè deformi talis facta.* Atque talis facta illa Helenæ beneficio fuerat; ut apparet ex Pausaniæ istis verbis, quæ citavi: καλλίστω ὑπὸ Ἑλένης γενέσθαι. *formosissimam ab Helenâ factam esse.* Minus rectè eximius Interpres, ὑπὸ Ἑλένης, vertit, *post Helenam.* nam ab ipsâ Helenâ mutata illi forma erat: uti pluribus ab Herodoto enarratur, in sequentibus loci memorati verbis; quæ videre, antiquitatis studioso, operæ certè pretium fuerit. Simile est, quod de Liviâ, Drusi uxore, Germanici filiâ, refert Tacitus, Annal. IV. *Cuncta tentanti, promptissimum visum, ad uxorem ejus (Drusi) Liviam convertere, Germanici filiam: quæ, soror Germanici, formæ initio ætatis indecoræ, mox pulcritudine excellebat.* Magis mirum, sexum, quàm formam, mutari. Hoc de quibusdam à Plinio dicitur, lib. VII. cap. IV. *Ex fœminis mutari in mares, non est fabulosum. Licinius. Invenimus in Annalibus, P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino, COSS. Cassini puerum factum ex virgine sub parentibus, jussuque aruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mutianus prodidit, visum à*

se

se Argis Aristontem, cui nomen Aristusæ fuisset. Et quæ sequuntur illic alia istiusmodi exempla. Atque Aristusæ quidem, meminit & Ioannes Neustrius, Hantvillensis, Archithrenii lib. I. cap. XIII.

Nubit Aristuse mulier, modò nubitur illi,
Permutatque thoros. ——

Ac plura exempla proferuntur à Phlegonte, Mirabilium capite IV. V. VI. VII. VIII. IX. X.

CAP. XVII.

Lacedæmonii scriptis clari. Alcman: qui primus docuit non uti hexametris. Ejus Κολυμβῶσαι, *&* Ἄσματα Παρθένια. *Apuleius illustratus. Velleii error indicatus. Apsines, orator. Areus, poëta: ejusque* Κύκνος. *Aristocrates, ejusque* Λακωνικά. *Callicratidas. Chilon: ejusque* Ἐλεγεῖα. *Ioannes Hantvillensis, Neustrius, emendatus. Cinæthon: ejus* Γενεαλογίαι, *&* Ἡρακλεία. *Hieronymus, & Marianus Scotus, restituti. Demetrius, Epicuréus. Dicæarchus. Diophantus: ejusque Scripta. Nicocles. Onasimus. Pausanias: & ejus Opera. Sosibius: ejusque Opera. Athenæus emendatus. Spendon: ejusque* Ἄσματα. *Timocrates: ejusque Opus.* Περὶ τῆς σφαιρικῆς. *Tyrtæus: & quæ scripserit.*

NUnc ingenia, scriptis clara, referamus. Inter hos, occurrit *Alcman.* Suidas. Ἀλκμᾶν, Λάκων, ἀπὸ Μεσσόας. *Alcman, Laco, à Messoâ.* Eoque pertinet, quòd subjungit. Κέχρηται δὲ Δωρίδι διαλέκτῳ, καθάπερ Λακεδαιμόνιος. *Usus verò est Doricâ dialecto, veluti Lacedæmonius.* Antipater, in Epigrammate, Anthologiæ lib. III. cap. XXV.

Εἰδήσῃς Ἀλκμᾶνα, λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης.
Scies Alcmanem, lyræ pulsatorem Lacænæ.

Primus hic incepit hexametro carmine non uti. Suidas. Πρῶτος δὲ εἰσήγαγε τὸ μὴ ἑξαμέτροις μελῳδεῖν. *Primus verò introduxit carmine non hexametro canere.* Vide verba, in Τυρταῖος. Quòd autem Doricâ dialecto, tanquam Lacon, utebatur, etiam Pausanias

docet, in Laconicis. Τῷ Σεβρίᾳ δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ, μνῆμα Ἀλκμᾶνος· ᾧ ποιήσαντι ἄσματα, ὠδὴν ἐς ἡδονὴν αὐτῶν ἐλυμήναντο τῶν Λακώνων ἡ γλῶσσα, ἥκιστα παρεχομένη τὸ εὔφωνον. *Ad Sebrii dexteram, monumentum est Alcmanis: cui in canticis faciendis, nihil gratiæ detrivit lingua Laconica, quæ pronuntiatu nullo modo est suavis.* Choreæ auctorem eum facit Clemens, Strom. I. Διθύραμβον δὲ ἐποίησεν Λάσος ὁ Ἑρμιονεύς, ὕμνον Στησίχορος Ἱμεραῖος, χορείαν Ἀλκμᾶν Λακεδαιμόνιος. *Dithyrambum verò fecit Lasus Hermionensis, hymnum Stesichorus Himeræus, choréam Alcman Lacedæmonius.* Lacedæmonium certè Alcmanem, etiam Apuleius facit, in Apologiâ. *Fecere tamen & alii talia: &, si vos ignoratis, apud Græcos Teius quidam, & Lacedæmonius, & Ceus.* Ubi *Lacedæmonius*, est illi Alcman; sicut *Teius*, Anacreon; *Ceus*, Simonides. Malè id Velleius negat, contra veterum tot Auctorum consensum, extremo lib. I. *Alcmana Lacones falsò sibi vendicant.* Inter cætera, scripsit etiam Μέλη, *Carmina*, & Κολυμβώσας, *Natantes fœminas.* Suidas. Ἔγραψε βιβλία ἓξ, Μέλη, καὶ Κολυμβώσας. *Scripsit libros sex, Carmina, & Natantes fœminas.* Hoc Opus ad Titonychi Chalcidensis caput inventum fuisse, tradit Ptolemæus Hephæstionis, apud Photium, in Excerptis Hist. Nov. lib. V. Τὰς δὲ Κολυμβώσας Ἀλκμᾶνος πρὸς τῇ κεφαλῇ Τιτωνύχου τοῦ Χαλκιδέως φασὶν εὑρεθῆναι. *Natantes verò fœminas Alcmanis ad caput Titonychi Chalcidensis inventas esse aiunt.* Ejus Παρθένια ἄσματα, *Virginea Cantica*, citat Stephanus, in Ἐρυσίκη; & Plutarchus, lib. De Musicâ. *Apsines.* Inter artis oratoriæ professores clari nominis ab Eunapio memoratur, in sophistâ Juliano. Ἄψινης τε ὁ ἐκ Λακεδαίμονος, δόξαν ἔχων τεχνικοῦ λυσίου. *Et Apsines Lacedæmonius, famam in arte oratoriâ consecutus.* Fitque ejus ibi mentio locis pluribus. *Areus.* Ejus Carmen, Κύκνος inscriptum, memoratur ab Antonino Liberali, Metamorph. XII. Ἱστορεῖ Νίκανδρος, Ἑτεροιουμένων τρίτῳ· καὶ Ἄρεος ὁ Λάκων, ἐν ἄσματι Κύκνῳ. *Narrat Nicander, Alteratorum libro tertio; & Areus Lacon, in Carmine, cui titulus Cycnus.* *Aristocrates.*

ſtocrates. Plutarchus citat, incerto Opere, in Lycurgo. οὐδένα, φλὼ Ἀριστοκράτη τὸν Ἱππάρχου, Σπαρτιάτην, εἰρηκότα γνώσεσθαι. *Neminem, præter Ariſtocratem, Hipparchi filium, Spartanum, qui id dixerit, novimus.* Meminitque rurſum poſtèa, in Lycurgi ejus fine, & Philopœmene: ut & Stephanus, in Ἄβαντις; Sophocliſque Scholiaſtes, ad Trachinias. Scripſit autem, Λακωνικά: citatque ea Athenæus, lib. III. Ἀριστοκράτης γὰρ, ἐν τετάρτῳ Λακωνικῶν. *Ariſtocrates itaque, libro quarto Laconicorum.* Et hoc Opus ſine dubio reſpexit Plutarchus, in citatis ſtatim locis. *Callicratidas*, Pythagoreus. Scripſit *De familiarum felicitate.* Exſtant fragmenta quædam ejus, apud Stobæum, Serm. LXVIII, & LXXXIII. *Chilon.* Unus de ſeptem Sapientibus, ſcripſit *Elegias*, ad verſus ducentos. Diogenes Laërtius, in ejus Vitâ, lib. I. Χείλων, Δαμαγήτου, Λακεδαιμόνιος. ὅστις ἐποίησεν Ἐλεγεῖα, εἰς ἔπη διακόσια. *Chilon, Damageti filius, Lacedæmonius. Hic fecit Elegias, ad verſus ducentos.* Ejus nomen, per occaſionem hanc, reſtituendum Ioanni Hantvillenſi Neuſtrio, poëtæ non ineleganti, nec omninò contemnendo, habitâ ævi ratione: ſiquidem vixit ante annos quadringentos, ſcripſitque Opus variâ eruditione plenum, & inſcripſit *Archithrenius.* Ibi itaque, in recenſione ſeptem Sapientum, malè editur, lib. VII. cap. VII.

——— *Spartæ Philon illuxit, Athenis*
Sol hominum Solon.

Reſcribendum: *Spartæ Chilon illuxit.* *Cinæthon.* Ejus *Telegonia* memoratur ab Hieronymo, in Chronico. *Cinæthon, Lacedæmonius, poëta, qui Telegoniam ſcripſit, agnoſcitur.* Quæ totidem verbis ferè tranſcripſit Marianus Scotus, lib. I. æt. IV. Sed ſcribendum apud utrunque, *qui Genealogiam ſcripſit.* Scripſit enim *Genealogias*, carmine. Teſtis mihi luculentus eſt Pauſanias, in Corinthiacis. Κιναίθων ὁ Λακεδαιμόνιος, (ἐγενεαλόγησε γὰρ καὶ ὅστις ἔπεσιν,) Μήδου, καὶ θυγατέρα Ἑλλῶπιν Ἰάσονος, εἶπεν ἐκ Μηδείας γενέσθαι. *Cinæthon verò Lacedæmonius, (nam & hic*

hic Genealogias versibus scripsit,) Medum, & Eriopin filiam, susceptisse Iasonem ex Medeâ tradidit. Iterumque, in Messenicis. Πρὸς ἃ αὐτὸς, ὁπόσα Κιναίθων, ἢ Ἄσιος, ἐγενεαλόγησε. *Ad hæc, quæcunque Cinæthon, & Asius, De Genealogiis scripserunt.* Et est ex eodem Opere, quod in Corinthiacis citatis profert, alio loco. Τὸν δὲ Ὀρέστου νόθον Πενθίλον Κιναίθων ἔγραψεν, ἐν τοῖς ἔπεσιν, Ἠριγόνῃ, τῷ Αἰγίσθου, πεκεῖν. *Orestis verò filium nothum Penthilum scripsit Cinæthon, in carminibus, Erigonem ipsi, Ægisthi filiam, peperisse.* Item illud, in Arcadicis. Κιναίθων δὲ, ἐν τοῖς ἔπεσιν, ἐποίησεν, ὡς Ῥαδάμανθος μὲν Ἡφαίστου, Ἥφαιστος δὲ εἶη Τάλῳ, Τάλων δὲ εἶναι Κρητὸς παῖδα. *Cinæthon autem, in carminibus, prodidit, Rhadamanthum esse Vulcani filium, Vulcanum Talì, Talum verò Cretis.* Istud quoque Scholiastæ Homeri, Iliad. ι. Κιναίθων δέ φησι· Νικόστρατον, καὶ Αἰθιόλαν, Ἑλένης δύο παῖδες, οὓς δὴ Λακεδαιμονίοις πιμῶνται. *Cinæthon verò ait, Nicostratum, & Æthiolan, duos Helenæ filios, apud Lacedæmonios colì.* Ejusdem alterum Opus fuit, Ἡρακλεία: cujus meminit Scholiastes Apollonii, ad extremum lib. I. *Demetrius.* Inter Epicureos insignis. Sextus Empiricus, contra Mathem. lib. II. Δημήτριος δὲ ὁ Λάκων, τὸ καθ' ὅλου Ἐπικούρου αἵρεσιν ἐπιφανῶν, ἀπολυτὸν ἔλεγε τὸν τοιοῦτον ἔνστασιν. *Demetrius verò Lacon, inter Epicuri sectatores insignis, dicebat, facilè solvi posse ejusmodi objectionem.* Quænam scripserit, ignoratur. *Dicæarchus.* Suidas. Δικαίαρχος, Λακεδαιμόνιος, γραμματικὸς, ἀκροατὴς Ἀριστάρχου. *Dicæarchus, Lacedæmonius, grammaticus, auditor Aristarchi.* *Dionysodotus.* Ejus Παιᾶνες, *Pæanes*, memorantur ab Athenæo, lib. XV. ᾀδόντων Θαλήτου καὶ Ἀλκμᾶνος ἄσματα, καὶ Διονυσοδότου τοῦ Λάκωνος παιᾶνας. *Canentium Thaletæ & Alcmanis carmina, & Dionysodoti Lacedæmonii Pæanas.*

Diophantus. Scripsit Περὶ τῶν ἱερῶν. *De sacris.* Fulgentius, De prisco serm. *Diophantus Lacedæmonius, qui DE SACRIS DEORUM scripsit, ait, apud Messenios Jovi solere sacrificari sacrum, quod* Ἑκατομφόνια *appellatur.* Hyginus, libros *Antiquitatum* quatuordecim memorat, Mythолog. lib. I. *Diophantus,*

Lace-

Lacedæmonius auctor, scripsit libros ANTIQUITATUM quatuordecim. Opus ejus Geographicum, de bòreali mundi parte, citat Agatharchides, lib. De mari rubro. Et hinc puto desumpta, quæ à Stephano citantur, in Ἄβιοι. Idem τὰ πολιτικὰ quoque ejus nominat, in Λιβυστῖνοι. *Nicocles.* Citat eum, incerto Opere, Athenæus, lib. IV. & Etymologici Auctor in Σκάλοψ. Meminit quoque Nicoclis cujusdam rhetoris, Lacedæmonii, Libanius, in Oratione De vitâ suâ. *Onasimus.* Hunc alii Cyprium dicunt. Historicus fuit, & sophista. De eo, scriptisque, vide Suidam, in Ὀνάσιμος. *Pausanias.* De eo, ac scriptis, ita Suidas. Παυσανίας, Λάκων, ἱστορικός. Περὶ Ἑλλησπόντου, Λακωνικὰ, Χρονικὰ, Περὶ Ἀμφικτυόνων, Περὶ τῶν ἐν Λάκωσιν ἑορτῶν. *Pausanias, Lacedæmonius, historicus. De Hellesponto, Laconica, Chronica, De Amphictyonibus, De festis Lacedæmoniorum.* *Sosibius.* Suidas. Σωσίβιος, Λάκων, γραμματικὸς, τῆς ἐπιλυτικῶν καλουμένων. *Sosibius, Laco, Grammaticus; ex iis, qui Epilytici vocantur.* Scripsit, Περὶ τῶν μιμηλῶν ἐν Λακωνικῇ ἱστορουμένων παλαιῶν. Citat Suidas, in sequentibus mox verbis. Meminit ejus semel, iterúmque, Athenæus, lib. XIV. & Pindari Scholiastes, Pyth. Od. II. Χρόνων ἀναγραφή, citatur à Clemente, Strom. I. & in Protreptico. Ac corrigendus Athenæus, lib. XIV. ubi de festo Carneorum. Ὡς Σωσίβιος φησὶν, ἐν τῷ Περὶ Χρόνων. Malè editur omnino, Ὡς Σώσιμος φησίν. Περὶ Ἀλκμᾶνος, memoratur Athenæo, lib. III. &, Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι θυσιῶν, lib. XV. Citatur etiam, Opere non nominato, à Diogene Laërtio, in Epimenide, lib. I. & Theocriti Scholiaste, Idyll. V. Hesychio, in Ἡλακάθια, Περφίλα, ac Σάνδυξ. *Spendon.* Ejus carmina memorat Plutarchus, in Lycurgo. Κελευομένους ἀδὴν τὴν Τερπάνδρου, καὶ Ἀλκμᾶνος, καὶ Σπένδοντος ἐξ Λάκωνος. *Jussos canere carmina Terpandri, & Alcmanis, & Spendontis Lacedæmonii.* *Timocrates.* Ejus, Περὶ τῆς σφαιριστικῆς, citat Athenæus, lib. I. Συνέγραψε δὲ Περὶ τῆς σφαιριστικῆς Τιμοκράτης ὁ Λάκων. *Conscripsit verò De lusu pilæ Timocrates Lacon.* Denique,

dicendus etiam post hos omnes est *Tyrtæus*: ille quidem genere Athenienſis, ſed donatus civitate. Plato, De leg. lib. I. Προσησώμεθα γὰρ Τυρταῖον, τὸ φύσει μὲν Ἀθηναῖον, τῶνδε δ' (τῶν Λακεδαιμονίων) πολίτην γενόμενον. *In medium itaque proponamus Tyrtæum, genere quidem Athenienſem, horum verò (Lacedæmoniorum) civem factum.* Suidas ſimpliciter Lacedæmonium dicit. Τυρταῖος, Ἀρχιμβρότου, Λάκων. *Tyrtæus, Archimbroti filius, Lacon.* Ejus ſcripta, ibidem memorat: præter quæ, & Εὐνομία nominatur Ariſtoteli, Politic. lib. V. cap. VII. & Straboni, lib. VIII. Varia fragmenta exſtant, apud Stobæum, Serm. XLVIII, & XLIX.

CAP. XVIII.

Aliquot Olympionicæ recenſentur. Orſippus. Acanthus. Pythagoras, qui Numam adjuvit in conſtituendo regno. Lampis. Eurybatus. Chionis. De Orſippo, viceritne, an victus fuerit, item tempore, quo certavit, controverſia. Scholiaſtes Homeri emendatus. Quando inſtitutum, ut nudi currerent, cùm præcincti anteà eſſent. Euſtathii locus reſtitutus. De Acantho, locus mutilus Pauſaniæ indicatus, & ſuppletus. Sphærus. Arytamas. Hippoſthenes. Eutelidas. Sybariades. Atheradas. Cleoptolemus. Thalpius. Calliſthenes. Philoſtratus. Charmis, ſive Chionis. Gygis. Euryclides. Olyntheus. Lycotas. Gelo. Chryſomachus. Eurycles. Epitelides. Ladromus. Demoſthenes. Alcidas. Nicodemus. Andreas. Hetæmocles, quinquies luctâ victor; Hippoſthenes, ejus pater, ſexies: ideoque ſtatua illi, huic templum dedicatum. Leo, equis venetis victor. Aliquando Olympiis prohibiti Lacedæmonii; idque quando, & quam ob cauſam: ſed, poſt tertium inde annum, rurſum admiſſi.

POſtquam eos, qui ingenii viribus inclaruere, memoravi, ii quoque ſunt dicendi, qui in ludis Olympiacis famam ſibi viribus corporis paraverunt. Primus verò, Olympiade XIV, *Orſippus* vicit; ut *Acanthus* XV inſequente: de quibus poſteà ſum dicturus, cùm de Olympiade XXXII agam. Olymp. XVI ſtadio *Pythagoras* vicit. Dionyſius Halicarnaſſeus, Anti-

Antiqu. Rom. lib. II. Ἀπέστειλε τὸς ἁψαλησομένους τ ἄνδρα ἐπὶ τ ἅρχλω, ἐνιαυτῷ τελτῷ τ ἑκκαιδεκάτης ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ ἐνίκα σάδιον Πυθαγόρας Λάκων. *Misit, qui virum ad regnum capessendum adducerent, anno tertio Olympiadis decimæ sextæ, quâ stadio vicit Pythagoras Lacedæmonius.* Hic adjuvit etiam Numam in constituendo regno. Plutarchus, in ejus Vitâ. Πυθαγόραν ἢ (φασὶ) τ Σπαρτιάτην, ὀλύμπια νενικηκότα σάδιον ἐπὶ τ ἑκκαιδεκάτης ὀλυμπιάδος, ἧς ἔτει τελτῷ Νομᾶς τ βασιλείαν κατέσχε, πλανηθέντα περὶ τ Ἰταλίαν, συγγενέσθαι τῷ Νομᾷ, καὶ συναρμόσαι τ βασιλείαν. *Pythagoram verò Spartanum, qui stadio Olympia vicit Olympiade decimâ sextâ, cujus anno tertio regnum Numa est adeptus, in Italiâ errantem, cum Numâ congressum esse aiunt, & in regno ordinando ei operam navasse.* Et hinc factum, ut Laconicis quibusdam institutis etiam Romani uterentur. Itaque Plutarchus addit. Ὅθεν οὐκ ὀλίγα τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐπιτηδεύμασι τ Λακωνικῶν ἀναμεμίχθαι, Πυθαγόρου διδάξαντος. *Unde & Laconica instituta haud pauca Romanis admixta esse, docente Pythagora.* XVIII. *Lampis*, quinquertio; & *Eurybatus*, luctâ. Pausanias, Eliac. lib. I. Ἐπὶ ᾗ τ ὀγδόης ὀλυμπιάδος, πεντάθλῳ, καὶ πάλης, ἀφίκοντο ἐς μνήμην· καὶ ᾗ μὲν, Λάμπις ἐνίκησεν· Εὐρυβάτῳ ᾗ, ἡ νίκη τ πάλης· Λακεδαιμονίοις καὶ τότοις. *Olympiade verò decimâ octavâ, quinquertii illis, & luctæ, in mentem venit. ac quinquertio quidem, Lampis; luctâ verò, Eurybatus, vicit: etiam hi Lacedæmonii.* XXVIII. *Chionis* vincebat stadio. Pausanias, in Messenicis. Ἔτει πρώτῳ τ ὀγδόης τε καὶ εἰκοστῆς ὀλυμπιάδος, ᾧ ἐνίκα Χίονις Λάκων. *Anno primo Olympiadis vicesimæ octavæ, quâ vincebat Chionis Lacedæmonius.*

XXIX. Iterum *Chionis*. Pausanias posteà, eodem libro. Ταῦτα ἐπὶ τ ὀλυμπιάδος ἐπράχθη τ ἐνάτης καὶ εἰκοστῆς, ᾧ Χίονις Λάκων ἐνίκα τὸ δεύτερον. *Hæc gesta sunt Olympiade vicesimâ nonâ, quâ Chionis Lacedæmonius iterum vicit.* XXX. Idem *Chionis* tertiùm. Pausanias idem, in Arcadicis. Δευτέρῳ ἔτει τ τριακοστῆς ὀλυμπιάδος, ᾧ Χίονις Λάκων ἐνίκα τὸ τρίτον. *Anno secundo Olympiadis tricesimæ, quâ tertiùm vincebat Chionis Lacedæmonius.*

XXXII.

XXXII. *Orsippus*: quem nonnulli victum dicunt, ob delapsum subligaculum, non victorem: quod Pausanias tamen tradit, ut mox dicam. Sed diversè etiam tempus ipsum traditur. Ac nonnulli, Olympiade hac, quam dixi, factum volunt: & Homeri inter illos Scholiastes, ad Iliad. ψ. Πρῶτον ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς περιζώματα φέρειν περὶ τὰ αἰδοῖα, καὶ ἄτως ἀγωνίζεσθαι. ἐν δὲ τῇ τριακοστῇ καὶ δευτέρᾳ Ὀλυμπιάδι, Ὄρσιππος ὁ Λακεδαιμόνιος λυθεὶς ἀγωνιζομένου τὸ περίζωμα, αἰσχρὸν αὐτῷ ἤθη ἐγένετο. ἐξ οὗ νόμος ἐτέθη, γυμνοὺς τρέχειν. *Mos erat antiquis, ut subligacula ferrent circa pudenda, atque ita certarent: Olympiade verò tricesimâ secundâ, cùm Orsippo certanti subligaculum decidisset, causa fuit, cur vinceretur. ex quo tempore lex est lata, ut nudi currerent.* Ita enim ibi scribendum, non ὀρσίππου. Eodem modo Etymologici Auctor refert, in Γυμνάσια. Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, περιζώματα φορεῖν ἐν τοῖς αἰδοίοις, καὶ ἄτως ἀγωνίζεσθαι. ἐν δὲ τῇ τριακοστῇ δευτέρᾳ Ὀλυμπιάδα, Ὀρσίππου τοῦ Λακεδαιμονίου ἀγωνιζομένου, λυθεὶς τὸ περίζωμα, αἰσχρὸν αὐτῷ λύπης ἐγένετο. ἐξ οὗ καὶ νόμος ἐτέθη, γυμνοὺς τρέχειν. *Mos erat antiquis, ut subligacula circa pudenda ferrent, & sic certarent. Sed secundâ ac tricesimâ Olympiade, cùm certaret Orsippus Lacedæmonius, ac decideret subligaculum, causa illi tristitiæ fuit. Inde lege constitutum est, ut nudi currerent.* Alii, Olympiade decimâ quartâ factum memorant. Eustathius, ad Iliados ψ. Περὶ οὗ δὲ ζώματος φέρεται ἱστορία, ὅτι κατὰ τὴν πεντεκαιδεκάτην Ὀλυμπιάδα συνέβη, Ὄρσιππόν τινα, ἐμποδισθέντα ὑπὸ δὲ περιζώματος, πεσεῖν, καὶ πλουτῆσαι· ἢ, καθά τινες, νικηθῆναι. ὅθεν ἐτέθη, γυμνοὺς τοὺς ποιητὰς ἀγωνίζεσθαι. Ita enim ibi scribendum; non, ὅτι κατὰ τὴν πεντεκαιδεκάτην ο'. Nam vult dicere, illud ipsum Olympiade decimâ quartâ, non post illam, accidisse. Etenim post eam, Olympiade decimâ quintâ insequente, quia lege cautum erat, ut deinceps nudi currerent, primus cursu nudus certavit Acanthus, etiam ipse Lacedæmonius, atque vicit. Clarè id dicit Dionysius Halicarnassæus, lib. VII. ὁ δὲ πρῶτος ἁπτόμενος ἀποδυθῆναι τὸ σῶμα, καὶ γυμνὸς Ὀλυμπιάσι δραμών, ἀπὸ τῆς πεντεκαιδεκάτης Ὀλυμ-

ὀλυμπάδ@, Ἄκανθ@ ὁ Λακεδαιμόνι@ λῶ. *Qui verò primus nudare corpus instituit, nudusque Olympiis cucurrit, Olympiade decimâ quintâ, erat Acanthus Lacedæmonius.* Hoc est, quod Hesychius dicit, in Ζώσιπ. Κατὰ τὰς ὁμήρ@ χρόνας, ἀδέπω γυμνοὶ ἠγωνίζοντο, ἀλλ' ἀπὸ τ῀ πεντεκαιδεκάτης ὀλυμπάδ@. *Homeri temporibus, nondum nudi certabant, sed à decimâ quintâ Olympiade.* Illud verò etiam hîc observandum; quòd Orsippus à Pausaniâ non commemoretur victus, sed vicisse. Ecce verba, circa finem Atticorum. Κορύβ@ δ' ἠ πλησίον τέθαπται ὄρσιππ@, ὃς, περιεζωσμέν@ ἐν τοῖς ἀγῶσι, κ῀ δὴ παλαιὸν ἔθ@ τ῀ ἀθλητῶν, ὀλύμπια ἐνίκα στάδιον, δρομὰν γυμνός. *Prope Coræbum verò sepultus est Orsippus: qui, in certaminibus subligaculo cinctus, veteri athletarum more, stadio Olympia vicit, cùm nudus decurrisset.* Inde addit; se putare, non invito decidisse, quia sciret, expeditiorem ita cursum fore. Ecce verba. Δοκῶ δέ, οἱ κ῀ ἐν ὀλυμπία τὸ περίζωμα ἐκόντι περιρρῆναι, γνόντι, ὡς αἰδρὸς περιεζωσμένῳ δρομᾶν ῥᾴων ἐστὶν ἀνὴρ γυμνός. *Arbitror verò, etiam Olympiæ volenti ipsi subligaculum decidisse: quia sciret, quòd ad cursum viro cincto expeditior nudus esset.* Illud denique etiam hîc est admonendum, aliquos Orsippum istum Megarensem, non Lacedæmonium, dicere. Scholiastes Thucydidis, lib. I. Ἀπὸ ὀρσίππ@ Μεγαρέως ἐγυμνώθησαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν. *Post Orsippum Megarensem nudati sunt in certaminibus.* Ac producit Epigramma istud vetus incerti Auctoris.

ὀρσίππῳ Μεγαρεῖ μεγαλόφρονι τῇδ' ἀρίδηλον
Μνῆμα θέσαν, φάμᾳ Δελφίδι πειθόμενοι.
Πρῶτ@ δ' Ἑλλήνων ἐν ὀλυμπία ἐστεφανώθη
Γυμνὸς, ζωννυμένων πρὶν δρόμ@ σταδίῳ.

Orsippo Megarensi magnanimo hîc insigne
Monumentum posuerunt, oraculo Delphico parentes.
Primusque Græcorum Olympiæ coronatus est
Nudus, cùm anteà in stadio præcingerentur.

Ecce autem, etiam illic victor dicitur Orsippus, sicut item à Pausaniâ, & non victus. Verùm de Acantho quoque, qui

cucurrit primus nudus, atque vicit, Olympiade decimâ quintâ, illud item adnotandum, quòd & iſte fuerit Lacedæmonius: ut diſertis verbis dicit Dionyſius, in citato antè loco. Itaque Pauſaniæ reſtituendus mihi locus, qui nunc mutilus, Eliac. lib. I. ὀλυμπιάδι δὲ ὑστερον τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ, προσετέθη σφίσι δίαυλος. Ὕπλως δὲ, ἀνὴρ Πισαῖος, ἀνείλετο μὲν τῷ διαύλῳ τὸ κότινον. τῇ δὲ ἑξῆς, Ἄκανθος. μετὰ δὲ τὴν ὀγδόης καὶ δεκάτης ὀλυμπιάδος, πεντάθλῳ, καὶ πάλῃ, ἀφίκοντο ἐς μνήμιον. καὶ ἔδοξε μὲν, Λάμπιδι ὑπῆρξεν· Εὐρυβάτῳ δὲ, ἡ νίκη τὸ πάλης· Λακεδαιμονίοις καὶ τοῦτοις. *Poſteà verò, Olympiade decimâ quartâ, additus eſt duplicati ſtadii curſus: è quo, acceptâ ex oleaſtro coronâ, victor diſceſſit Hypenus Piſæus: proximè autem inſecutâ, Acanthus. Ac decimâ octavâ Olympiade, quinquertii, & luctæ, iis in mentem venit: ac quinquertii quidem Lampidi, luctæ verò Eurybato victoria obtigit; qui & ipſi Lacedæmonii.* Quare enim, quæſo, dicit, etiam Lampidem, & Eurybatum, Lacedæmonios fuiſſe, cùm nullius Lacedæmonii anteà ſit facta mentio? Scripſerat certè, ſine dubio, τῇ δὲ ἑξῆς, Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος. *Proximè autem inſecutâ, Acanthus Lacedæmonius.* Itaque reſtituendum hunc in modum. Poſt hæc, Olympiade XXXV, ſtadio vincebat Sphærus. Dionyſius Halicarnaſſeus, lib. III. παραλαμβάνει τὸν ἀρχὸν ὁ Μάρκιος ἐνιαυτῷ δευτέρῳ τῆς τριακοστῆς καὶ πέμπτης ὀλυμπιάδος, ᾧ ἐνίκα Σφαῖρος ὁ Λακεδαιμόνιος. *Accipit principatum Marcius anno ſecundo Olympiadis triceſimæ quintæ, quâ vicit Sphærus Lacedæmonius.*

XXXVI. Arytamas, ſtadio. Antigonus Caryſtius, Hiſt. Mirab. cap. CXXXIII. Ἐπὶ βασιλέως Ἐπαινέτου, ὀλυμπιάδος ἕκτης καὶ τριακοστῆς, ἐν ᾗ Ἀρυτάμας Λάκων νικᾷ στάδιον. *Regnante Epæneto, Olympiade triceſimâ quintâ, quâ vicit ſtadio Arytamas Lacedæmonius.* XXXVII. Hippoſthenes, luctâ. Pauſanias, Eliac. lib. I. Δρόμῳ μὲν δὴ, καὶ πάλης, ἐτέθη παισὶν ἆθλα μετὰ τὴν ἑβδόμης καὶ τριακοστῆς ὀλυμπιάδος· καὶ Ἱπποσθένης Λακεδαιμόνιος πάλῃ, Πολυνείκης δὲ τὸν δρόμον ἐνίκησεν Ἠλεῖος. *Curſûs quidem, & luctæ, propoſita pueris præmia, Olympiade triceſimâ ſeptimâ: ac luctâ quidem,*

quidem, Hippoſthenes Lacedæmonius; curſu verò, Polynices Eléus vicit. XXXVIII. Eutelidas puer vicit quinquertio. Pauſanias, ibidem. Πένταθλον παίδων ἔθη τὴ ὀγδόης Ὀλυμπιάδ@· ἧ τριακοσ ἧς ἐπέβη, ἐπ' αὐτῷ τ κότινον Εὐτελίδα Λακεδαιμονίᾳ λαβόντ@. *Puerorum quinquertium triceſimâ octavâ Olympiade eſt inſtitutum, de quo palmam tulit Eutelidas Lacedæmonius.* XCIX. Junctis ad currum pullis vicit Sybariades. Pauſanias, libro citato. Ἐνάτῃ ἧ ἤρεσεν Ὀλυμπιάδι ἧ ἐννηκοστῇ ἧ πώλων ἅρμασιν ἀγωνίζεσθαι· Λακεδαιμονίῳ ἧ Συβαριάδης τ στέφανον τ πώλων ἔσχε ἐξ ἅρματ@. *Olympiade verò nonageſimâ nonâ placuit junctis ad currum pullis certare: coronam autem eo certamine reportavit Sybariades Lacedæmonius.* Ac ſtadio quidem, vicere plurimi. Atheradas, Olymp. XX. Cleoptolemus, XXIV. Thalpius, XXV. Calliſthenes, XXVI. quâ quinquertio etiam Philombrotus vicit, ut duabus proximis Olympiadibus. Charmis, ſive Chionis, XXVIII, XXIX, & XXX. Gygis, XXXIII. Euryclides, XXXVII. Olyntheus, XXXVIII. Rhipſolcas, XXXIX. Olyntheus iterum, XL. Lycotas, XLII. Gelo, XLIV. Chryſomachus, XLVI. Eurycles, XLVII. Epitelides, L. Ladromus, LVII. Demoſthenes, CXVI. Alcidas, CXXXIV. Nicodemus, CLXIX. Andreas, CLXXIX. De quibus omnibus eſt videre in Hiſtoricis Collectaneis, quæ inter Euſebiana edidit Joſephus Scaliger. Quin Hippoſthenes, luctâ ſexies; filiuſque Hetœmocles, quinquies vicit: unde & Hetœmoclem ſtatuâ, Hippoſthenem templo, Lacedæmonii honorarunt. De victoriis utriuſque, ſtatuâque Hetœmoclis, ſic Pauſanias, in Laconicis. Τῆ λόφῃ ἧ κῆ' τὴν εἰς δεξιὰν ὁδὸν, Ἑπιμοκλέες ἐστὶν εἰκών. τῷ ἧ Ἑπιμοκλεῖ, ἧ αὐτῷ Ἱππαθένῃ τῷ πατρὶ, πάλης εἰσὶν Ὀλυμπικαὶ νῖκαι· ἧ συναμφοτέροις ἅμα, μία τε ἧ δέκα· τῷ ἧ Ἱππαθένῃ, μιᾷ νίκῃ τ ἡὸν παρελθὼν ὑπερῆρξεν. *In viâ quæ à tumulo dextrorſum fert, Hetæmoclis eſt effigies. is verò, & Hippoſthenes, ejus pater, luctâ in Olympiis vicerunt; & ambo quidem ſimul, undecies; pater verò Hippoſthenes, unâ victoriâ filium eſt ſupergreſſus.* De templo,

Hippoſtheni dedicato, poſteà dicit. πλησίον δέ ἐστιν Ἱππωθένους ναὸς, ᾧ γεγόνασιν αἱ πολλαὶ νίκαι πάλης. *Propè autem eſt Hippoſthenis templum, qui victorias luctâ multas reportavit.* Leo quidam, incertum quando, equis venetis primus vicit. Scholiaſtes Euripidis, in Hippolytum. Λέων ὁ πρῶτος Λακεδαιμόνιος ἐνίκησεν ἐνέτοις ἵπποις, ὡς Πολέμων ἱστορεῖ. καὶ ἐπέγραψεν ἐν εἰκόνι, Λέων Λακεδαιμόνιος, ἵπποισι νικῶν ἐνέτοις, Ἀντικλείδα πατήρ. *Leo verò Lacedæmonius primus vicit equis venetis, ut Polemon tradit: & imagini inſcripſit, Leo Lacedæmonius, equis vincens venetis, Anticlidæ pater.* Aliquando, rege Agide, Archidami filio, Olympiis prohibuere Lacedæmonios Eléi; ſed, poſt triennale bellum, iterum admittere illos ſunt coacti. Ac, de prohibitione quidem, ſic Pauſanias, in Laconicis, jam citatis. Ἐπὶ ὧ Ἄγιδος, τοῦ Ἀρχιδάμου, βασιλεύοντος, Λακεδαιμονίοις ἄλλά τε ἐγένετο ἐς Ἦλείους ἐγκλήματα, καὶ τοῦ ἀγῶνος τοῦ ὀλυμπικοῦ, καὶ ἱερᾶ τοῦ Ὀλυμπιάσιν, ὑπ' αὐτῶν ἐρόμενοι, μάλιστα ἠχθοντο. *Agide verò, Archidami filio, regnante, cùm alia Eleis Lacedæmonii crimini dabant, tum imprimis iniquiſſimè id ferebant, quòd Olympicis ipſos ludis, & Olympico item templo, arcuiſſent.* Idque factum Olympiadis nonageſimæ quartæ anno tertio. Diodorus id nos docet, in illius anni rebus, lib. XIV. Τούτων δὲ πραττομένων, Λακεδαιμόνιοι καὶ ἄλλα μὲν πλείονα τοῖς Ἦλείοις ἐνεκάλουν, μάλιστα δ' ὅτι Παυσανίαν, τὸν βασιλέα αὐτῶν, διεκώλυσαν τῷ θεῷ θῦσαι, καὶ διότι τοῖς Ὀλυμπίοις Λακεδαιμονίους οὐκ εἴασαν ἀγωνίσασθαι. *Hæc autem dum ſic geruntur, Lacedæmonii cùm alia plura Eléis crimina objiciebant, tum quòd Pauſaniam, regem ſuum, ſacra deo facere prohibuiſſent; & quòd in Olympiis Lacedæmonios certare non permiſiſſent.* Cauſa erat, quòd non perſolviſſent multam, quam debebant. Hoc ex Xenophonte diſcimus, Hiſt. Græc. lib. III. Λακεδαιμόνιοι καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, πάλαι ὀργιζόμενοι τοῖς Ἦλείοις, καὶ ὅτι ἐποιήσαντο ξυμμαχίαν πρὸς Ἀθηναίους, καὶ Ἀργείους, καὶ Μαντινέας, καὶ ὅτι, δίκην φάσκοντες καταδεδικάσθαι αὐτῶν, ἐκώλυον καὶ ἱππικῆ, καὶ γυμνικῆ, ἀγῶνα. *Eo ipſo tempore Lacedæmonii, jam dudum Eléis ſuccenſebant, quòd*

ſocieta-

societatem iniissent cum Athenienſibus, Argivis, & Mantinenſibus; tem quòd, debere ſibi indictam multam dictitantes, certamine equeſtri ipſos, gymnicoque, prohiberent. Verùm, bello eam ob cauſam concitato, tertio id poſteà anno ſic compoſitum eſt, ut Lacedæmonii denuò ad certamina Olympica admitterentur: ut Pauſanias mox refert, in Laconicis, quæ citavi.

CAP. XIX.

Auctores, qui de rebus Lacedæmoniorum ſcripſerunt: & in partibus, De rep. inſtituta, & Apophthegmata; De donariis, De feſtis, De ſacrificiis; De prytanibus, & archontibus. Res Laconicas; item Urbes, Dialectum, & Vocabula peculiaria: quorum iſta exſtant nomina. Ariſtocles. Ariſtoteles. Critias. Dicæarchus: cujus Opus, ut quotannis in prætorio ephororum coram juventute urbis legeretur, lege conſtitutum fuit. Dioſcorides. Molpis. Pauſanias. Perſæus. Proxenus Sphærus. Xenophon: quanquam de hoc ipſo dubitatum. Plutarchus. Polemon. Soſibius. Charon. Ariſtocrates. Phæſtus: cujus tamen Operis ambiguus titulus reſtituitur, apud Pindari Scholiaſten. Polycrates. Philoxenus, & Ariſtophanes.

FIniam propoſitum Opus; & Auctores, qui Lacedæmoniorum res ſcripſerunt, indicabo: qui ſi ad nos perveniſſent, plurima cognoſceremus, quæ nunc ignorare cogimur. Primò autem, DE REPUBLICA tradiderunt numero plures. Inter quos priore loco memorandus hîc occurrit *Ariſtocles.* Athenæus, lib. IV. Καὶ Ἀριστοκλῆς, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς Λακώνων πολιτείας. *Et Ariſtoles, etiam hic libro primo De republicâ Lacedæmoniorum.* *Ariſtoteles.* Harpocration, in Μόρων. Διείλεκται περὶ τούτων Ἀριστοτέλης, ἐν τῇ Λακώνων Πολιτείᾳ. *Diſſeruit verò de his Ariſtoteles, in Republicâ Lacedæmoniorum.* Scholiaſtes Pindari; Iſthm. Od. VII. Ταῦτα ἱστορεῖ καὶ Ἀριστοτέλης, ἐν τῇ Λακώνων Πολιτείᾳ. *Hæc refert etiam Ariſtoteles, in Rep. Lacedæmoniorum.* *Critias.* Harpocration, in Λυκιουργείς. Κριτίας φησὶν, ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ. *Critias ait, in Lacedæmoniorum Republicâ.* Ter citatur ab Athenæo, lib. XI. Et ex eo

Opere est sine dubio, quod Plutarchus in Lycurgi Vitâ profert. Καὶ Κώθων ὁ Λακωνικὸς εὐδοκίμει, μάλιστα πρὸς τὰς στρατείας, ὡς φησὶ Κριτίας. *Et Cothon Laconicus in commendatione habebatur, maximè ad expeditiones militares, ut auctor est Critias.* *Dicæarchus.* Cujus Opus ut quotannis, coram juventute urbanâ, in prætorio ephororum, legeretur, lege constitutum erat. Suidas, in Δικαίαρχος. Ἔγραψε τὴν πολιτείαν Σπαρτιατῶν. ἣ νόμος ἐτέθη ἐν Λακεδαίμονι, καθ' ἕκαστον ἔτος ἀναγινώσκεσθαι τὸν λόγον εἰς τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον. τοὺς δὲ τὴν ἡβητικὴν ἔχοντας ἡλικίαν ἀκροᾶσθαι. ἣ τοῦτο ἐκράτησε μέχρι πολλοῦ. *Scripsit Rempublicam Spartanorum. Et Lacedæmone lex est lata, ut quotannis liber iste in prætorio ephororum legeretur, & juventus auscultaret. idque diu obtinuit.* *Dioscorides.* Plutarchus, in Lycurgi Vitâ. Ὧν ἦν Διοσκορίδης ἐστὶν, ὁ συντεταγμένος τὴν Λακωνικὴν πολιτείαν. *Inter quos est etiam Dioscorides, qui De rep. Lacedæmoniorum scripsit.* Meminitque ejus iterum, ex hoc ipso certè Opere, etiamsi id haud nominet, in Agesilai Vitâ. Athenæus, lib. IV. Καὶ Διοσκορίδης, ἐν δευτέρῳ (τῶν Λακωνικῶν) πολιτείας. *Et Dioscorides, libro secundo De Lacedæmoniorum republicâ.* *Molpis.* Idem Athenæus, libro eodem. Τίς δέ ἐστιν ἡ Κοπὶς, σαφῶς ἐκτίθεται Μόλπις, ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ. *Quænam verò sit Copis, luculentè exponit Molpis, in Lacedæmoniorum Republicâ.* *Persæus.* Rursum Athenæus, libro citato. Ὡς Περσαῖος ἱστορεῖ, ἐν τῇ Λακώνων πολιτείᾳ. *Ut Persæus tradit, in Republicâ Lacedæmoniorum.* *Proxenus.* Idem Athenæus, lib. VI. Πρόξενος δ', ἐν δευτέρῳ Λακωνικῆς πολιτείας, Φακελλίδας φησὶ καλεῖσθαι παρὰ Λακεδαιμονίοις τὰς θεραπαίνας. *Proxenus verò, libro secundo De rep. Lacedæmoniorum, ancillas à Lacedæmoniis chalcidas vocari tradit.* *Sphærus.* Etiam hunc nobis prodit Athenæus, libro toties citato. Σφαῖρος δ', ἐν τρίτῳ Λακωνικῆς πολιτείας, γράφει. *Sphærus verò, libro tertio De Rep. Laconicâ, scribit.* Ex eodem Opere est, sine dubio, quod citatur à Plutarcho, in Lycurgo. ὁ δὲ Σφαῖρος, ἐξ ἀρχῆς φησὶ πατρὸς γενέσθαι τοὺς τὴν γνώμης μεταλαχόντας. *Sphærus verò, totidem*

ab

ab initio fuisse ait qui consilio participassent. *Tyrtæus.* Suidas, in Τυρτῷ. Ἔγραψε Πολιτείαν Λακεδαιμονίων. *Scripsit Rempublicam Lacedæmoniorum.* *Xenophon.* Exstat id Opus, inter cætera, quæ supersunt: quanquam, ejus illud esse, à Demetrio Magnesio negatum fuerit. Diogenes Laërtius, in ejus Vitâ, lib. II. Συνέγραψε καὶ Ἀγησίλαόν τε, καὶ Ἀθηναίων, καὶ Λακεδαιμονίων, πολιτείαν· ἣν φησὶν οὐκ εἶναι Ξενοφῶντος ὁ Μάγνης Δημήτριος. *Scripsit & Agesilaum, & Athenienssium, ac Lacedæmoniorum, rempublicam: quam non esse Xenophontis, Demetrius Magnesius ait.*

INSTITUTA, & APOPHTHEGMATA.

De his sunt *Plutarchi* libri, qui exstant.

DE DONARIIS.

Polemon. Athenæus, lib. XIII. Ὡς φησὶ Πολέμων ὁ Περιηγητὴς, ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων. *Ut ait Polemon Periegeta, in Opere De donariis quæ sunt Lacedæmone.*

DE FESTIS.

Pausanias. Suidas. Παυσανίας, Λάκων, ἱστορικός. (ἔγραψε) Περὶ τῶν ἐν Λάκωσιν ἑορτῶν. *Pausanias, Lacedæmonius, historicus. (scripsit) De festis Lacedæmoniorum.*

DE SACRIFICIIS.

Sosibius. Athenæus, lib. XV. Καὶ γὰρ καὶ Λακεδαιμόνιοι καλάμῳ στεφανοῦνται, ἐν τῇ τῶν Προμαχίων ἑορτῇ· ὡς φησὶ Σωσίβιος, ἐν τοῖς Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι θυσιῶν. *Etenim & Lacedæmonii arundine coronantur, in Promachiorum festo: uti auctor est Sosibius, in libris De sacrificiis Lacedæmoniorum.* Inde est, quod ab Hesychio memoratur. Ἐλακάτια, ἀγὼν ἐν Λακεδαιμονίᾳ, ὃν τὸ Ἐλακάτῳ, ὃς καὶ ἥρωά τινος Ἡρακλέους, ὡς φησὶ Σωσίβιος. *Elacatia, certamen in Laconicâ, in honorem Elacati, qui amasius erat Herculis, sicut auctor est Sosibius.*

DE PRYTANIBUS, & ARCHONTIBUS.

Charon, Lampsacenus. Suidas. Χάρων, Λαμψακηνός. ἔγραψε Πρυτάνεις, ἢ Ἄρχοντας, τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων. *Charon, Lampsacenus. Scripsit Prytanes, sive Archontes, Lacedæmoniorum.* Et hæc qui-

quidem, quæ per partes enarranda veteres proposuerunt; universim verò alii.

DE REBUS LACONICIS

multi perscripserunt. Et in illis, *Aristocrates*. Athenæus, lib. III. Ἀριστοκράτης, ἐν τετάρτῳ Λακωνικῶν. *Aristocrates, libro quarto De rebus Laconicis.* Ex hoc ipso Opere sunt procul dubio, quæ Plutarchus, in Lycurgo, semel iterumque refert; sicut & in Philopœmene. *Pausanias.* Suidas. Παυσανίας, Λάκων, ἱστορικός. (ἔγραψε) Περὶ Ἑλλησπόντου. Λακωνικά. *Pausanias, Lacon, historicus.* (*Scripsit*) *De Hellesponto. De rebus Laconicis.* *Phæstus.* Scholiastes Pindari, Pyth. Od. IV. Καὶ γὰρ ὁ Φαῖστος, ἐν τοῖς Λακεδαιμονικοῖς, ἐπιβάλλων φησί.

Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων, κεραοφόρε, κέκλυθι, μάντι.

Etenim & Phæstus, in Opere De rebus Laconicis, injiciens ait;

Jupiter Libyæ Ammon, corniger, audi, vates.

Verum haud scio, an certa lectio: quippe posteà iterum, in re eâdem, Μακεδονικῶν titulo citat, eorundem Pyth. Od. IX. Ὡς Φαῖστος, ὁ τὰ Μακεδονικὰ συγγράψας,

Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων, &c.

Ut Phæstus, qui Macedonica conscripsit:

Jupiter Libyæ Ammon, &c.

Sed priorem lectionem esse veriorem censeo; siquidem Ammonem Jovem etiam Lacedæmonii coluerunt, & oraculum quoque ejus maximè consuluisse memorantur: itaque & fanum illi dedicarunt. Pausanias, in Laconicis. Προελθόντι δὲ ἐντεῦθεν, ἱερόν ἐστιν Ἄμμωνος. Φαίνονται δὲ ἀπαρχῆς Λακεδαιμόνιοι μάλιστα Ἑλλήνων χρώμενοι τῷ ἐν Λιβύῃ μαντείῳ. *Inde autem procedenti, fanum occurrit Ammonis. videntur autem à principio Lacedæmonii maximè inter Græcos oraculo, quod est in Libyâ, usi esse.* Causam verò dedicationis ejus, memorat in sequentibus verbis. *Polycrates.* Athenæus, lib. IV. Πολυκράτης, ἐν τοῖς Λακωνικοῖς, ἱστορεῖ, ὅτι πρὸ τῶν Ὑακινθίων θυσίαν οἱ Λάκωνες ἀπὸ τριῶν ἡμέρας συντελοῦσι. *Polycrates, libro De rebus Laconicis, tradit, Lacedæmonios, in Hyacinthio-*

cinthiorum festo per tres dies sacra facere. Quin Auctoris quoque Anonymi,

ACTA LACONICA,

memorantur à Plutarcho, in Agesilai Vitâ. Ἡμεῖς δὲ εὕρομεν ἐν τοῖς Λακωνικοῖς Ἀναγραφαῖς ὀνομαζομένοις, γυναῖκα μὲν Ἀγησιλάου, Κλεόραν· θυγατέρας δὲ, Ἀπωλίαν, καὶ Προλύταν. *Nos autem invenimus in Actis Laconicis nominatam, uxorem quidem Agesilai, Cleoram; filias verò, Apoliam, & Prolytam.*

DE URBIBUS.

Polemon, Iliensis. Suidas. Πολέμων, Εὐηγήτου, Ἰλιεύς. Ἔγραψε περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων. *Polemon, Euegeti filius, Iliensis. Scripsit De urbibus Laconicis.*

DE DIALECTO.

Philoxenus. Suidas. Φιλόξενος, Ἀλεξανδρεύς, γραμματικὸς, ὃς ἐσοφίσθησεν ἐν Ῥώμῃ. (ἔγραψε) Περὶ τῆς Λακώνων διαλέκτου. *Philoxenus, Alexandrinus, Grammaticus, qui Romæ docuit. (scripsit) De Lacedæmoniorum dialecto.* Denique, nec

VOCABULA LACONICA

sunt prætermissa: ac particulare de his Opus scripsit *Aristophanes* Grammaticus: ut ostendi etiam suprà, cùm de illis ipsis agerem, lib. III. cap. VI. Illic vide.

RERUM
Et
VERBORUM,
In his
Miscellaneorum Laconicorum libris memorabilium,
INDEX:
In quo
Numerus Romanus, librum; barbarus, caput designat.

ABaris Laconicam peste liberat. II. 16.
Acanthus, Olympionica. IV. 18.
Achæa Paracypariſſia, urbs. IV. 1.
Achæi Phthiotæ olim Spartam tenuerunt. IV. 15.
Achæus, & Lacon, Lapathi filii, Europam inter se distribuunt. III. 9.
Achilli ephebi, in Platanistâ certaturi, sacra faciebant. II. 15.
Achillis portus, urbs. IV. 1. fanum, à Prace conditum. IV. 16.
Acies Laconica: II. 2.
Acriæ, urbs. IV. 1. matris deûm illic fanum, & è marmore simulacrum, totius Peloponnesi antiquissimum. ibid.
Ἀδέσποτοι. II. 7.
Ἀδώιον, carmen. II. 11.
Adonis, Κίελις appellatus. I. 3.
Ægila, locus, ubi festum matronarum, & templum Dianæ. IV. 14.
Æginetæ, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Ægys, urbs: à quibus deleta. IV. 1.
Æneti quinquertionis statua ubi. IV. 2.
Æpéa, urbs. IV. 1.
Æsculapius, Ἀγλαόπης. I. 3. Αἰγλαήρ. ibid. Φιλόλαος. ibid. ejus fanum, & fons, Pellanis: quidque in eo usu venerit. IV. 8.
Ætates hominis apud Lacones quibus nominibus distinctæ. II. 3.
Æthæa, urbs. IV. 1.
Æthiolas, Menelai filius, inter deos relatus. I. 4.
Agamemnon, cognomento Ζεύς. I. 4.
Ἀγλαόπης, Æsculapius. I. 3.
Agrippa Romæ balneum Laconicum ædificavit primus. II. 18.
Ἄγχιππος. III. 6.
Αἰγλαήρ, Æsculapius. I. 3.
Αἰγοφάγος, Juno. I. 3.
Αἰδώ. III. 6.
Αἴκλον, sive Αἶκλον; aut Ἄϊκυον, & Αἴκυον. I. 11.
Ἀκεσώδης. I. 12.
Ἀλκείδαι, dii. I. 6.
Alcibiadis Athenienſis suasu Lacedæmonii

monii terræ, & maris, principatum sibi acquirunt. III. 10.
Alcibiades, nomen Laconicum. III. 8.
Alcidas, Olympionica. IV. 18.
Alcmanis poëtæ patria, & scripta. IV. 16. 17.
Aletas Carnum occîdit. IV. 15.
Alexander, qui & Paris, inter deos relatus. I. 4.
Ἀλέξανδρα à Spartanis Cassandra dicta, & pro deâ culta. I. 4.
Ἀλωπεκίδες, canes. III. 1.
Amathûs, urbs, quæ & Psamathûs. IV. 1.
Ἄμπαιδες. II. 3.
Ἀμφιμάντορα. I. 12.
Ἀμφιστρῆ. II. 14.
Ἀμφίφορει. I. 12.
Amyclæ, urbs: ejusque antiquitates. IV. 2. 3.
Amyclæi in Italiâ, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Amyclæus, deus: ejusque fanum. IV. 2.
Ἀμυκλαίδες. I. 18. IV. 3.
Ἀμυκλαῖον. IV. 2.
Ἀναγραφαὶ Λακωνικαὶ, Auctoris incerti opus. IV. 16.
Anaximander terræmotum, sub Archidamo rege futurum, prædixit. II. 16. primus Spartæ gnomonem posuit. II. 19.
Anaximenes, secundùm quosdam primus Spartæ guomonem posuisse fertur. II. 19.
Ancillæ, Χαλκίδες dictæ. II. 6.
Andreas, Olympionica. IV. 18.
Ἀνδρία. I. 9.
Ἀνίζηνον. I. 15.
Ἀνόστῳ. III. 6.
Antalcidæ dictum. II. 1.
Anthana, urbs, unde dicta. IV. 4.
Anthéa, urbs. IV. 4.
Anthes, Neptuni filius, à Cleomene interfectus. IV. 4.
Antigoni in devictos Lacedæmonios humanitas. III. 11.
Ἀπ' ἄκρας μάχη. II. 2.
Ἀπαλοῖξαι, II. 8.
Ἀφίται. II. 7.
Ἀφίδιτῳ dies, quis. I. 10.
Aphidna, urbs. IV. 3. unde raptæ à Dioscuris Leucippi filiæ. II. 15.
Aphrodisia, locus. IV. 4.
Aphrodisias, urbs. IV. 4.
Ἀφροδίτη, Venus, eique sacra à quibus facta. II. 3.
Ἄπια. I. 12.
Ἀπία olim Peloponnesus dicta. I. 12.
Ἀπλεῖ. I. 18.
Apollo, cum quatuor auribus, manibusque. I. 1. Θοργάτης, & Θόρναξ. ibid. Δρομαίῳ. ibid. Φοίβῳ. ibid. auctor legum à Lacedæmoniis credebatur. II. 5. sacra ei, Hyacinthiis facta. II. 14. Amylæ illi sacræ: & ipsius ibi fanum, quale nullum in Laconicâ universâ. IV. 2. Carnéi cognomento simulacrum Oetyli. IV. 8. fanum Tænari. IV. 11. Πυθαεὺς, in Tornace cultus. IV. 15.
Ἄψίαι. II. 14.
Apsines, Lacedæmonius, orator. IV. 17.
Aquila, draconem tenens, regis Arei sigillum. III. 4.
Arationem quando instituerint Lacedæmonii. II. 9.
Areus, inter doctos Lacedæmonios, quid scripserit. IV. 17.
Ἄργῶν. II. 6.
Argos olim dicta Laconica. I. 7.
Arionis donarium, & historia. IV. 11.
Aristander Parius, fecit effigiem Spartæ, quæ Amyclis. IV. 10.
Aristocles, scripsit De rep. Lacedæmoniorum. IV. 19.
Aristodemi Heraclidæ filii sorte Laconicam consequuntur. III. 9.
Ariston, priùs fœmina: & Aristusa dicebatur. IV. 16.
Aristophanis Grammatici Γλῶσσαι Λακωνικαί. III. 6. IV. 19.

Aristotelis Opus De rep. Lacedæmoniorum. IV. 19.
Aristusa, priùs fæmina, posteà in virum mntatur. IV. 16.
Arma Laconica. II. 1. 2.
Ἁρπίδες. I. 18.
Ἀρτεμίσιος, mensis quidam apud Lacedæmonios. III. 8.
Artes paternas filii exercebant, vilibus prohibebantur. II. 9. sed tibiâ canere, omnes discebant. ibid.
Arundo Laconica. II. 17. eâque coronari soliti Lacedæmonii, in Promachiorum festo. ibid.
Arytamas Olympionica. IV. 18.
Arx Spartana, collis tantùm eminentior. IV. 10.
Asine, filia regis Lacedæmonis, à quâ Asine urbs vocata. IV. 4.
Asine, urbs. IV. 4.
Ἄσματα παρθένια Alcmanis. IV. 17. Spendontis. ibid.
Asopus, urbs. IV. 4.
Astrabacus, sive Astrobacus, inter deos Lacedæmoniorum. I. 4.
Ἀστραβικὸν, carmen: ejusque origo, II. 11.
Atæa, urbs. IV. 4.
Athenæ, urbs Laconicæ. IV. 4.
Athenienfibus subjugatis Lacedæmonii etiam ephoros, & harmostam, imponebant. II. 4.
Atheradas, Olympionica. IV. 18.
Augéa, urbs. IV. 4.
Aurigandi mos Lacedæmoniis proprius. II. 9.
Autocratis posteri, Μαχαιρίωνες appellati. III. 7.
Bacchus, Κολωνάτης, unde dictus. IV. 14. ei sacra faciebant virgines, Διονυσιάδες appellatæ. II. 15. Συκιάτης, sive Συκίτης. I. 3. Φίλας, Amyclis cultus. IV. 2. ejus fanum Alagoniæ. IV. 1.
Baculus Laconicus, isque incurvus. II. 17. cum quo etiam prodire in concionem usitatum, donec posteà is mos desiit sub Lycurgo, & quamobrem. ibid.
Balneum Laconicum, quale. II. 18.
Βάφα. I. 8.
Barba Lacedæmoniorum, qualis. I. 16. Tresantum qualis. ibid.
Belbina, urbs. IV. 4. posteà vicus. ibid. controversia de eâ, inter Lacedæmonios, & Megalopolitanos, à Philopœmene decisa. ibid.
Belemina, urbs. IV. 5.
Belli gloriâ Lacedæmonii excellebant. II. 1. idque incepturi, plenilunium observabant. II. 8.
Bembina, urbs. IV. 5.
Βίαιτερος. I. 12.
Βίσσυ. III. 6.
Biandina, urbs. IV. 5.
Βίβασις. II. 12.
Bityla, urbs. IV. 5.
Bœotorum colonia, Leuctra. IV. 7.
Bœum, sive Bœa, aut Bæa, urbs. IV. 5.
Βολώρυξ. I. 13.
Βορβηγέσιος. I. 13.
Βορβίκιος. I. 13.
Bos Marti post victoriam immolatus. II. 1.
Βῦα. II. 13.
Βυάγρε. II. 13.
Βυκολικὸν carmen, ejusque origo. II. 11.
Βοωτεῖν. II. 9.
Brasidæ cenotaphium Spartæ, sepulcrum Amphipoli. IV. 15.
Breviloquentia Laconica. III. 3.
Brutii Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Brysææ, urbs. IV. 5.
Bucula ex ære Colonæ, donarium Cottinæ meretricis. IV. 14.
Byzantini Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Cæne, urbs; seu Cænepolis: olim Tænarum. IV. 5.
Calcei Laconici varii. I. 8. Empedoclis, ex ære facti. ibid.
Callicratidas Laco, Pythagoréus, ejusque scripta. IV. 17.

Callicratidas, initio inter mothaces. II. 6. ejus saltatio. II. 12.
Callisthenes Olympionica. IV. 18.
Campani, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Canes Laconici, maximè celebrati: & eorum genera. III. 1.
Canis catulum Marti Enyalio ephebi immolabant in Dioscurorum fano. I. 5.
Canobitæ, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Capræ immolatæ Junoni τῇ Αἰγοφάγῳ. I. 5.
Caro præmii loco data à polemarcho ei, qui in conviviis carmina Tyrtæi optimè cantasset. II. 2.
Cardamyle, urbs: ab Augusto Lacedæmoniis donata. IV. 5.
Caricus, locus. IV. 14.
Carmine hexametro uti primus Alcman intermisit. IV. 17.
Carmina Laconum qualia. II. 11. Tyrtæi, ante pugnam jussis in tentorium regis convenire recitata. II. 2. ac cantata in conviviis. ibid.
Carnéi Apollinis simulacrum Oetyli. IV. 8.
Carnéo mense Lacedæmonii à militiâ abstinebant. III. 8.
Carneorum in festo certamen, quo Terpander primus vicit. II. 13.
Carnéus, sive Carnus, à quo interfectus. IV. 15. Jovis, & Europæ, filius. ibid.
Caryæ, locus, ubi Diana Caryatis coli solita. IV. 14.
Caryatis, saltatio; quam Dioscuri docuere; in Dianæ Caryatidis honorem agitata. II. 12. virgines, eam saltantes, in sigillo Clearchi sculptæ. III. 4.
Carystus, locus vino nobilis. I. 14. IV. 1. 14.
Caseus Laconicus. I. 13.
Cassandra à Spartanis Alexandra appellata. I. 4.
Castor primus canem cum vulpe coire fecit. III. 1. ubi sepultus. II. 15.
Castoriæ canes. III. 1.
Castorium carmen. II. 11.
Catalani Hispaniæ, Lacones dicti. I. 7.
Cecrops Spartam condit. IV. 10.
Cereris fanum, & simulacrum, Bryseis. IV. 5.
Ceres, Ἐπιπυργιὰ cognomento. I. 3.
Certamina varia. II. 13. Certamine coronario qui viciflent in acie, juxta regem constituti pugnabant. II. 2.
Cerussa Laconica. II. 17.
Chalcedane, inter deas relata. I. 4.
Chalcidenses exules dedicant ædem Minervæ τῆ Χαλκιοίκῳ. I. 3.
Χαλκίδες, ancillæ. II. 6.
Χαλκίοικος Minerva, unde dicta. I, 3. ejus ædes ubi, & quinam struxerint. ibid.
Χαός. III. 7.
Charisium Laconicum. II. 17. ejusque usus inter fœminas, ad amorem maritorum obstringendum. ibid.
Charmis, Olympionica. IV. 18.
Charon Lampsacenus scripsit De prytanibus, & archontibus, Lacedæmoniorum. II. 4. IV. 19.
Χελύτῃ. I. 1.
Χελύης, Diana. I. 1.
Chen, urbs, Mysonis patria. IV. 5.
Chilon ephoros instituit. II. 4. scripsit Elegias. IV. 15.
Chilonium dicendi genus. III. 3.
Chionis, ter Olympionica. IV. 18.
Χιτὼν Λακωνικός. I. 15.
Choreæ auctor Alcman. IV. 15.
Chorus saltantium triplex; ejusque auctores quinam dicti. II. 10. Laconistarum quadratus. ibid.
Chrysomachus, Olympionica. IV. 18.
Cicuta Laconica. II. 17.
Cinæthon, ejusque scripta. IV. 17.

Claves Laconicæ. II. 17.
Clavi in veſtibus Laconicis, & quo nomine appellati. I. 15.
Clearchi ſigillum. II. 12. III. 4.
Cleomenes rex clypei geſtationem mutat, & pro haſtâ capere fariſſam jubet. II. 2. abrogat ſenatores, & patronomos inſtituit. II. 4.
Cleoptolemus, Olympionica. IV. 18.
Clypeus, Laconum inventum. II. 2. ei inſculpta litera Λ. ibid. quomodò geſtari ſolitus: & mutatio, à Cleomene facta. ibid. in eo pariebant fæminæ; & enixæ, puerum quoque recèns natum in eodem collocabant. II. 2. matres eum ad bellum ituris in manum tradebant; & quibus tunc verbis uſæ. ibid.
Clytæmneſtra, inter deas relata. I. 4.
Cnidii Lacedæmoniorum coloni. I. 7
Cœlibatus pœnæ. II. 3.
Coccygius mons, unde dictus. IV. 15.
Cohors πιτανάτης. II. 2. etiam Antonini Caracallæ. ibid.
Colaphis cædebantur cœlibes. II. 3.
Colles quinque Laconicæ, vino nobiles. I. 14.
Columbæ apud Meſſam copioſæ. IV. 7.
Colone, locus: atque Bacchæ Colonatæ illic templum, & Cottinæ meretricis domus. IV. 14.
Coma Lacedæmoniorum qualis. I. 16.
Conon, profligatis ad Cnidum Lacedæmoniis, maris imperium illis adimit. III. 10.
Convivia Lacedæmoniorum qualia. I. 10. 11. 14.
Coronæ pſilinæ, & Thyreaticæ. IV. 13.
Cortyta, locus. IV. 14.
Coryphaſium, locus. IV. 14.
Corythalliæ Dianæ fanum: puerique in id mares Tithenidiorum feſto à nutricibus exportari ſoliti. I. 11.
Cotes Laconicæ. II. 18.
Coſmoſandalum, à Lacedæmoniis inventum. II. 17.
Cottina, meretrix; ejuſque domus, ubi: & donarium, bucula ex ære. IV. 14.
Crataidas, coloniæ ductor. I. 7.
Crateres Laconici. I. 14.
Cratini Ἀχάρνες. III. 2.
Creſphontes dividit Peloponneſum cum Ariſtodemi filiis. III. 9.
Critias ſcripſit De rep. Lacedæmoniorum. IV. 19.
Croceæ, urbs, lapicidinâ inſignis. II. 18.
Crœſus aurum donat Lacedæmoniis, ad faciendum ſignum Apollinis. IV. 15.
Crotanorum teſſera. IV. 16.
Crotoniatæ, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Cuculus ubi factus Jupiter. IV. 15.
Cucumis Laconicus. I. 13.
Curatores puerorum. II. 3. juvenum. ibid.
Curetes, & Lacones, quidam Jovem in Scylletio, Cretæ monte, deponunt. I. 7.
Currus Laconici, unde facti. II. 19.
Curſus nudus Olympionicarum, quando inſtitutus. IV. 18.
Cycni ubi in Laconicâ plurimi. II. 19. & interioribus eorum plumis lecti à Romanis farcti. ibid.
Κυνοσυρίδες, canes. III. 1.
Cynoſuris, locus. IV. 14. & inſignes illic canes. III. 1. IV. 14.
Cypariſſia, urbs. IV. 6.
Cyphanta, urbs. IV. 6.
Cyrenæi, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Cytherii, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Dæton, à coquis cultus. I. 6.
Δαμοφανές. I. 15.
Δαμῳδές. II. 7.
Δεξιλιστής. III. 7
Deiphobus, inter deos cultus. I. 4.
Delphus, coloniæ ductor. I. 7.
Delthenii, in confinio Laconiæ, & Meſſeniæ. I. 2.

Demetrius, philosophus Epicuréus. IV. 17.
Demosthenes, Olympionica. IV. 18.
Denthiades. I. 14. locus, vino nobilis. ibid.
Δένθις. I. 14.
Derrha, locus, ubi Diana Derrhiatis colebatur. IV. 14.
Διπποσπογαῦται. II. 7.
Diana, Χελύης. I. 1. Πεδάγρα. ibid. Σελασία, sive Σελασία. ibid. & IV. 9. Οὖπις. I. 2. Ἐνοδία. ibid. Καρυάτις, sive Καρυάτις. ibid. & IV. 14. in ejus honorem saltatio quædam instituta, Caryatis appellata. II. 12. Λιμενῖτις. I. 2. Γ'οσωρία. IV. 12. Κορυθαλία, ejusque fanum. I. 11. item sacrum. II. 15.
Diana ubi primùm culta in Laconicâ. IV. 12. ejus fanum Alagoniæ. IV. 1. certamen quoddam, in ejus honorem. II. 13. sacra item, illi facta. II. 14.
Διασκηνεῖν. I. 11.
Διαφοιτημός. I. 10.
Dii, ὧνπερ μικρὸν θεοὶ dicti. I. 6.
Dicæarchus Lacedæmonius, grammaticus, & auditor Aristarchi. IV. 17. ejus Opus De rep. Lacedæmoniorum. IV. 19. idque ut quotannis, in prætorio ephororum, coram juventute urbis legeretur, institutum. ibid.
Δικηλικταί. III. 6.
Δίκηλον. III. 6.
Διονυσάδες. II. 13. 5.
Dionysii Siculi factum. I. 8.
Diophantus Lacedæmonius, ejusque scripta. IV. 17.
Dioscoridis Opus De rep. Lacedæmoniorum. IV. 19.
Dioscuri, hominum servatores crediti. I. 5. parotides, in morbis enatæ, cur eorum nomine dictæ. ibid. ubi sepulti, & quando inter deos relati. II. 15. acceptam à Minervâ pyrrhicham Lacedæmonios docent. II. 12. etiam saltationem Caryatidem. ibid. sacra iis facta. II. 14. eorum templum Spartæ, in quo Marti Enyalio canis catulum ephebi, ante pugnam, immolabant. I. 5. alterum templum, Therapnis. IV. 12. ubi & sub terrâ degere alternis diebus credebantur. ibid. effingebantur pileati. I. 17. eorum simulacra qualia. III. 6. sepulcra, Δόκανα appellata. II. 15. III. 6.
Δόκανα. II. 15. III. 6.
Δελφῖνες, dii. I. 6.
Δρομεῦς, Apollo. I. 1.
Dromus, locus; & in eo sacra faciebant Herculi, quæ ex ephebis excessissent. II. 14.
Δυμᾶνις, tribus Laconica. I. 7.
Dyrrhachium, urbs. IV. 6.
Ἐ'δνια. I. 9.
Εἰλήθυια. II. 13.
Εἴρω. II. 3.
Εἰσπνεῖν. III. 6.
Εἰσπνήλης. III. 6.
Ἐκατόμβαια, sacra Lacedæmoniorum, quare facta. II. 14.
Ἐκαλεμβόλις, mensis. III. 8.
Ἐμβατήριοι αὐλοί. II. 11.
Ἐμβατήριον, carmen. II. 11.
Ἐμβρεμίνα. III. 7.
Ἐμπαστίτας. II. 4.
Empedoclis calcei, ex ære facti. I. 18.
Ἐμπεῖθαι. III. 3.
Ἐνδριώτας. II. 13.
Ἐννησκλοι. I. 18.
Ἐνοδία Diana. I. 2.
Enope, urbs. IV. 6.
Ἐνόπλιον carmen. II. 11.
Enyalio Marti catulum canis immolabant ephebi in Dioscurorum templo. I. 5.
Ἐπουράκται. II. 7.
Ephebi, in Plataniſtâ certaturi, Achilli sacra faciebant. II. 15. eorum certamen in Plataniſtâ, quale fuerit. II. 13. sacra nocturna. II. 14. qui

qui ex ephebis exceſſiſſent, Herculi in Dromo ſacra faciebant. ibid. eorum calcei. I. 18.
Epheſi vulpes, domi leones, Lacedæmonii dicebantur. III. 2.
Ephori, initio magiſtratus, radere ſuperiorem barbam juſſerunt. I. 16. juvenum veſtem, & corpora, inſpiciebant. II. 3. verberibus otioſos caſtigabant. ibid. à Chilone, aut Theopompo, inſtituti. II. 4. quotnam fuerint. ibid. ſacra faciebant in Minervæ Chalciœcæ fano. II. 14.
Epidaurus Limera, urbs, unde dicta. IV. 6.
Ἐπιδήπνιος. I. 14.
Ἐπιδώτας Jupiter. I. 1.
Epimenidis monumentum. II. 4. & oraculum de eo. ibid.
Ἐπιπολαὶ Ceres. I. 3.
Ἐπισκυθίζειν. III. 7.
Epiſtolæ Laconum duplices. III. 4.
Ἐπιστολῆς Λακωνικῆς ἐλάττων, proverbium. III. 4.
Epitelides, Olympionica, IV. 18.
Ἐυκτῆρες. II. 7.
Etaënſes. IV. 6.
Eubuli comœdia, Λάκωνες, ἢ Λήδα. III. 2.
Εὔχεσθαι. III. 7.
Εὐλάζειν. III. 7.
Εὐλάκα. III. 7.
Euphemia Laconica. II. 8.
Eurybatus, Olympionica. IV. 18.
Eutelidas, Olympionica. IV. 18.
Fames inter deas culta. I. 6. ubi, & quo modo, picta. ibid.
Farinæ, oleo ſubactæ, ſine melle. I. 12.
Ferrum Laconicum, ejuſque temperandi ratio: tum ad quas res utile fuerit. II. 18.
Feſtum Tithenidiorum, quo nutrices pueros maſculos ad Dianam Corythalliam exportabant. I. 11.
Ficus Laconicæ. I. 13.
Filios ſuos Lacedæmonii aquâ fluminis Taygeti indurabant, eoſque artes ſemper docebant, vilibuſque prohibebant. II. 9.
Fimbriarum inſignia. I. 15.
Flagella Laconica. II. 18.
Fœneratorum ſcytale. III. 4.
Fons Æſculapii Pellanis, quidque in eo uſu venerit. IV. 8. Tænari: in quo portus, & naves conſpiciebantur. IV. 7.
Frugum gratiâ ſacra facta, προλοχία appellata. II. 13.
Fugere ex acie, Lacedæmoniis probroſum. II. 1.
Fures quinam impuniti. II. 8.
Galea Lacedæmoniorum, ab ipſis inventa. II. 1. Bœotorum, Corinthiorum, & Paphlagonum. ibid. galeam amittere, ignominioſum non erat: & id quare. ibid.
Galerus, helotibus loco pilei: iſque ex canis fluviatilis pelle. I. 17.
Gallus Marti poſt victoriam immolatus. II. 1.
Gathynia, urbs, à quo condita. IV. 6.
Gelo, Olympionica. IV. 18.
Γενεαλογίαι Cinæthonis. IV. 17.
Geneſe, urbs. IV. 6.
Γερμίστιος, menſis. III. 8.
Gerania, urbs. IV. 6.
Geranthæ, urbs. IV. 6.
Gerenia, urbs. IV. 6.
Γερωνία. II. 4.
Geronthræ, urbs. IV. 6.
Gladius Laconicus, qualis. II. 1.
Γλῶσσαι Λακωνικαὶ, Opus Ariſtophanis grammatici. III. 6. IV. 16.
Glympes, urbs. IV. 6.
Gnomonem quis primus Spartæ poſuerit. II. 19.
Gortynii, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Gyges, Olympionica. IV. 18.

Gylippus in principio inter mothaces. II. 6.
Gymnicum certamen, ἔφιππον dictum II. 13.
Gythium, urbs, à quibus condita. IV. 6.
Halienſes. IV. 6.
Harmoſtæ, urbani, & externi. II. 4. urbani, numero quot fuerint. ibid. externi, quando eſſe deſierint. ibid.
Haſta Laconum, ab ipſis inventa. II. 2. pueris, ſimul nati eſſent, juxta clypeum appoſita. ibid. à Cleomene abrogata. ibid.
Ἀΐσια. II. 14.
Hegias, civitate Spartanâ donatus. IV. 10.
Ἑκατόμβαια ſacra, quæ. II. 14. III. 9.
Ἑκατομβεύς, menſis. III. 8.
Helæa, urbs. IV. 6.
Helena, inter deas relata. I. 4. ejus inventum, ſortitio per digitos. II. 9. ſigillum, pan piſcis. III. 4. pro peſte immolanda, quomodò liberata fuerit. II. 16. ſandalium ejus ubi exciderit, cùm perſequeretur Paris. IV. 14. nautarum in mari curam gerere credita. I. 4. virginem, deformem valdè, formoſam facit. IV. 16.
Helenium Laconicum. II. 17.
Helos, urbs, unde helotes dicti. IV. 6.
Helotes, pro pileo galerum geſtabant, & canis fluviatilis pellem. I. 17. iidem, qui Πενέσται, Theſſalis. II. 6. eorum conditio, & dura ſervitus. ibid.
Heniochi, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Ἡφαίστεια, Opus Cinæthonis. IV. 17.
Herculi in Dromo ſacra faciebant, qui ex ephebis exceſſiſſent. II. 14. ejus templum. IV. 16.
Hermione, urbs. IV. 6.
Heros, qui Bacchum Spartam adduxit, ejuſque ſacra. II. 15.
Ἑσπερίδων μῆλα. I. 12.
Hetœmocles, Olympionica, quinquies luctâ victor: ejuſque ſtatua. IV. 18.
Hexametro carmine primitùs uti deſiit Aſcman. IV. 17.
Hilaira, Apollinis, aut Leucippi, filia, à Dioſcuris rapta. II. 18. ejus ſacerdotes. ibid.
Ἱππαγρέται. II. 4.
Ἱππαρμοσταί. II. 4.
Hippola, urbs: & Minervæ Hippolaitidis illic fanum. IV. 6.
Hippoſthenes, Olympionica, quoties luctâ vicerit: ejuſque templum. IV. 18.
Hippotas, Phylantis filius, Carnum occidit. IV. 15.
Hiſpaniæ Lacones, dicti Catalani. I. 7.
Hyancinthia, quando celebrata. III. 8.
Ὑακινθίδες. II. 10.
Januæ Laconum biſores. II. 7.
Ibyci dictio, φανομηρίδες. I. 19.
Ἰκτόνικρατες dicti Lacones. III. 8.
Ilex in Laconicâ non naſcebatur. II. 19.
Imprecationis formula. II. 8.
Infantes in leſchas deportari ſoliti, ut explorarentur illic, anne vitâ digni forent. IV. 16.
Ionici calcei, poſteà Lacedæmoniis uſitati. I. 18.
Ἰωπάτερ. I. 15.
Iopis, locus. IV. 14.
Ἴυγξ. III. 7.
Iſſoria, ſive Iſſorium, ubi Diana Iſſoria culta. IV. 14.
Iulii Cæſaris ſigillum, Venus armata. II. 15.
Juno ubi à Iove, in cuculum mutato, vitiata. IV. 15. Αἰγοφάγος cognomento. I. 5. ejus templum, à quo conditum, & quamobrem. ibid. Ἀφροδίτη, cui matres pro nupturis filiabus ſacra faciebant. II. 3.
Jupiter Σκοπίτης. I. 1. Ἐπιδώτας. ibid. Οὐράνιος. ibid. Λακεδαίμων. ibid. à Laconi-

conibus, & Curetibus, in Scylletio, Cretæ monte, depositus. I. 7. Messapiensis, ubi cultus. IV. 14. ubi in cuculum mutatus. IV. 15.
Juramentum Lacedæmoniorum per Dioscuros. II. 8.
Jus nigrum Lacedæmoniorum quale. I. 8.
Καιάδας. III. 7.
Καλαοίδια. II. 13.
Κάμματα. I. 12.
Καμματίδες. I. 12.
Καμπέλην. I. 13.
Καρνεῖος, mensis. III. 8.
Καροῖα. I. 2.
Κάρυον. I. 2.
Καρυάτις Diana. I. 2.
Καρυατία. II. 14.
Κασσρίαι, canes. III. 1.
Κεάδας. III. 7.
Κίελις, Adonis. I. 3.
Κίρρις. III. 7.
Κίρρος. I. 14.
Κολυμβῶσαι. Carmen Alcmanis. IV. 17.
Κόος. III. 7.
Κοπίς. I. 11. eaque duplex, & discrimen utrjusque. ibid.
Κόρροι. II. 4.
Κελβάνας. I. 12.
Κυβαύζων, Mercurius. I. 2.
Κύκνος, Opus Arei. IV. 15.
Κυναί. III, 7.
Κυνοσουρίδες. III. 1.
Κυρσάνιος. III. 7.
Κώθων. I. 14.
Lac, Lacedæmoniorum potus. I. 14.
Λάκαιναι, calices. I. 14. comœdia incerti Auctoris, in mulieres Lacænas. III. tragœdia Sophoclis. ibid.
Λακεδαίμων, Jupiter. I. 1. ejus sacerdotium ad reges pertinebat. ibid. urbs, quæ alio nomine Sparta. III. 9.
Lacedæmonii quidam, unà cum Curetibus, Jovem in Scylletio, Cretæ monte, deposuerunt. I. 7. eorum victus rigidus. I. 8. jus nigrum. ibid. convivia. I. 10. 11. 14. quibus cibis victitarint. I. 13. non bibebant, nisi cum urgeret sitis. I. 14. nec cuiquam propinabant. ibid. calicemque singuli habebant suum. ibid. eorum vestitus. I. 15. galea. II. 1. Gladius. ibid. hasta. ibid. vitia: & convitia in ipsos, propter ista. III. 2. sermo, isque brevis. III. 3. item epistolæ. III. 4. lingua, Dorica. III. 5. dialecti peculiares. ibid. vocabula peculiaria. III. 6. menses quidam. III. 8. nomina. ibid. Ἐκτοκρατεῖς dicti. ibid. principium tenue. III. 9. progressus, & incrementum. ibid. urbes centum, & pro iis sacra facta Ἑκατόμβαια. ibid. Græciæ terrâ marique principatum consequuti, quàm diu tenuerint. III. 10. 11. varia fortuna. III. 11. phiditia, quæ, & qualia. I. 9. 10. mos nuptialis. I. 12. bellica gloria. II. 1. Judæorum cognati. I. 7. coloni. I. 7. spolia, erepta hostibus, minimè diis dedicabant. II. 1. quin nec spoliare hostem, nisi profligatum penitus, permittebantur. ibid. inventa. I. 15. II. 1. aciei instruendæ ratio. II. 1. barba, & coma. I. 16. aures concisæ, & loris circumvolutæ. ibid. uxores, in furorem actæ, & à Bacide curatæ. II. 16. reip. forma. II. 5. ludis Olympicis prohibiti ab Eléis, quando, quare, & quàm diu. IV. 18.
Lacon, & Achæus, Peloponnesum inter se distribuunt. III. 9.
Laconica, olim Argos dicta. I. 7. in sex partes distributa ab Eurysthene, & Patrocle. III. 9. nomen ejus antiquissimum, Λελεγία. II. 16. novissimum, Τζακωνία. ibid. medicamentorum ferax. ibid. res ejus

ejus nonnullæ. II. 17. 18. 19. III. 1. peſte ſæpenumerò conflictata, idque quare: & quo modo liberata. II. 16. inſuper & terræ motu, maximè ſub Archidamo rege. ibid. iſque unde ortus fuerit. ibid. ac prædictus ab Anaximandro phyſico. ibid.

Laconimurgum, Lacedæmoniorum colonia. I. 7.

Ladromus, Olympionica. IV. 18.

Λάκωνες, comœdia Eubuli. III. 2. & Cratini. ibid.

Λακωνίζειν. III. 2.

Λακωνικὰ, Opus Ariſtocratis. IV. 15. 16. Pauſaniæ. IV. 15. 16. & Polycratis. IV. 16.

Λακωνικαὶ, calcei. I. 18.

Λακωνικαὶ χεῖρες, proverbium. III. 2.

Λακωνικαὶ στολαὶ, proverbium. III. 2.

Λακωνικὴ ἀνάγκη, proverbium. III. 2.

Λακωνικὴ ἐπιστασία. III. 2.

Λακωνικὴ παῤῥησία, III. 2.

Λακωνικὸν, carmen. II. 11.

Λακωνικὸς χιτών. I. 15.

Λακωνισαί. III. 2.

Λάμβδα litera, in clypeis Lacedæmoniorum inſculpta. I. 18.

Lampis, Olympionica. IV. 18.

Lapathus, ejuſque filii, Lacon, & Achæus, III. 9. Peloponneſum inter ſe diſtribuunt. ibid.

Lapicidinæ, in Tænaro, & Croceis. II. 18.

Lapis Laconicus. II. 18.

Lapis θεομυθέλων, quis, ubi, & quamobrem, ita dictus. I. 3.

Lapithæum, unde dictum. IV. 16.

Lapithus, heros Lacedæmonius. IV. 16.

Las, urbs, à Dioſcuris capta, & vaſtata: qui Λαπέρσαι inde dicti. IV. 7. Latini, Lacedæmoniorum coloni. I. 7. Saturnum profugum abſcondunt. ibid.

Laudandi apud Lacedæmonios formula. II. 8.

Lecti à Romanis farti plumis interioribus cycnorum Laconicorum. II. 19.

Λήδα, comœdia Eubuli. III. 2.

Leges ſuas Lacedæmonii ad Apollinem referebant. II. 5. ac quàm diu illis uſi fuerint. ibid.

Leo impoſitus ſepulcris eorum, qui in acie fortiter pugnantes cecidiſſent. II. 1.

Leo quidam, equis venetis victor. IV. 18.

Leonidas, ſaltatio. II. 12.

Lerne, urbs. IV. 7.

Leſbii, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.

Leſche Crotanorum, & varia. IV. 16.

Leuce, urbs. IV. 7.

Leucippides, quænam fuerint. II. 15. à Dioſcuris raptæ, idque unde. ibid. inter deas relatæ. ibid.

Leuctra, urbs. IV. 7.

Liberti Lacedæmoniorum varii, variéque appellati. II. 7.

Λιμενῖτις Diana. I. 2.

Λίμναι, ſuburbium Spartæ. IV. 10.

Litææ, urbs. IV. 7.

Literas Lacedæmonii non diſcebant, niſi quantum neceſſarium. II. 19. multi ne diſcebant quidem. ibid.

Livia, Germanici filia, priùs deformis, poſteà formoſa facta. IV. 16.

Λόχος πεζονάτης. IV. 9.

Locrenſes, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.

Loricam in pugnâ amittere, minimè ignominioſum cenſebatur: atque illud quâ de cauſâ. II. 1.

Lycaides, ſive Lyciades, virgines, triginta numero, aquam in Lyceum ferebant. II. 15.

Lycotas, Olympionica. IV. 18.

Lyctii, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.

Lycurgus, inter deos cultus. I. 4. dedicat

dicat parvum Risûs simulacrum. I. 6. & Minervam Ὁπλίτιν; idque ipsum quâ de causâ. I. 3. triplicis chori auctor, sed non rectè, memoratus. II. 10. ejus institutum. I. 11. quando leges suas tulerit. II. 5.
Lydorum pompa. II. 13.
Lysander in principio inter mothaces quos vocabant. II. 6.
Ἀνπλαίδαι. III. 7.
Μαχαιρίωνες. III. 7.
Magistratûs sigillum, Polydori regis imago. III. 4.
Magnesii, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Maine, olim Tænarum. IV. 7. 11.
Maris imperium Lacedæmonii ex consilio Alcibiadis compararunt. II. 10. sed non diu tenuerunt. ibid.
Marius, urbs. IV. 7.
Marmor Laconicum. II. 18.
Mars, Θηρίτας cognomento. I. 3. Ἐνυάλιος. eique ephebi canis catulum immolabant, idque ubi. I. 5. eum apud se natum esse, Lacedæmonii credi cupiebant. II. 14. ei hominem aliquamdiu immolabant. ibid. eidem, post victoriam, bos, aut gallus, immolati. II. 1.
Matrimonii seri, & mali, pœna. II. 3.
Matrimonium contrahere prohibiti Tresantes, quos dicebant. II. 3.
Matris deûm fanum, & è marmore simulacrum, totius Peloponnesi antiquissimum, ubi. IV. 1.
Matton, à coquis cultus. I. 6.
Maza Laconica. I. 12.
Μῆλα Ἑσπερίδων. I. 12.
Melii, Lacedæmoniorum coloni. I. 7. annis septingentis sub iis liberi vixere. ibid.
Μενελείλιον. II. 3.
Menelaus, pro deo cultus. I. 4. ejus natale solum Pitane. IV. 9. Trojam mittitur, ad everruncandam pestem. II. 16.
Mensium quorundam apud Lacedæmonios nomina. III. 8.
Mensuræ Laconicæ. II. 19.
Mercurius κυβαίζων. I. 2.
Messa, sive Messoa, locus. IV. 14. Alcmanis patria. IV. 14. urbs. IV. 7. columbis abundans. ibid.
Messapeæ, locus: ubi Jupiter, Messapeensis cognomento, colebatur. IV. 14.
è Messenâ raptæ Leucippides. II. 15.
Μεσσωνιακὸν carmen. II. 11.
Μετὰ Λέσβιον ᾠδὸν, proverbium. III. 2.
Metallum, in Taygeto monte. II. 19.
Methana, sive Methona, urbs. IV. 7.
Militiâ Lacedæmonii per Carnéum mensem totum abstinebant. III. 8.
Minerva Dioscuros pyrrhicham docet. II. 12. ei signum Lacedæmone à Tarentinis dedicatum. I. 7. Ὁπλίτης à Lycurgo dedicata, quâ de causâ, I. 3. Χαλκίοικος, à Chalcidensibus dedicata. ibid. Ἀΐσα. III. 16. Ἱππολαΐτης, ejusque fanum. IV. 6. Νεδουσία. IV. 14.
Μίτυλος. II. 3.
Molpis, scripsit De rep. Lacedæmoniorum. IV. 19.
Μόθακες qui. II. 6. eorum conditio. ibid.
Μονόμοιρα. II. 16.
Mori potiùs in acie, quàm se dedere captivum, lex jubebat. II. 2.
Μορφὼ Venus. II. 15. à Tyndaro dedicata, quâ de causâ. IV. 16.
Mors inter deas censita. I. 6.
Mos Laconum nuptialis. I. 12.
Mothone, urbs. IV. 7.
Mulieres procerâ staturâ æstimatæ. I. 19. & ejusmodi uxores ducere reges jubebantur. ibid. in clypeo enitebantur: & in eo puerum natum collocabant, atque hastam juxta eum. II. 2. formosissimæ. II. 3. utque talem prolem etiam parerent, oculis proponebantur formæ

formæ quædam excellentes. ibid. Bryseis sacra Baccho occulta faciebant. II. 14.
Μυκηρόβατος. III. 7.
Μύκηρος. III. 7.
Ναὶ τὼ σιὼ, jusjurandum Lacedemoniorum. II. 8.
Nedon, urbs, & locus: ubi culta Minerva Νηδεσία. IV. 14.
Νηοδαμώδης. II. 7. quare ita dicti. ibid.
Nepeta Laconica. II. 17.
Neptunus Ἀσφάλιος, ejusque templum. IV. 11.
Nero quare Spartam ingredi noluerit. II. 5.
Nicocles, grammaticus. IV. 17.
Nicodemus, Olympionica. IV. 18.
Noctu supplicia sumi solita. II. 8.
Novicii, Lacedæmoniorum coloni. I 7.
Nuptialia Laconum pocula. I. 14.
Nuptialis mos. I. 12.
Oenoë, urbs. IV. 7.
Oenûs, urbs, ubi vinum laudatum. IV. 7.
Oeonus, Licynnii filius, ab Hippocoontis filiis interfectus. IV. 26. ejus sepulcrum. ibid.
Oetylus, urbs, quæ & Tylus. IV. 8. unde dicta. ibid. heros, à quo urbi nomen. ibid.
Οἰκάδης. I. 13.
Oleæ Laconicæ, & earum duo genera. I. 13.
Olympia, Lacedæmoniis interdicta, quando, & quare. IV. 18. in illis ut nudi currerent, cur, & quando, institutum. ibid.
Olympionicæ Lacedæmonii varii. IV. 18.
Olyntheus, bis Olympiis vicit. IV. 18.
Onasimus, ejusque scripta. IV. 17.
Onogla, locus, vino clarus. IV. 14.
Onugnathos, urbs. IV. 7.
Ὁπλίτης Minerva. I. 3. à Lycurgo dedicata, & quamobrem. ibid.
Orcatæ, urbs. IV. 5. 8.
Orione occidente arare incipiebant Lacedæmonii. II. 9.
Orsippus, victorne fuerit in Olympico certamine, an verò victus: & quando certaverit. IV. 18.
Ὀρθαγορίσκος, sive Ὀρθαγορίας. I. 13.
Ossigi, Lacedæmoniorum colonia. I. 7.
Othryadæ fortitudo. IV. 13.
Otiosi ab ephoris verberibus castigabantur. II. 3.
Οὖπις Diana. I. 2.
Οὐρανὸς Jupiter, ejusque sacerdotium, regibus proprium. I. 1.
Ὀξύμαλα Περσικά. I. 12.
Παλαιχάρ. I. 12.
Pamphylis, tribus Spartana. I. 7.
Pan, piscis, sigillum Helenæ. III. 4.
Panes Laconici, varii. I. 12.
Panico victitabant Lacedæmonii. I. 13.
Παρὰ μικρὸν θεοί. I. 7.
Paris, inter deos cultus. I. 4.
Parotides, in morbis enatæ, quare dicantur Διόσκουροι. I. 5.
Παρθένια ἅσματα Alcmanis. IV. 15.
Partheniis galerus erat pro pileo. I. 17.
Pasiphaë inter deas culta: quænam illa, & cur ita appellata. I. 4.
Patera, Alcmenæ donata à Jove, cùm in formâ Amphitryonis, rem cum eâ habuisset, apud Lacedæmonios asservata. I. 14.
Patronomi in locum senatorum à Cleomene subrogati. II. 4.
Pausanias, Lacedæmonius, & ejus scripta. IV. 17. 19.
Pecunia Laconum ferrea. II. 8.
Πίλανος. II. 8.
Pelasgi, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Pelopidas Lacedæmoniorum principatum convellit. III. 11.
Peloponnesus olim Ἀπία dicta. I. 12.
Pelops Leuctra in Laconicâ condit. IV. 7.
Πενίσκη. II. 6.
Pentapolitani, Lacedæmoniorum coloni. I 7.
Penula, Laconum inventum. I. 15.

Pephnum, urbs. IV. 9.
Peplus mulierum Laconicarum. I. 19.
Peregrinos Lacedæmonii in urbem non admittebant, nisi diebus constitutis. II. 9. quem his locum in spectaculis assignaverint. ibid.
Πηροφόνια. I. 3.
Persæus, scripsit De rep. Lacedæmoniorum. IV. 19.
Περσικὰ ὀξύμαλα. I. 12.
Persica porticus, unde dicta. IV. 15.
Peste sæpè conflictata Laconica, & ab Abaride, ac Thaleta, liberata. II. 16.
Πήπεα. I. 12.
Πητείτης panis. I. 12.
Φαινίς. III. 7.
Φαινομηρίδες, Ibyci dictio. I. 9.
Phæsti Λακεδαιμονικὰ, non rectè Μακεδονικὰ. IV. 19.
Phalanx Spartana. II. 2.
Pharæ, sive Pharis, urbs. IV. 8.
Φιδίπια. I. 9. quæ, & qualia. I. 10.
Pherecydis ad Lacedæmonios admonitio. III. 2.
Φιδίπια. I. 9.
Φιλίπια. I. 9.
Philombrotus, Olympionica. IV. 18.
Philonoë, Tyndari filia, inter deas. I. 4.
Philonomus Amyclas accipit ab Heraclidis præmium proditionis. IV. 3. eas civibus frequentes facit. ibid.
Philoxenus scripsit De dialecto Lacedæmoniorum. IV. 19.
Φλιάσιος, mensis Laconicus. III. 8.
Φλοιὰ, Proserpina. I. 3.
Φοιβαῖον. I. 5.
Phœbe, Apollinis, aut Leucippi, filia: à Dioscuris rapta, ejusque sacerdotes. II. 16.
Φοῖβος, Apollo. I. 5.
Phrygum, qui Pelopem secuti erant, sepulcra. IV. 14.
Φυσικιλλος. I. 12.
Pieria, locus. IV. 14.
Pileus Laconicus, qualis. I. 7.
Pira Laconica, ἀχερώδες dicta. I. 12.
Pisistratus Lacedæmonius Noricum in Phrygiâ condit. I. 7.
Pitana, filia Eurotæ. IV. 11. urbs: ubi sita, & unde dicta. ibid. Menelai patria. ibid.
Pitanates cohors Laconum. II. 2. IV. 9. & Antonini Caracallæ Imp. II. 2.
Placentæ, lauri foliis involvi solitæ. I. 12. uberum formam præferentes, in nuptiis circumlatæ, quando, & quare. ibid.
in Plataniſtâ certamen epheborum, & id quale. II. 13. IV. 15.
Plenilunium observabant Lecedæmonii, ad bellum exituri. II. 9.
Pocula Laconica, qualia. I. 14. sua singuli in conviviis habebant. ibid.
Polemon scripsit De donariis, quæ Lacedæmone visebantur. IV. 19. etiam De urbibus ejus. ibid.
Pollis, coloniæ ductor. I. 7.
Polycrates, scripsit Laconica. IV. 19.
Polycrates, Samiorum tyrannus, canes Laconicos in Samum insulam adduci curavit. III. 1.
Polydori regis imago, simul magistratus apud Spartanos. III. 4.
Poma apud Lacedæmonios, μῆλα ἐσπερίδων dicta. I. 12.
Pompa, à juventute armatâ ducta, ad Minervæ Chalcioecæ fanum. II. 14.
Pompa Lydorum. II. 13.
Porticus Persica, unde dicta. IV. 15.
Potus Lacedæmoniorum. I. 14.
Prasiæ, urbs. IV. 5.
Prax, ejusque genus. IV. 16. Achillis fanum condit. ibid.
Precatio Laconica. II. 8.
Principatus Græciæ quàm diu penes Lacedæmonios fuerit. III. 10.
Procles, & Eurysthenes, dividunt Peloponnesum cum Cresphonte, Temenoque. III. 9.
Προλογία. II. 14.
Promachiorum festo Lacedæmonii coronas ex arundine gestabant. II. 17. Pro-

Propinare nemini soliti Lacedæmonii. I. 14.
Proserpina Περσεφόνεια. I. 3. Φλοιά. ibid. Πρωτῆρες. II. 3.
Proverbia quædam de Laconibus. III. 2. 4.
Proxenus scripsit De rep. Lacedæmoniorum. IV. 19.
Pruna Laconica, Ὀξύμηλα Περσικὰ appellata. I. 12.
Πρυτάνεις Lacedæmoniorum qui. II. 4.
Psamathûs, urbs. IV. 9.
Ψίλας, Bacchus. IV. 2.
Psilinæ coronæ, anteà Thyreaticæ dictæ: cur gestatæ, item quando, & à quibus: tum etiam unde factæ. IV. 13.
Pudor, inter deos. I. 6. ejus simulacrum, ubi, & quâ de causâ dedicatum. ibid.
Pueri in Dianæ Corythalliæ fanum deportati à nutricibus Tithenidiorum festo. I. 11. in clypeo nasci soliti. II. 2. tum deponi quoque in clypeo, appositâ hastâ. ibid. cùm adolevissent, in bellum ituri, clypeum à matribus accipiebant, cum adhortatione masculâ ad virtutem. ibid. eorum curatores. II. 13. pyrrhicham ab anno ætatis quinto discebant. II. 12. artibus vilibus institui prohibebantur. II. 9. omnes tibiâ discebant. ibid.
Purpura Laconica. II. 19. in eâ & inibant pugnam, &, cùm fortiter pugnassent, mortui sepeliebantur. ibid.
Pyrricham pueri ab anno ætatis quinto discebant. II. 12. hanc Lacones, à Dioscoris; illi, à Minervâ edocti. ibid.
Pyrrhichus, Lacedæmonius, aut Cretensis, à quo pyrrhicha appellata. II. 12.
Pyrrhichus, urbs. IV. 9.
Πύρρου χάραξ. IV. 9.
Πυθώ. I. 15.
Pythagoras, Olympionica, Numam adjuvat in constituendo regno. IV. 18.
Quartarius Laconicus. II. 19.
Resina Laconica. II. 17.
Risus, inter deos habitus. I. 6. ejus parvum simulacrum, à Lycurgo dedicatum. ibid.
Romani lectos farciebant plumis interioribus anserum Laconicorum. II. 19.
Sabini, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Sacra nocturna epheborum. II. 14. occulta, à fœminis Baccho facta, idque ubi. ibid. incerta. ibid. pro frugibus. ibid.
Sacrificiorum principium quomodò Lacones dixerint. II. 14.
Sacrum decennale, Θεσαλῶπις appellatum. II. 14.
Saltationes Laconicæ variæ. II. 12.
Σαμία. I. 15.
Samnites, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Σανδάλιον, locus, unde dictus. IV. 14.
Σαρσιτικὸς χορὸς. II. 10.
Saturnus, in Latium profugus, à Spartanis occultatur. I. 7.
Σκαμβίς. I. 14.
Sciritis, locus. IV. 14.
Σκόλιπι, locus quidam: ubi Jupiter Σκολίπιος cultus. I. 1.
Scylletium, Lacedæmoniorum colonia. I. 7.
Scytale, qualis. III. 4. fœneratorum. ibid.
Σῆσος. II. 8.
Σισμαπίας. II. 16.
Σικυάνη. I. 13.
Selgenses, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Sellasia, urbs. IV. 9. Diana illic culta, Σιλασία cognomento. ibid.
Σίμελος. III. 7.
Senatores, à Cleomene abrogati, & Patronomi substituti. II. 4. quantâ digni-

dignitate fuerint, & è quibus legi ſoliti. ibid.
Seniores, è convivio redeuntes, à junioribus deducebantur. II. 3. ſi uxores, liberoſque, non haberent, junioribus, qui habebant, poſtponebantur. ibid.
Sepulcra Dioſcurorum. II. 15. III. 6. Phrygum, qui ſecuti Pelopem. IV. 14.
Sepeliendi conſuetudo. II. 19.
Sepulcro indigni habiti, qui in tergo vulnerati. II. 1.
Servorum multitudo apud Lacedæmonios. II. 6.
Σισῆλον. III. 7.
Σιαδεῖς. II. 14.
Side, urbs, unde dicta. IV. 9.
Sigillum Clearchi. II. 12. Iulii Cæſaris. II. 15. Helenæ. III. 4. magiſtratûs Spartani. ibid. Arei regis. ibid.
Silentio Amyclæ dictæ periiſſe. IV. 3.
Siligo Laconica. I. 12.
Σιὸς. II. 8.
Smaragdi Laconicæ. II. 18.
Soli in Taygeti vertice, præter alia, etiam equi immolati. II. 14.
Somnus, inter deos cultus. I. 6. frater Mortis appellatus. ibid.
Sophoclis tragœdia, Λάκαιναι. III. 2.
Solibius, Lacedæmonius, ejuſque ſcripta. IV. 17. 19.
Spartæ urbis deſcriptio. IV. 10. unde ei nomen datum. ibid.
Spartam nactus es, hanc orna: proverbium. III. 2.
Sparti, Cadmi ſocii, Spartam condûnt. IV. 10.
Spartus, Phoronei filius. IV. 10. Amyclantis. ibid.
Spendon, Lacedæmonius, ejuſque ſcripta. IV. 17.
Sphærus Olympionica. IV. 18.
Sphærus, ſcripſit De rep. Lacedæmoniorum. IV. 19.
Sphageæ, locus. IV. 10.
Σφαιρεῖς. II. 3.
Spolia, de hoſtibus relata, Lacedæmonii minimè diis dedicabant. II. 1. immò neque, niſi hoſte profligato, capere permittebantur. ibid.
Stathmi, locus, vino nobilis. I. 14. IV. 14.
Sus, Laconibus Βολάρυξ. I. 13.
Sybariades, Olympionica. IV. 8.
Sybaritæ cujuſdam dictum, de rigido Lacedæmoniorum victu. I. 8.
Συκεάτης, ſive Συκίτης, Bacchus. I. 3.
Supplicia noctu ſumi ſolita. II. 8.
Συμμαίαι. I. 12. II. 13.
Συσκήνια. I. 11.
Tænarum, à Jovis filio Tænaro denominatum. IV. 11. à quo conditum. ibid. quæ ſpectatu illic digna. ibid. ejus lapicidinæ. II. 18. & lapis duplex. ibid.
Talthybii fanum, monumentum, & ſacra. I. 6.
Taygetus, fluvius: cujus aquâ liberos ſuos Lacedæmonii indurabant. II. 9.
Taygetus, mons: in cujus vertice equi Soli immolati. II. 14. ab eo æſtus, peſtis cauſa. II. 16. ejus metallum. II. 19.
Tarentini, Lacedæmoniorum coloni. I. 7. Minervæ ſignum Lacedæmone dedicabant. ibid.
Τίλη. II. 4. III. 7.
Tenedii, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Terpander, in feſto Carneorum primus vicit. II. 11. 13. ſeditionem Lacedæmoniorum compoſuit. II. 16.
Terræmotus graviſſimus Spartam univerſam delevit. II. 16. ab Anaximandro prædictus. ibid.
Tettix, Cretenſis, condit Tænarum urbem. IV. 11.
Teuthras, urbem Teuthronen condit. IV. 12.
Teuthrone, urbs. IV. 12. quæ ſpectatu illic digna. ibid.

Thalamæ, urbs. IV. 12.
Thaletas Laconicam peſte liberat. II. 16.
Thalpius, Olympionica. II. 18.
Thea, urbs. IV. 12.
Theræi, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Therapne, Lelegis filia: à quâ urbs Therapne dicta. IV. 12.
Θηρίζας, Mars. I. 3.
Θεοταλῶπις. II. 4. 15.
Θεράπης, Apollo. I. 1.
Θόργαξ, Apollo. I. 1. Locus, ubi Apollinis Pythaëi ſimulacrum. IV. 15.
Θρασυδείλοι, lapides, in æde Minervæ τῆ Χαλκιοίκῳ. I. 3.
Thymelicum certamen, Cereri ſacrum, εἰλήθυια appellatum. II. 13.
Thyrea, urbs, ubi ſita. IV. 13. controverſia de eâ, atque bellum. ibid.
Thyreaticæ coronæ, unde dictæ, cur geſtatæ, & à quibus: tum etiam unde factæ. IV. 13. poſteà pſilinæ dictæ. ibid.
Θυρίδες, vertex Tænari montis. IV. 11.
Tiaſſa, fons, aut fluvius: & ad eum fanum Cletæ. I. 11.
Tibiâ canere filii Lacedæmoniorum omnes diſcebant. II. 9. & ad ejus quoque cantum pugnam inibant. II. 2.
Timocrates, Lacedæmonius, ejuſque ſcripta. II. 17.
Timomachus, dux Thebanorum, Lacedæmoniis, bello contra Amyclæos, auxilio miſſus. IV. 3.
Timor, ejuſque ædes. I. 6. iſque quam ob cauſam cultus. ibid.
Tiſamenus, vates, civitate Spartanâ donatus. IV. 10.
Tithenidia, feſtum, quale. I. 11.
Tithymallus Laconicus. II. 17.
Τίτυρος. III. 7.
Trachinii, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.
Trecenti-viri conſtituti, qui obſervarent, ne quis prædam, niſi penitùs profligato hoſte, caperet. II. 1.
Τρέσαντες. III. 7. eorum pœna. I. 15. 16. II. 3.
Triballi quam Laconicæ partem habitaverint. IV. 11.
Tribus quædam Laconicæ. I. 7.
Trinaſſus, urbs. IV. 3.
Tripodes, à variis artificibus facti, & ſpectatu digni, Amyclis. IV. 2.
Tripolis, urbs. IV. 13.
Triticum Laconicum. I. 12.
Τραγάλια. I. 12.
Tylus, urbs, quæ & Oetylus. IV. 8. 13.
Τυμβωρύχος, Venus. I. 3.
Tumuli magni, Phrygum, qui Pelopem comitati, ſepulcra. IV. 14.
Tyndarus, regno dejectus, habitat Pallenæ. IV. 8. Veneris, Μορφῆς cognomento, ſignum dedicat, propter Helenæ delictum. IV. 16. Minervæ Chalcioecæ templum inchoat. I. 3.
Tyrrheni quam Laconicæ partem habitaverint. IV. 11.
Tyrtæus, auctor chori triplicis à nonnullis memoratus. II. 10. ejus carmina, lege latâ, juſſis in tentorium regis conveniri recitata. II. 2. ſingulique hæc canebant in conviviis. ibid. Athenienſis cùm eſſet, Spartanâ civitate donatus: & quæ ſcripſerit. IV. 17. & in iſtis, De rep. Lacedæmoniorum. IV. 16. ejuſdem Εὐνομίαν. IV. 15. quomodò Spartanâ civitate donatus. IV. 10.
Tzaconia, corrupto nomine, poſtremùm Laconica appellata. II. 16.
Vati nummus pro mercede datus. II. 8.
Venus Τυμβωρύχος. I. 3. Ἑκάτη. II. 3. eique matres pro nupturis filiabus ſacra faciebant. ibid. armata colebatur. II. 15. atque ea Iulio Cæſari pro ſigillo. ibid. ejus templo alterum quoque ſuperſtructum; & eidem, Μορφὼ cognomento dictæ, dedica-

dicatum. ibid. ejusdem fanum, & signum, Bryseis. IV. 5. alterum item simulacrum, & à quibus illud positum. IV. 16.
Vestitus Laconicus, qualis. I. 15.
Victus Lacedæmoniorum rigidus. I. 8.
Vina Laconica. I. 14.
Virginem qui violasset, capite luebat. II. 3. eam olim immolabant, cui deo, aut deæ, incertum. II. 15. cur id fecerint, quando omiserint, ac quamobrem. ibid.
Virgines, in obscurâ quâdam domo conclusæ, ad nuptias inde à juvenibus abducebantur. II. 3. earumque nubentium matres, pro felici matrimonio, Veneri, cognomento Junoni, sacra faciebant. ibid. nupturæ, crinem radebant. I. 16.
Virgines, Dionysiades appellatæ, numero undecim, cursu se in Dromo exercebant. II. 13. aliæ, duæ, sacra Baccho Colonatæ faciebant. II. 15. aliæ, triginta numero, & Lycaides, seu Lyciades, nuncupatæ, aquam in Lyceum ferebant. ibid.
Virgo quædam, anteà deformis maximè, ab Helenâ formosa facta. IV. 16.
Vites quædam Laconicæ, ab Ulysse plantatæ. I. 14.
Ulysses, inter deos cultus. I. 4. II. 16. vitem quandam in Laconicâ plantavit. I. 14. cur pileatus effingi solitus. I. 17.
Urbes Laconicæ, initio tres, posteà centum. III. 9. ac pro illis sacra ἐκατόμβοια facta. ibid. earumque aliquot nomina. IV. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. propriumque de his Opus, à Polemone Ilienſi scriptum. IV. 1. 16.
Vulnerari in tergo, apud Lacedæmonios probrosum: & abjecti insepulti, qui in tergo vulnerati. II. 1.
Xenophontis an sit Opus De rep. Lacedæmoniorum, controversum. IV. 19.
Ξυήλη. II. 2.
Χαλκίδες. II. 10.
Zarax, sive Zarex, urbs. IV. 13. à Cleomene deleta. ibid.
Ζεὺς cognomento dictus Agamemnon. I. 4.
Zygii, Lacedæmoniorum coloni. I. 7.



INDEX AUCTORUM,

Qui hîc citantur.

*A*Bdias.
Acron.
Ælianus.
Æmylius Probus.
Æneas Gazæus.
Æneas Tactícus.
Æschines Orator.
Æschines Socraticus.
Æschylus.
Agatharchides.
Agathias.
Alciphron.
Alcman.
Ammianus.
Ammonius.
Ampelius.
Anacharsis.
Andocides.
Androtion.
Antigonus Caryſtius.
Antipater.
Antoninus Imp.
Antoninus Liberalis.
Aphthonius.
Apollodorus.
Apollonides. (nus.
Apollonius Alexandri-
Apollonius Rhodius.
Apollonius Tyaneus.
Apoſtolius.
Apſines.
Apuleius.
Aratus.
Archytas.
Ariſtænetus.
Ariſtides Adrianenſis.
Ariſtides Mileſius.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Arrianus.
Artemidorus.
Aſpaſius.
Athanaſius.
Athenæus.
Athenagoras.
Auctor Geoponicorum.
Auguſtinus.
Aulus Gellius.
Aurelius Victor.
Auſonius.
Balſamon.
Bartholemæus Anglicus.
Baſilius Magnus.
Beda.
Boëtius.
Callimachus.
Callixenus Rhodius.
Caſſius Iatroſophiſta.
Catullus.
Cedrenus.
Celſus.
Cicero.
Claudianus.
Clearchus.
Clemens.
Codinus.
Columella.
Coluthus.
Conon. (geneta.
Conſtantinus Porphyro-
Corinthus.
Corippus.
Cornelius Nepos.
Critias.
Cyrillus.
Demetrius Cydonius.
Demetrius Phalereus.
Demetrius Triclinius.
Demetrius Zenus.
Democritus.
Demoſthenes.
Dexter.
Dicæarchus.
Didymus.
Dinarchus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Cynicus.
Diogenes Laërtius.
Diogenianus.
Diomedes.
Dion Caſſius.
Dion Chryſoſtomus.
Dionyſius Alexandrinus.
Dionyſius Halicarnaſ-
ſeus.

Dionyſius Longinus.
Dioſcorides.
Diphilus.
Ennodius.
Erotianus.
Etymologici Auctor.
Eunapius.
Euripides.
Euſebius.
Euſtathius.
Eutropius.
Feſtus.
Firmicus.
Florus.
Freculphus.
Frontinus.
Fulgentius.
Galenus.
Gemiſtus.
Gloſſæ Græcolatinæ.
Gotfridus Viterbienſis.
Gratius.
Gregorius Nazianzenus.
Harpocration.
Hedylus.
Heliodorus.
Heniochus.
Hermogenes.
Herodianus.
Herodotus.
Heſiodus.
Heſychius Alexandrinus.
Heſychius Mileſius.
Heſychius Presbyter.
Hieronymus.
Hiſtoria Conſtantinopolitana Græcobarbara.
Homerus.
Honorius.
Horatius.
Jamblichus.
Inſcriptiones Veteres.
Interpres Germanici.
Interpres Juvenalis.
Joannes Cantacuzenus.
Joannes Hantvillenſis.
Joannes Philoponus.
Joannes Salisberienſis.
Joannes Tzetzes.
Joannes Xiphilinus.
Irnandes.
Joſephus.
Joſephus Devonius.
Iſacius Tzetzes.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Iſidorus Peluſiota.
Iſocrates.
Julianus.
Junius Philargyrius.
Juſtinus Hiſtoricus.
Juvenalis.
Lactantius. (genſis.
Lambertus Scafnabur-
Lampridius. (les.
Laonicus Chalcocondy-
Latinus Pacatus.
Leo Philoſophus, Imp.
Leonides.
Libanius.
Livius.
Lucanus.
Lucas Euangeliſta.
Lucas Tudenſis.
Lucianus.
Lucilius.
Lucillus Tarrhæus.
Lutatius.
Lycophron.
Lycurgus.
Lyſias.
Macrobius.
Mamertinus.
Manilius.
Manuel Palæologus.
Marcellinus.
Marcianus.
Marianus Scotus.
Marius Victorinus.
Martialis.
Martianus Capella.
Maximus Monachus.
Maximus Tyrius.
Mela.
Menander Comicus.
Menander Rhetor.
Menippus.
Molpis.
Moſchopulus.
Moſchus.
Muſæus.
Muſonius.
Myron.
Nazarius.
Nemeſianus.
Nemeſius.
Nicander.
Nicephorus Blemmydes.
Nicephorus Gregoras.
Nicetas Choniates.
Nonnus Monachus.
Nonnus Poëta.
Oppianus.
Oraculum vetus.
Oribaſius.

Orpheus.
Otho Frisingensis.
Ovidius.
Pæanius.
Palæphatus.
Pamphilus.
Parthenius.
Paulus Ægineta.
Paulus Diaconus.
Paulus Orosius.
Pausanias.
Petronius.
Petrus Comestor.
Petrus Damianus.
Philo.
Philostratus major.
Philostratus minor.
Photius.
Phranzes.
Phylarchus.
Plato Comicus.
Plato Philosophus.
Plautus.
Plinius major.
Plinius minor.
Plutarchus.
Pollux.
Polyænus.
Polybius.
Porphyrion.
Porphyrius.
Priscianus.
Probus.
Proclus.
Procopius.
Propertius.
Prudentius.
Psellus.
Ptolemæus Alexandrinus.
Ptolemæus Hephæstionis.
Quintilianus.
Salustius.
Satyrus.
Schol. Æschyli.
Schol. Apollonii.
Schol. Aristophanis.
Schol. Aristotelis.
Schol. Callimachi.
Schol. Dionis Chrysostomi.
Schol. Euripidis.
Schol. Nicandri.
Schol. Pindari.
Schol. Sophoclis.
Schol. Theocriti.
Schol. Thucydidis.
Seneca Philosophus.
Seneca Rhetor.
Seneca Tragicus.
Servius.
Sextus Empiricus.
Sidonius.
Silius.
Simonides.
Simplicius.
Solinus.
Sophocles.
Soranus.
Statius.
Stephanus.
Stobæus.
Strabo.
Strattis.
Suetonius.
Suidas.
Symmachus.
Synesius.
Syrianus.
Tacitus.
Tatianus.
Taurus.
Teles.
Tertullianus.
Theocritus.
Themistius.
Themistocles.
Theodoretus.
Theon.
Theophilus.
Theophrastus.
Theopompus Comicus.
Theopompus Historicus.
Theseus.
Thucydides.
Tibullus.
Tryphiodorus.
Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Valerius Probus.
Varro.
Vegetius.
Velleius.
Vibius Sequester.
Vindicianus.
Virgilius.
Vitruvius.
Ulpianus Rhetor.
Xenophon.
Zacharias Scholasticus.
Zenobius.
Zonaras.
Zosimus.

INDEX AUCTORUM,

Qui hîc

Emendantur, illuſtrantur, aut errare oſtenduntur.

In quo

Numerus Romanus, librum; Barbarus, deſignat caput.

Alcman. I. 14.
Ammonius. II. 6.
Ampelius. II. 2.
Apollonides. I. 2.
Apſines. II. 9.
Apoſtolius. II. 1. 10.
Apuleius. III. 2. IV. 17.
Ariſtides. III. 1.
Ariſtophanes. II. 12.
Ariſtoteles. II. 8. 17. III. 2.
Athanaſius. II. 5.
Athenæus. I. 6. II. 13. IV. 14. 17.
Athenagoras. I. 2.
Cicero. II. 4.
Clemens. II. 3.
Conon. I. 7.
Corippus. I. 14.
Cornelius Nepos. I. 7.
Demoſthenes. III. 10.
Diodorus Siculus. III. 10. IV. 16.
Diogenianus. II. 10.
Dion Chryſoſtomus. I. 7. II. 2.
Dionyſius Helicarnaſſeus. III. 10.
Etymologici Auctor. II. 8.
Eunapius. III. 2.
Euſtathius. IV. 18.
Heniochus. I. 14.
Herodotus. I. 5. IV. 10.
Heſychius. I. 2. 4. 5. 8. 12. 13. 14. 18. II. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 14. III. 6. 8. IV. 4. 15.
Hieronymus. IV. 17.
Hyginus. II. 15. IV. 1.
Iamblichus. II. 16.
Interpres Germanici. IV. 11.
Interpres Juvenalis. II. 18.
Ioannes Hantvillenſis. IV. 17.
Ioannes Tzetzes. III. 4.
Iſacius Tzetzes. I. 4. II. 16.
Iſocrates. II. 9. III. 9. 10.
Livius. IV. 1. 5.
Lucanus. IV. 11.
Lucianus. I. 16.
Lutatius. IV. 12. 13.
Lycophron. II. 16. IV. 1. 7.
Marianus Scotus. IV. 17.
Martianus Capella. II. 16.
Menander Rhetor. II. 5. IV. 13.
Pauſanias. I. 2. 3. 4. 5. II. 4. III. 7. 10. IV. 2. 4. 18.
Petrus Comeſtor. IV. 11.
Petrus Damianus. III. 10.
Plinius major. IV. 8. 12.
Plutarchus. I. 7. II. 5. 8. 10. 19.
Pollux. II. 1. 6. 10.
Polyænus. IV. 14.
Polybius. IV. 1. 4.
Procopius. IV. 5.
Propertius. II. 15.
Ptolemæus. IV. 4. 8.
Scholiaſtes Apollonii. III. 6.
Schol. Ariſtophanis. II. 13.

Schol.

INDEX.

Schol. Euripides. IV. 8. 16.
Schol. Homeri. IV. 18.
Schol. Pindari. II. 4. IV. 17.
Schol. Theocriti. IV. 17.
Scylax. I. 3.
Seneca Rhetor. IV. 13.
Servius. I. 2. IV. 11.
Solinus. IV. 4. 7. 9. 13.
Statius. IV. 2. 12.
Stephanus. IV. 4. 6. 12. 13. 14. 16.
Strabo. I. 2. 7. IV. 6.
Suidas. I. 18. 11. 4. III. 6. IV. 4.
Tacitus. I. 2.
Tatianus. II. 4.
Teles. IV. 4.
Themistius. II. 4. III. 1.
Theocritus. I. 14. IV. 15.
Thucydides. I. 7. II. 3. 4.
Velleius. IV. 17.
Vibius Sequester. II. 9.
Vindicianus. II. 16.
Xenophon. I. 7. 11. II. 4.

UNIVERSIDAD Y PROVINCIA DE ZACATECAS BIBLIOTECA